IV-1
71

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
026000315519

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

a
te
onis
cis

...ΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Αρ. εισ. 1166 1992

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΣ
ΙΑΤΡΙΚΑ.

AETIOLOGICA, SIMEIOTICA
ET THERAPEVTICA
Morborum acutorum & diuturnorum

Σπουδαστήριο ... Τιμή ...

ARETAEI CAPPADOCIS.

Græcè & Latinè conjunctim edita
Tribus mſs. codicibus
Veneto, Bauarico, Auguſtano collatis.

Cum commentario, quo obſcura doctrina de nominibus & parte affecta morborum ſingulorum cum ſuis ſignis perſpicua methodo illuſtratur,

Autore

GEORGIO HENISCHIO B.
MEDICO AVGVSTANO.

AVGVSTAE VINDELICORVM,
ſumtibus Georgij VVilleri, apud
Dauidem Francum.

Cum priuilegio S. Cæſ. Maieſt.

M. DCIII.

ΦΙΛΟΣΟΦΙΚΗ ΣΧΟΛΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

NOBILITATE ET PRVDENTIA
PRAESTANTISS. VIRIS
QVIRINO RECHLINGERO, ET
MARCO VELSERO
DVVM VIRIS,
SENATVIQVE SECRETIORIS
CONSILII
INCLYTÆ REIP. AVG.
DOMINIS AC PATRONIS SVMME COLENDIS,
GEORGIVS HENISCHIVS S. D.

ARETAEVM, NVNC, VT ANTE HAC nunquam editum: & meo comentario illuſtratum, uiri ampliſsimi, alijs quàm uobis nec ſi conſecrare uellē, poſſem, nec ſi poſſem, uellem. Tot cauſæ ſunt, ut id facere deceat: tam amplæ occaſiones, ut negligere non debeam: ex quibus, quæ maximi momenti ſunt, autoris idioma eſt, ſcripti genus, & uetuſtas. Autor Græcus eſt, id eſt, natus è Græca artium parente & altrice diligentia: uos tam Græcorum ſcriptorū amantes, ut & paſſim locis uicinis excuſos indies coëmendos, & procul inde uſq; ab Atho, monte Græciæ celeberrimo petitos, ibiq; olim manuſcriptos, comparandos, & in ciuicam bibliothecam inferendos curetis: & ne poſſeſſionis tantum, quæ per ſe parum laudis adfert, ſed & uſus ratio habeatur, eoſdem in ſchola ueſtra una cum latinis autoribus ſemper conjungi, & mox à prima inſtitutione juuentuti explicari magno ſtudio urgetis. Quod conſilium ueſtrum quàm ſit præclarum, quámq; ſalutare, nemo non intelligit. Id certè in uobis non minus laudari debet, quàm in Catone Cenſorio, qui lumen & columen Reip. Romanæ cum eſſet, inter tot opera militiæ, & tantas domi contentiones, ætate jam declinata literas Græcas didicit. A Græcia enim ſole & ſale gentium, maximam linguæ latinæ partem, philoſophiam, medicinam, omnes ingenuas diſciplinas habemus. Renata Græca lingua renaſci aut potius reſtitui cæpit omnis literatura elegantior: ut non temerè dixiſſe uideatur, qui ignorationem Græcarum literarum, omnis inſcitiæ fontem, & bonarum diſciplinarum πανολεθρίαν uocauit. Græcus hic, qui ad uos tranſit, Medicus eſt, id eſt, ſanitatis effector & conſeruator: uos ſanitatis ciuium tam amantes, ut medicos complures uarijs officijs deſtinatos, ueſtro ſumtu foueatis, qui tum phar-

macorum compoſitioni præſint, tum morbos præſentes propulſent, tum imminentes arceant. Quæ laus non tam communis eſt aliorum, quàm propria ueſtrum, ſiue quis numerum Medicorum, ſiue optimas leges, quibus adſtricti ſunt, conſideret: unde quantum in ciues, ſed & exteros, qui huc ſe applicant, redũdet beneficiũ, pro dignitate dici non poteſt. Præclarè enim Plutarchus ſanitatem maximè diuinũ, longeq; blandiſſimũ uitæ condimentum uocat. Et Hippocrates, neq; diuitiarum, neq; corporis, neq; ullius alterius rei ullam utilitatem eſſe aſſerit, citra ſanitatem. Longè uerò præclarius Salomon. Non eſt cenſus ſupra cenſum ſanitatis. Neq; enim homini ſatis eſt uiuere, niſi & commodè uiuat: cum qui miſerè uiuit, hic non uiuat, ſed uiuus moriatur quotidie. Medicus deniq; hic, qui in ueſtro nomine apparet, uetus eſt, id eſt, ueriſſimus & optimus: uos ueterem Medicinam tanti facitis, ut ſolam in ueſtra Rep. exerceri, tueriq; uelitis, edito eam ob cauſam ſolenni decreto, & inſtituto Medicorum collegio. Etſi enim Græci, primi atq; adeò antiquiſſimi Medici non fuerint, artem tamen hanc ab alijs, quibus antiquiores nulli fuerunt, accepèrũt, Ægyptijs nimirum & Iſraëlitis: nec ulla deinceps fuit gens, in qua Medicum ſtudium magis excultum fuerit. Vicina enim Ægypto & Phæniciæ Græcia eſt, Medicos magnis præmijs affecit, Æſculapio & Hippocrati Herculi ſimiles honores habuit: ſed & cauit Græca Aſclepiadarum familia, ne quis artem medendi campum cõmunem faceret, qui ab eodem genere ortus non eſſet: quæ cum annos circiter mille continua ſucceſſione duraret, formam medendi methodicam ad ſũmum perfectionis gradũ euexit, ut curandis morbis ſufficere, nec melior excogitari poſſit. Hanc igitur ſolam uos amplectimini: nec ullum in ueſtra Rep. nouis & dubijs Medicis locum relinquitis, ex quibus ſunt Paracelſici & agyrtæ: ac illi quidẽ non tantum in veterem Medicinam: ſed & omnes alias artes injurij, nec tam morborum, quàm ſymptomatum interdum fallaces Medici: hi faſtuoſi impoſtores publici, quos Ariſtophanes voce dithyrambicá σφραγιδονυχαργοκομήτας per ludibrium uocauit, quòd digitos ad ungues uſq; ãnulis ornatos haberẽt. Ex quo apparet, non eſſe nouã hanc ſub titulo Medici & nimio ſplendore auri, fallendi & nouis medicamentis utendi conſuetudinem, quam ut arcerẽt Ægyptij, legem ſuis Medicis poſuerunt, ut ſecundum receptam & traditam ab antiquis artẽ primo triduo mederentur: qua ſi non cederet morbus, liberum eſſet Medico, ingenio uti ſuo & noua remedia adhibere. Talem igitur autorem, uiri ampliſſimi, non caſu, ſed certo conſilio, & habita veſtræ dignitatis ratione, ad veſtram aram ponimus, ut ſempiternum quoddam extet veſtræ in Medicam, eamq; Græcã & veterẽ artem propenſionis ſymbolũ, ex quo non imemor poſteritas agnoſcat V. A. rerum fortiter & præclarè geſtarum laudi & ſplendori, curam ſanitatis ciuiũ ſingularẽ, & amorem in elegantiores literas, literatosq; adjunxiſſe non vulgarem: quod ut V. A. gratũ ſit, uehemẽter etiam atq; etiã rogo. Devs Opt. Max. amplitudinem veſtram ad Reip. tutelam tueatur incolumem. Avg. Vind. Die annunciationis Archangeli ad S. Mariam. A. C. 1603.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ARETÆI NOMEN, PATRIA, ÆTAS, SCRIPTA, SECTA, dignitas, conjunctio utriuſq; textus, uſus, commentarius.

ARETÆI nomen, ut & aliorum Medicinæ principum, Æſculapij, Hippocratis & Galeni, pulchrum & uitæ generi reſpondens. Æſculapius, ἀσκλήπιος, blandè agens, Homero κακῶν θελκτὴρ ὀδυνῶν, triſtes dolores leniens, & ſanitatem, qua nihil jucundius, afferens. Hippocrates, ἱπποκράτης, equum tenens, hoc eſt, corpus, quo ſenſus & ratio tanquam equo uehitur. Galenus, γάληνος, tranquillus, quod infirmos ex atrocitate morbi inquietos, Medicus tranquillos faciat. Aretæus, ἀρεταῖος, quaſi ἀρετάων, feliciter procedens, uel beatum reddens. Sanitatem enim, tanquam ſummam felicitatem omnes exoptant, indeq; olim in ſupplicationibus uulgi acclamari ſolitum carmen hoc. *O beatorum antiquiſſima ſanitas : in reliquam vitam face, ut tecum ſiem.* Idcirco cognatum nomen alteri Græco Eubulus, & Germanico **Wolrat.**

PATRIA fuit Cappadocia, olim dicta Syria & Leucoſyria, ferax hominum peſſimorum, unde & nomen illi fatale fuit. Duplici enim Cappa ſcribuntur κακὰ : & duplex cappa malum aliquod trito prouerbio ſignificat. Vt uerò roſa inter ſpinas naſcitur, ſic Aretæus, frugi vir, inter Cappadoces. Fuit illi conterraneus Apollonius Tyanæus, & Strabo Geographus, conciuis uerò Gregorius Nazianzenus.

Cappadox uocatur, ut differat ab Aretæo Corinthio. Eudamidæ hominis pauperrimi amico, propter fidem eximiam celebri, de quo Lucianus in Toxari.

AETAS, qua uixit, ignoratur. Pleriq; Galeno antiquiorem, alij recentiorem faciunt: nulli coæuum, quod tamen fieri potuit. Quod enim quidam Galeno poſteriorem dicunt, quia nulla illius in Galeni libris fiat mentio, id Dialecticum eſt, non apodicticum. Potuit enim Galenus in ijs libris qui interciderunt, uel etiam, quos habemus, illius meminiſſe, ſed neglecto nomine. Sæpe enim ille ueteres, qui ante ſe ſcripſerunt, citat: nomen eorum omittit. Fuiſſe coæuus exemplo non diſſimili Xenophontis & Platonis probari poteſt. Horum enim uterq; Socratem, communem præceptorem habuit: uterq; & multos & eruditos ſcripſit libros, in ijs tamen alter alterius nullam penitus mentionem facit, &, ut quidam exiſtimant, ob ſolam æmulationem ambitioſam, ne commendatione ſua condiſcipuli ſtudia extollendo priuatam laudem imminuiſſe uideretur. Par enim utriq; uulgò gloria fuit, cum Xenophon Attica Muſa: Platonis uerò ore, Deos, ſi Græcè loqui uellent, uſuros, paſſim circumferretur. Quod uerò Paulus Ægineta & Aëtius Aretæi in ſuis ſcriptis meminerunt, ex eo euidenter colligi poteſt, uixiſſe eum ante utrumq;, id eſt, ante annum Chriſti 420. recentiorem uerò fuiſſe C. Plinio ſecundo, qui cùm omnium ueterum ſcripta quæ interierunt meminerit, Aretæum non nominat hinc conſtat.

SCRIPTA quæ extant ſunt libri octo, nec toti. Venetijs Latinè primum editi, carentes principio uſque ad quinti capitis initium, & ipſum mutilatum in primo libro: capite ſexto, ſeptimo, nono, decimo, undecimo, duodecimo, decimo quinto & decimo ſexto in ſeptimo libro: toto uerò octauo, exceptis duodecimo & decimo tertio, quæ tamen & ipſa tota non ſunt Pariſijs uerò paulò poſt quinq; capitibus auctiores Græcè excuſi ex bibliotheca regia : additum autem libri octaui caput ſecundum, tertium, quartum, quintum & ſextum, quæ in latina editione deſiderabantur. De cæteris reperiendis multum hactenus laboraui: nondum reperire potui.

)(3 Tria

Tria inſpexi manuſcripta, Venetum, Bauaricum & Auguſtanum. Idem eſt initium in Auguſtano, quod in Lutetiano exemplari: deficiunt autem in illo ſex capita, quæ deſiderata in prima editione. Venetum & Bauaricum contractius eſt, utrunque à ſexto capite περὶ τετάνου demum incipiens, & ſex illis capitibus ſimiliter carens.

Hæc verò capita, quæ non alibi quàm in regio codice reperiuntur, genuina eſſe, non ſine cauſa ambigo. Aëtius enim ſermone 11. cap. 1. de diabete agens, optima, inquit (ut ait Aretæus) eſt in dolio facta euaporatio ad exudandum, eo modo ut caput extra dolium promineat: frigidumque aërem attrahat, reliquum verò corpus omne calefiat. Id autem in capite de diabete, quo Aretæus auctior redditur, non continetur: contineri deberet, ſi legitimum eſſet. Idem de reliquis judicium. Nec id abſurdum, cum ſimile quid Hippocratis libris acciderit, ut multi eſſent ſpurij, cujus cauſam reddens Galenus, refert tempore Ptolomæi complures lucri cupiditate, libris prauis nomina ſapientum autorum appoſuiſſe, ut facilius à rege præmia acciperent. Defecerunt autem tot capita Aretæi, reſtituta quædam eodem fato, quo libri Ariſtotelis, & plerique aliorum Græcorum. Pluribus enim annis latuêre q. dormientes, in obliuionemq; deducti, paucis tandem ab hinc annis in lucem iterum redierunt, ſed ab humore & blattis magno cum hominum damno miſerè corrupti. Quid igitur? an Aretæus tot lacunis deformatus, redintegrati nullo pacto poteſt? Non minus, arbitror, quàm Venus Anadyomene, cujus inferiorem partem corruptam, qui reficeret non potuit reperiri. Nè tamen imperfectus eſſet, & ad uſum minus accommodatus, colores illius obliteratos purpuriſſo Galeni & Alexandri Tralliani, imprimis verò Pauli Æginetæ reconcinnare & mancum ſuis partibus abſoluere volui, nec temere. Multa enim ſunt apud Æginetam locis alijs, quæ ex Aretæo deſumta eſſe conſtat.

Differentiam utriuſque textus minutior character ſubdititiorum autorum demonſtrat.

SECTA, quam ſequitur Aretæus, dogmatica eſt & rationalis, non methodica, non empirica. Morborum enim cauſas inueſtigat: ſignis ad cauſarum inuentionem utitur: per indicationes curandi methodum inſtituit. Sunt autem tria dogmaticorum genera. Primi, qui nudis tantum verbis morborum ſingulorum cauſas, ſigna ac prognoſin tradunt, & certos ſibi proponunt canones, & certas remediorum formulas nullis legibus concinnatas, ex quibus morbi alicujus curationem deducunt, ut minus periculoſa ſit curatio.

In ſecundo genere ſunt, qui non habent canones, ſed certos ſcopos, quos ſecuti morbos curant, ut Gatinaria, cujus practicum librum Sylüius caſtigauit. Scopi ſunt, verbi gratia: abſciſſio cauſæ, membri confortatio, ſanguinis, ubi plethora eſt, correctio, reſolutio reſidui remanentis poſt euacuationes, & remotio malæ qualitatis, quæ reſidua eſt.

Tertium genus dogmaticorum eſt omnium perfectiſſimum, qui omne curationis conſilium, à rei, id eſt, morbi, qui offertur, natura petunt: conditionem ægroti & varietatem conſiderant: & duplici indicatione, eſſentiali & accidentali ex uniuerſali methodo petita, curationis filum pertexunt. Aretæum igitur in primo dogmaticorum genere ponendum cenſemus, in quorum numero etiam P. Æginetam, Alex. Trallianum, Aëtium, Rhaſen, Serapionem, Auenzoarem, Auicennam collocamus.

DIGNITAS ex temporis antiquitate & encomijs eruditorum æſtimatur. Veterem autorem eſſe conſtat, quique, ut arbitror, ante annos circiter mille, quingentos floruit, ideoq; magno in pretio habendum. Neque enim illo ſeculo ad ſcribendum quiſquam animum appulit, qui ingenio, doctrina & experientia ſingulari non ualeret. Commendant eum ex veteribus P. Ægineta

& Aëtius:

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& Aetius: laudant recentiores, ſua ſcripta dictis illius tanquam gemmis ornant, uelut ſcutis defendunt, grauem autorem & ditiſſimum in ſignis morborum deſcribendis nominant: nec immeritò. In pleriſque enim Hippocratem tam fallere quàm falli neſcium ſequitur: & characterem illius in docendo aphoriſticũ ſuccincto ſtylo & grauitate ſententiarum adeò imitatur, ut alterum Hippocratem, vel practicam Hippocratis non temere quis dixerit.

CONIVNCTIO utriuſque textus Græci & Latini quàm ſit utilis, quàmque neceſſaria, nemo non intelligit. Græca ſola rari intelligunt: conjungi latinis plerique expetunt. Etſi enim à viris doctis & in utraque lingua peritis ſatis dextrè translata ſint, Græcus tamē ſermo ſæpe Latino certior, dulcior, apertior. Ineſt enim in proprio idiomate neſcio quid latentis energiæ & proprietatis, quam aliena lingua tantam non habet, nec tam benè poteſt exprimere. Dubia verò ſæpe conuerſio latina eſt, & interdum aliquid effugit etiam oculatos maximè: quod animi nubilum, quemq; lapſum interpretis lector ad ipſum quaſi fontem recurrens, nullo negotio abſtergit & corrigit. Addidi autem conuerſionem Iunij Pauli Craſſi Medici & profeſſoris Patauini, qui cum eſſet optimis literis, tum Græcis, tum Latinis ornatiſſimus, non tantum Aretæum latinũ fecit, ſed & Theophilum Protoſpatarium, Rufum Epheſium & Galeni libros aliquot. Pauca quædam inſerta textui latino & diuerſo charactere impreſſa ſunt ex notis anonymi Galli, quæ quanti ſint faciendæ, peritus Græcæ linguæ animaduertet. In margine variæ ſunt lectiones, partim annotatæ à Iacobo Gupylo, partim ex codice Auguſtano.

VSVS explicationem apud Elegantes Medicos, qui pauci ſunt non, requirit: apud plebejos & quæſtuoſos, numero plures, declarationem maximè poſtulat. Quid enim, dicent hi, Græco, eoq; antiquo Medico nobis opus eſt, latina placent, & recentiora: non quid deceat aut ornet, ſed quid expediat & ditet, noſtro ſeculo ſpectare oportet. Quibus id reſpondemus breuiter. Medico præcipuè neceſſarium eſſe illud, ut ſciat quibus morbis homo ſit obnoxius, & quomodo eis occurrendum.

Iam verò eam ſcientiam ſoli Græci, iiq; antiquiſſimi autores ſuppeditant. Vix enim ulla eſt artium alia, quæ & totam ſe Græciæ debeat, & tota in ipſius lingua reſtet adhuc, quàm Medica. Teſtis eſt quælibet fermè linea latinorum Medicorum, vocabulum aut Græcum, aut à Græco deductum nominans, ſiue affectam partem corporis, ſiue morbum, cauſamúe morbi ſiue medicamentum exprimat. Et in tanta opinionum Medicarum diuerſitate, autoritatem veterum Cynoſuræ inſtar ſequendam omnes prudentes judicant. Tritum enim illud eſt. Optima exemplaria ea ſunt, quæ vetera ſunt. Nec in arte Medica oraculum quod Lenoni datum eſt, locum non habet, ſed valet quàm maximè. Cum is ſciſcitaretur, quomodo eruditus fieri poſſet, reſponſum hoc tulit. Si concoretur antiquis. Si quis autem tàm illiberali ſit ingenio, ut præter quæſtum ei dulce ſit nihil, nec ſolidam eruditionem pluris quam lucrum faciat, is nulla re mercenario & mechanico videtur præſtantior, niſi illa forte ratione, quod quæſtus ipſius plus habet ingenij & artis, & minus ſordidi laboris.

COMMENTARIVS non temerè additus. Breuis eſt Aretæi, ut & Hippocratis, oratio, indeq; obſcurior, & ferè rudi adhuc ſeculo amethodica. Ne igitur hic autor magis colatur, quàm intelligatur, quaſdam illius partes mihi explicandas ſumſi, ſecutus ea in re exempla virorum clariſſimorum, qui noſtra ætate idem in ſcriptis aliorum veterum, ut Hippocratis & Galeni præſtiterunt. Quod enim Cicero de antiquis Romanis dixit. Eos in Rep. conſtituenda tanta fuiſſe ſapientia, ut ſatis ſuperq; ſapientes ſint, qui illorum ſapientiam non dico aſſequi, ſed quanta fuerit, perſpicere poſſint: idem de antiquis Medicis non minus verè dici poſſe, non dubito. Laudanda igitur prudentia, extollenda

merita

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

merita in Remp. Aſclepiadæam, Ioh. Manardi, Ioh. Baptiſtæ Montani Veronenſis, Hier. Mercurialis, Victoris Trincauellij, Petri Salij, Iac. Milichij, Ioh. Cratonis, Th. Zuingeri & aliorum Medicinæ procerum, qui noſtra ætate ſtudium & operam ſuam collocarunt, partim in veterum libris indagandis & in lucem emittendis, partim ſua interpretatione obſcuris illuſtrandis, breuioribus majori copia dilatandis, ingratis ob uetuſtatem, gratis ob nouitatem temperandis: primo ſtamini, quod illi texuerunt ea, quæ ſuperſunt addendis. Neque enim heroës illi medendi rationem, quàm eam quæ ab antiquis petitur meliorem putarunt: & ſe ſuo officio ſatisfeciſſe exiſtimarunt, ſi collapſam tot ab hinc annis ad fontes Græcos, à quibus Arabum riuuli ſunt deducti, reuocarent, methodum uniuerſalem in exemplis particularibus demonſtrarent, medicos Hippocraticos, id eſt, tum doctrina, tum praxi verè dogmaticos redderent. Ex ijs verò partibus, quas plures tractat Aretæus, duas explicandas mihi propoſui: unam de nominibus: alteram de parte affecta morborum ſingulorum, & ſignis illius: hanc ut difficilimam & maximè neceſſariam in opere Medico: illam, ut ambiguitatem terminorum diſtinguerem, etymologias veras elicerem, & antiquitatem Græcæ Medicinæ demonſtrarem. Illud enim in confeſſo eſt, facilius curari morbum quàm dignoſci, nec remedium idoneum adhiberi poſſe, niſi cognito morbo. Accuratè autem conſideranti, appellationes Græcas, non tam Græcæ, quàm vetuſtioris originis eſſe apparet, & hinc artem Medicam à primis ſanctis patribus acceptam ad Græcos propagatam eſſe. Sic Hebraica ſunt Apollo à Baal: Suſa, lilium à Schiſchah, id eſt, numero ſenario, quod roſam habeat ſex foliorum. Manna à Manah, diſtribuit numeratim.

Balſamum à baal, dominus, & Schemen, oleum, quaſi rex & dominus liquorum: nitrum à nather, tranſilijt, quod circumſiliat, vel quod maculas abluendo remoueat. Coryza à rotz, id eſt, cucurrit, quaſi pituitæ fluxus: φακὸς Græcum & noſtrum **bocken** à Babak, lentigo, cujus radix Bock, vacuus fuit, quod ſit macula vacua à purulentia. Plura in nominibus morborum. Verum enim illud eſt, quod Poëta ſcripſit.

Tradidit Ægypto Babylon, Ægyptus Athenis.

GEORGII

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

GEORGII REMI I.C.
EPOS.

VERVM amo. & haut aliter myſtæ mihi Iuris & AEqui
Fas eſto fari. prudens ſi mentiar umquam,
Impunis non ſim. pænas Themis exigat ultrix
Ajo, tibi ajo, Hygieias callentiſſime HENISCHI,
Cultos eſſe viros mihi, magni numinis inſtar,
Intonſi quotquot profitentur Apollinis artem,
Herbarum vireis, quæ tanta potentia rerum
Naturæ, quicunq; indagauêre ſagaci
Mente; coliq́; mihi, dico, & reuêrenter haberi: &
Gemmâ qui potent, Sarrano oſtroq́; quieſcant
Cenſeri dignos. Priſcis qui regibus, ipſis
Auguſtis, grati & Kari de more fuêre;
Hos ego quàm poſſum celebri quoq; dignor honore.
Coum quippe ſenem Rex conduxiſſe ſategit
Ingenti mercede: repulſam ſed tulit ille,
Europen Aſiæ voluit qui jungere ponte,
Perſarum magnus domitor, cui vapulat æquor,
Deridens verò ſcuticas vincla omnia rupit.
Nouimus & clarum vi magnâ Eraſiſtraton auri
Donatum Antiocho. Muſæ auguſtiſſimus heros
Aeternum ſtatuam monumentum ex ære locauit.
Aemulaq́; iſtius, Ciui, Medicoq́; Sophoq́;
Culta Fracaſtorio Verona ex rupe ſacrauit
Signum. ex argento voluit: vetitam eſſe, loquuntur,
Implere hoc voti; famæ ſi credere jus eſt.
Quin etiam priuas Medicûm collegia leges
Impetrauerunt: ſimul annua, pignora amoris
Cæſarei, his decreta olim ſtipendia, egere
Expertis nè quà contingeret Archiatris.
Amplius, in pretio tanto fuit, iſta ſalubris,
Diros curandi, & ſacroſancta profeſſio morbos
Vt, cui nauarent operam, condigna monarchis
Viſa ſit, & medici populorum ποιμένες eſſent.
Illyriûm rector Genti, mortalibus ægris
Feciſti, & Iuba tu Maurûm Rex docte, medellam.
Attale, te appello. Tu Pontice Mithradate
(Tu, qui ſæua duella Quiritibus intetuliſti)
Caſtè exercebas artem: lethalia namq;
Antidoto docuiſti aconita repellere tuto.
Non Arabum nunc, non Indûm pertexo dynaſtas,
Nec noſtros (foret hæc operoſi longa laboris
Materies; Alij jam laudauere) tetrarchas.
Porrò, ad vos redeo, Medici, quotcunq; recluſa
Matris naturæ myſteria panditis; & qui
Morborum cauſas doctè exploratis; & iſtas
Artifices ſublaturi componitis herbæ
Hujus & alterius ſuccos, & pharmaca fida:

Vos

Vos magni proceres rectè intellextis, opinor,
Pharmaca quid valeant, liceat quos vertere in uſus.
Noſtis, momenti, vinclum ſeruare jugale
Corporis atq; animi, pateat ne rimula Clothô,
Quanti ſit; quanti res ponderis, eileon; aſthma:
Lethargum; cauſum; tabem; pleuritida; coli
Adfectum, renum, jecoris, capitis; ſtomacaccen;
(Horret mens dudum tot commeminiſſe malorum)
Herculeum morbum; attonitumq́; ſtuporem; Elephantem;
Præcipitem addo animi lapſum: nè ſingula narrem,
Membri fragam ſileo podagram, atq; hydropa tumentem;
Mille alias facies ægrotûm; pellere quanti
Corporibus ſit res & majeſtatis & artis:
Quæ pulcrè noſter commonſtrat monſtra domare,
Tot portenta, homini quæ ſunt hoſtilia tela,
Codice, quem cernis Lector, procul ire & abire
Imperat, & jubet ac docet optimus auctor & actor,
Cappadocum tellus quem nutriit alma, ARETAEVS:
Cui Medico Medicus medicinam en nunc facit, æuum
Quando viro grauia inflixit, prò, vulnera iniquum.
Hunc benè ſanatum membris, totumq́; recoctum,
Sublatis næuis, ſiſtit totum Amphitheatro,
Romanaq́; toga indutum, cum purpurâ, & auro
È ſolido ornatum diademate, HENISCHIVS, albâ
Producit dextrâ, uorſandum nocte dieq́;
Ergo pro meritis meritas exſoluere grateis
Scriptor cum nequeat fatis excluſus acerbis,
Muneris hoc Aſclepiadæ ſchola, παῖδες ἰατρῶν,
Præſtat, & in laudes, Medicûm nouà gloria HENISCHI,
Officioſa tuas, laurum palmamq́; tibi offert,
Cum voto: ſtet honos tuus, & plaudentibus alis
Famam Fama tuam pia Muſa perennet HENISCHI:
Delphin dum pelagus ſulcabit; ſidera Olympo
Errabunt, ſcintillabitq́; ante ambulo Phœbi
Phoſphorus auricomo præfulgens vertice ſtellas.

MARTINI

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

MARTINI HOLTZAPFELII
D. MEDICI ET VISITATORIS AVG. EPIGRAMMA.

QVi veterum ſcriptis contendunt addere lucem,
Obſcura ut poſſint absq; labore legi:
Non minus ingenij laudem palmamq; merentur,
Quàm noua qui promunt condita Marte ſuo.
Ἰατρικὰ *antiqui ſcripſerunt, atq; recentes,*
Sed non doctrinæ cum grauitate pari.
Major ineſt illis ſuccus, præſtantia fructus
Quem ſatagunt medici prêndere major ineſt.
Floribus utq; alijs grato roſa præſtat odore:
Sic antiqua magis ſunt bona ſcripta nouis.
Quod loquitur res ipſa igitur, Clariſſime Doctor,
Eximios *inter te numerare decet.*
Cujus peruigili ſtudio, inuictoq; labore,
Expoſitus ſcholijs nunc ARETAEVS *adeſt.*
Qui Grajâ Latiaq; ſimul depromere lingua
Senſa animi multò lucidiora queat.
Macte nouo ſplendore liber, te Delius ornat
Et radijs clarum reddit Apollo ſuis.
Vos quoq; Pæonia præſtantes arte coloni,
Queîs cura eſt medicam ritè adhibere manum.
Hunc legite, in dubijs hunc voluite caſibus: hic vos
Et curæ methodum, & pharmaca tuta docet.
Nocturna hunc verſate manu, verſate diurna:
Hoc duce vix quisquam funeris autor erit.
Siue etenim triſtes cupitis cognoſcere morbos,
Seu de venturis dicere certa velis.
Seu jam depoſitos ſanare fideliter ægros,
Hic rectam ductor monſtrat inire viam.
Si prius obſcuras lectori objecerat umbras,
Clarior in ueſtras nunc venit ille manus.
At tibi quas laudes, vir præſtantiſſime HENISCHI,
Noſter amor, noſtri ſplendor honosq; chori,
De medica cui ſic animo ſtetit arte mereri,
Soluet Apollineæ docta corona ſcholæ?
Non moritura tibi debetur gratia: Cedri
Eſt tuus & Lauri dignus honore labor:
Ex quo, ne dubita, ſemper tibi gloria ſurget,
Gloria funereo non abolenda rogo.
Hæc tua ſedulitas, doctis multò ante probata,
Extollet nomen prorſus ad aſtra tuum.
Viue diu celebris, felix alijsq; medere,
Vt benè ſit multis, vitaq; longa, Vale.

FEDERI-

FEDERICI CERVTI VERONENSIS.

Eſt iter facientibus leuamen
Maximum, quid habere quo laborem
Poſsint imminuiſſe: ſeu calentes
Si Solis radij premant euntes
Aura ſe recreare, tunc cupita
Poſsint, ſi ſitiant liquore fontis
Queant egelidi ſitim leuare:
Vel cum Sole cadente, mox tenebris
Lumen eripientibus, ſilente
Luna, ſi auxilium aſtra tunc dediſſe
Turbatis poterunt, gradu citato
Hi gaudent ſibi plurimum, canora
Nec non voce graues leuant labores.
Quid tale accidit his, diſertiorum
Qui volumina ſæpe, ſæpiusq́;
Scrutantur vigiles, ſtudentq́; ſenſus
Abſtruſos ſibi reddidiſſe apertos.
Namq; omnem hi lapidem labore magno,
Et ſudore mouent, queant ut ipſi
Compotes fieri. Benigne lector,
Ne quid tu patiare, moleſtiores
Cu[illegible]s expulit haſce mens HENISCHII.
Qu[illegible] flos candidus eruditiorum
Extracta hæc tenebris, velut refulgens
Aſtrum, lumine clariore ſcripta
Græci hujus facilis facit videre.
Nil jam & impediet, legendo re ipſa
Lætus experiêre, quid nitoris,
Quidue luminis, obſito tenebris
Auctori tulerit peritus iſte
Huic GEORGIVS, haud minus diſertus
Luſtrando veterum tenebricoſa
Scripta, quàm medicus bonus, fidelis
AEgroto quod obeſt, potens leuare.

EIVSDEM.

Afferre lumen gentibus
Sunt, qui volucrem dictitant;
Obſcura cùm nox incubat,
Terris & umbras attulit.
Orbis noui per inſulas,
Indi tenent quas incolæ,
Paſsim volucris euolat,
Miranda penna præpeti,
Eſt huicq; nomen CVCVES;
Hoc verius, quam veritas.
Non credis? at tu lumina
Huc flecte. dudum peruolat
Cæcis in antris abdito,
Tenebricoſo Græculo
(Mandabat olim literis
Quæcunq; pellunt noxia)
Solers auem GEORGIVS
Pietate pulſus obtulit.
Miro profectò gentibus,
Is nunc videndus ambulat,
Nitore comptus fulgido.
Quis non HENISCHII ferat
In aſtra factum prouidi,
Dias in auras proferens
Cæcis tenebris obſita?
Hoc liuor ipſe comprobat.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ARETAEI CAPPADOCIS DE cauſis & ſignis acutorum morborum.

Liber Primus.

Procemium de morbis acutis.

De phreniticis, Cap. I.

De lethargicis, cap. II.

De tabe, cap. III.

De Apoplexia, cap. IV.

De acceſſione morbi comitialis, cap. V.

De tetano ſeu rigore, cap. VI.

De Angina, cap. VII.

De uitijs columellæ, cap. VIII.

De peſtilentibus faucium uitijs, cap. IX.

De pleuritide, cap. X.

PROOEMIVM.

Gal. defin. Med. Acutus affectus eſt is, qui facilem ſolutionem uel internecionem, quantum in ipſo eſt, habet.

Idem introd. Acuti à ſanguine ferè & flaua bile, in nonnullis corporis partibus, quas ij malè habent humores ſuperfluis, & in deterius uerſis conſtituuntur: longi à pituita & atra bile ſimiliter uel copioſiotibus, quàm naturæ modus exigit, uel in acerrimam qualitatem immutatis.

Paulus Ægineta lib. 1. cap. 5. Diuturnitas ægritudinis quatuor notis deprehenditur: motu morbi, languentis habitu, pulſu & febrium ſpecie. Ex motu quidem morbi ad hunc modum. Si quatuor particularis acceſſionis tempora ocyus minimoque temporis momento inuaſerint, morbus acutior erit, cuius extremus terminus eſt ſeptimana: magna uerò ex parte die quarto ſoluitur. Quod ſi longius quidem procraſtinetur, neque tamen duodecim horarium ſpacium excedat, acutum eſſe morbum indicat,

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ, περὶ αἰτίων καὶ σημείων ὀξέων παθῶν.

Βιβλίον α.

Προοίμιον περὶ ὀξέων παθῶν.

Περὶ φρενιτικῶν, κεφάλ. α.

Περὶ ληθαργικῶν, κεφ. β.

Περὶ μαρασμοῦ, κεφ. γ.

Περὶ ἀποπληξίης, κεφ. δ.

Περὶ παροξυσμοῦ ἐπιληπτικῶν, κεφ. ε.

Περὶ τετάνου, κεφ. ϛ.

Περὶ συνάγχης, κεφ. ζ.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν κιονίδα παθῶν, κεφ. η.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν φάρυγγα λοιμικῶν παθῶν, κεφ. θ.

Περὶ πλευρίτιδος, κεφ. ι.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Γαλ. ὅροι ἰατρικοί. ὀξὺ πάθος ἐστὶ τὸ εὔτρεπτον τὴν λύσιν ἢ ἀναίρεσιν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ἔχον. ὅροι

Γαλε. εἰσαγωγῆς. Τὰ μὲν ὀξέα ὡς ἐπίπαν ὑπό τε αἵματος καὶ χολῆς ξανθῆς συνίσταται. πλεοναζόντων ἔν τισι μέρεσι τοῦ σώματος, ἐν οἷς νοσοποιοῦσιν ἐκτρεπομένων ἐπὶ τὸ κάκιον· τὰ δὲ χρόνια ὑπὸ φλέγματος καὶ μελαίνης χολῆς. ὁμοίως ἢ πληθυνόντων πολὺ, παρὰ τὸ κατὰ φύσιν, ἢ μεταβαλλόντων ἐπὶ τὸ δριμύτατον.

Παῦλ. αἰγ. βιβ. β. Ἐκ τεττάρων διαγινόσκεται τοῦ νοσήματος ὁ χρόνος, ἐκ τῆς κινήσεως αὐτοῦ τοῦ νοσήματος, ἐκ τῆς τοῦ κάμνοντος ἕξεως, ἐκ τῶν σφυγμῶν, ἐκ τοῦ τῶν πυρετῶν εἴδους. Ἐκ μὲν τῆς τοῦ νοσήματος κινήσεως οὕτως. εἰ μὲν οἱ τέσσαρες τοῦ μερικοῦ παροξυσμοῦ καιροὶ θᾶττόν τε καὶ ἐν ἐλαχίστῳ παρέρχοιντο χρόνῳ, κατόξυ ἂν εἴη τὸ νόσημα, ἔσχατος ὅρος ἐστὶν, ἡ ἑβδόμη. τὰ δὲ πολλὰ, κατὰ τὴν τετάρτην κρίνεται. εἰ δὲ ἐν πλείονι μὲν τοῦδε, μὴ ὑπερβάλλοι δὲ δυοκαίδεκα ὡρῶν διάστημα, ὀξὺ προδηλοῦται, νόσ

*

τῆς τεσ-

τῆς τέσσαρες καὶ δεκάτης εἴσω μάλιστα κρινόμενον. εἰ δέ γε πλείονας ὥρας παρατείνοι ὡς τε τὴν ἀρχὴν μόνον, καὶ τὴν ἀνάβασιν ἐν τῷ πλείονι τῆς ἡμέρας τε καὶ τῆς νυκτὸς ἀνύσαι χρόνῳ, τὸ τοιοῦτον νόσημα χρόνιον ἐστίν. εἰ δὲ μὴ ἔχοι μερικοὺς παροξυσμοὺς ἡ νόσος, ἀλλ' ἀπὸ ἀρχῆς ἄχρι τέλους οἷον, εἷς ὑπάρχει παροξυσμός, καθάπερ ἐπὶ συνόχων, καὶ τοῦτο δήπου τῶν ὀξέων ἂν εἴποις. ἐκ δὲ τῆς τοῦ κάμνοντος ἕξεως οὕτω γνωσθήσεται. εἰ μὲν ἤδη μετρίαν ἔχοι τὸ πρόσωπον, εἰ καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα σύμπτωσιν, ὀξὺ προδηλοῦται τὸ νόσημα. εἰ δὲ παντάπασιν ἀσύμπτωτον, χρόνιον ἔσται, πλῆθος γὰρ ὕλης δηλοῦται χρόνῳ πλείονι πεφθησομένης. ἀπὸ δὲ τῆς τῶν ἀρτηριῶν κινήσεως, οὕτως μέγας μὲν καὶ σφοδρὸς καὶ ταχὺς καὶ πυκνὸς ὁ σφυγμὸς, ὀξείας ἂν εἴη νόσου δηλωτικός. ὁ δὲ ἐναντίος χρονίας. ἀπὸ δὲ τοῦ τῶν πυρετῶν εἴδους, καθ' ὅσον οἱ μὲν θερμοὶ καὶ διακαεῖς, ὀξεῖαν δηλοῦσι τὴν νόσον. οἱ δὲ μαλθακώτεροι, καὶ οἱονεὶ σμυχόμενοι χρονίαν.

qui intra diem decimum quartum plerunque decernit. At ſi pluribus horis protrogatur, ita ut principium duntaxat, & incrementum longiore diei ac noctis tempore abſoluat, eiuſmodi morbus diutinus appellatur. Sin exacerbationem morbus particularem nullam obtinuerit, uerùm ab initio ad finem uſque tanquam una ac perpetua exacerbatio infeſtat, ceu incontinuus, & hoc quodammodo indicium dicas eſſe acuti. Ex habitu uerò ægri hoc pacto deprehenditur. Siquidem uultus confeſtim, aut reliquum etiam corpus uniuerſum collabatur, acutum morbum perſagit. Si omninò nihil macreſcit, diutinum. Materiæ enim longo tempore concoquendæ, copiam ſignificat. Ab arteriarum motu hoc pacto cognoſces. Pulſus magnus, uehemens, uelox, denſuſque, acutum morbum indicat: contrarius uerò longum. Ex febrium denique ſpecie, quatenus calidæ & urentes, morbum acutum teſtantur: mitiores uerò, quaſique languidiores, diuturnum.

ΠΕΡΙ ΦΡΕΝΙΤΙΚΩΝ.

Κεφάλ. α.

Γάλ. περὶ αἰτίων συμπτωμ. βιβ. β. ὀνομάζονται δὲ φρενίτιδες μὲν αἱ μετὰ πυρετῶν μανίαι δὲ αἱ χωρὶς τούτων. ποτὲ μὲν τοῖς δακνώδεσι, καὶ θερμοῖς ἑπόμεναι χυμοῖς, ὁποῖος ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς ἐστὶ μάλιστα. πολλάκις δὲ κατὰ τὴν δυσκρασίαν τὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου συνιστάμεναι. μόναι δὲ αἱ μελαγχολικαὶ καλούμεναι παράνοιαι ψυχρότερον ἔχουσι τὸν αἴτιον χυμόν. ἡ μὲν γὰρ φρενῖτις οὐδὲ ἁπλῶς ἐπὶ θερμοῖς συνίσταται χυμοῖσι ἀλλὰ μετὰ τοῦ φλεγμονὴν ἐργάζεσθαι κατά τε τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰς μήνιγγας. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πυρετοῖς αἱ παραφροσύναι πληθύνοντος ἐν ἐγκεφάλῳ γίγνονται τοῦ τοιούτου χυμοῦ, καὶ ὅσαι γε κατὰ τὰς ἀκμὰς συνίστανται τῶν ὀξυτάτων πυρετῶν, ἀτμὸν δακνώδη καὶ θερμὸν ἀναθυμιάμενον ἴσχουσιν ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον.

Γαλ. περὶ τῶν πεπονθότων τόπων βιβ. ε. παραφροσύναι μὲν οὖν γίγνονται κἀπὶ τῷ τῆς γαστρὸς στόματι κακοπραγοῦντι, καὶ διακαέσι πυρετοῖς. καὶ πλευρίτισιν, καὶ περιπνευμονίαις. ἀλλ' αἱ διὰ τὰς φρένας, ἐγγὺς τῶν φρενιτικῶν εἰσιν ἐπὶ μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις μορίοις πάσχουσι, καὶ τοῖς διακαέσι πυρετοῖς, ἐν ταῖς παρακμαῖς αὐτῶν ἡ παραφροσύνη καθίσταται, ταῖς

DE PHRENITICIS.

Caput I.

GAl. lib. 2. de ſympt. cauſ. c. 7. Deliria quæ cum febri ſunt phrenitides: quæ ſine febri ſunt, inſaniæ nominantur. Ac reliqua quidem deliria ex mordentibus & calentibus ſuccis, qualis maximè flaua eſt bilis: ſæpe etiam ex calidiore cerebri intemperie. Sola uerò illa, quæ melancholica uocantur, frigidum ſuccum pro cauſa habent. Quippe phrenitis non tantum ex calidis ortum habet ſuccis; ſed ſupra id, etiam phlegmonem in cerebro & eius inuolucris excitat. In reliquis uerò febribus deliria fiunt, eiuſmodi ſucco in cerebro exuberante. In ijs uerò, quæ in acutiſſimarum febrium ſummo incremento incidunt, uapor aliquis mordens ac calidus ad cerebrum aſcendit.

Idem lib. 5. de locis affectis c. 3. Atque delirare etiam ſolent nonnulli, ob uitium, quod in ore uentriculi conſiſtit, & febribus ardentibus, & pleuritide, & peripneumonia. Sed quæ ob ſepti transuerſi affectum accidunt deliria non multum diſtant à phrenitide. Quippe per cæterarum partium affectus atque per febres ardentes delirium mitigari ſolet, quoties morbus declinare uidetur. At phreni-

phrenitidis propria præcipuaque nota eſt, ne in declinatione quidem febrium delirium quieſcere. Neque enim per conſenſum duntaxat ſub huiuſmodi morbo cerebrum afficitur, ſed propria primariaque affectione laborat. Vnde paulatim accidere, quieſcere uerò neque ſubito, neq; affatim ſolet, ut in ijs partibus, quarum nunc mentionem fecimus. Ac anteaquam inualeſcat, præcedunt ipſum accidentia non pauca: eaque omnia phrenitica indicia uocantur: quæ ab ijs quoque, qui me præceſſerunt, conſcripta ſunt. Nam interdum uigilias præcedere, ſiue etiam ſomnum, manifeſtis imaginibus turbatum, ita ut & clament nonnulli, & exiliant, uidere eſt. Interdum uerò adeo agreſtis accedit obliuio, ut laborantes aliqui, cum matellam petiuiſſent, meiere tamen neglexerint: aut cum lotium emitterent, matellam ipſam prodere haudquaquam meminerint. Interdum maiori cum tumultu aut temeritate reſpondent, præſertim ubi aliquis antea fuerit manſuetus. Atque ij omnes exiguo utuntur potu. Spiratio ipſis rara eſt, & magna: pulſus parui & neruoſiores. Nonnunquam occiput dolor infeſtat. Cum uero iam proximè ad phrenitidem accedunt, oculi eis uehementer euadunt ſqualidi, aut ex altero ipſorum acris lachrima effunditur: ac deinde lippitudo innatat, & uenæ ipſorum, ſanguine plenæ uidentur, & ſanguis ſtillat è naribus. Quo tempore nihil quod exactè ad prudentiam pertineat, reſpondent, & floccos auellunt, & feſtucas carpunt, atque aridiore febri, cui non ita magnæ in alterutram partem mutationes accedunt, torquentur: quemadmodum in alijs quibuſdam febribus uidere eſt, quæ per uigorem quidem grauiſſimè infeſtant, inclinationes uerò habent mitiores. Ad hæc lingua quoque ſalebroſa eſt, nonnulli interdum audiendo falli uidentur, ac interdum mœſti iacent, uix quicquam reſpondentes, atque diſpoſitione dolorifica affecti, uel acrius premente aliquo, eam haudquaquam ſentiunt. Ergo hoc modo per cerebri affectum paulatim phrenitis euenire ſolet. Ab aliarum uerò partium nulla perpetuum delirium procedit, demto ſolo ſepto tranſuerſo, cuius uitio excitatum delirium, parum à continuo diſtat, adeo ut ueteres putauerint, hac parte inflammatione affecta, homines phreniticos euadere, atque ob eandem ſuſpicionem, phrenas, id eſt, mentem, eam appellauerunt, tanquam ſapiēti parti conferat quippiā. Verum delirium, quod huiuſmodi uitio accidit, à phrenitide diſtinguitur, & ex oculorum accidentibus, & ſanguinis

φρενίτισιν δ' ἴδιον ἐξαίρετον ὑπάρχει, τὸ μηδ' ἐν ταῖς παρακμαῖς τῶν πυρετῶν παύεσθαι τὴν παραφροσύνην. οὐ γὰρ ἐπὶ συμπαθείᾳ κατ' ἐκείνην τὴν νόσον ὁ ἐγκέφαλος πάσχει, ἀλλὰ κατ' ἰδιοπάθειάν τι καὶ πρωτοπάθειαν κάμνει. καὶ διὰ τοῦτο κατὰ βραχύ τε συνίσταται τοῦτο τὸ πάθος, καὶ οὐκ ἐξαίφνης παρακόπτουσιν ἢ ἀθρόως, ὡς ἐπὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις, ὅσα προεῖπον ἀρτίως. οὐκ ὀλίγα τε συμπτώματα προηγεῖται τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ καὶ καλεῖταί γε πάντα ταῦτα, φρενητικὰ σημεῖα, καὶ γεγράφασιν αὐτὰ, πάντες οἱ πρὸ ἐμοῦ. τοῦτο μὲν γὰρ ἀγρυπνίας ἢ καί τινας ὕπνους θορυβώδεις ἐπὶ φαντάσμασιν ἐναργέσιν, ὡς καὶ κρᾶξαί ποτε καὶ ἀναπηδῆσαι προηγουμένως ἐστὶν εἰδεῖν. τοῦτο δὲ ἀλόγους ἐπιλησμοσύνας ὡς αἰτήσαντας ἀμίδα τοὺς κάμνοντας οὐκέτ' οὐρεῖν, ἢ οὐρήσαντας ἐπιλαθέσθαι προδοῦναι τὸ σκεῦος· ἢ θορυβωδέστερον, ἢ ὅλως θρασύτερον ἀποκρίνασθαι, καὶ μάλισθ' ὅταν ἔμπροσθεν ᾖ κόσμιος. ἀλλὰ καὶ βραχυπόται πάντες εἰσὶν οὗτοι. καὶ μέγα καὶ ἀραιὸν ἀναπνέουσι καὶ τοὺς σφυγμοὺς μικροτέρους τε καὶ νευρωδεστέρους ἔχουσι. καί ποτε καὶ τὰ κατ' ἰνίον ὀδυνῶνται. πλησίον δὲ ἤδη τοῦ φρενιτίζειν ὄντες, αὐχμηροὺς ἱκανῶς ἴσχουσι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἤ τι κατὰ τὸν ἕτερον αὐτῶν δάκρυον ἐκχεόμενον δριμύ. καὶ μετὰ ταῦτα καὶ λήμας. καὶ φλέβας τὰς ἐν αὐτοῖς μεστὰς αἵματος. ἐκ ῥινῶν τε στάξεις αἵματος ἡνίκ' ἤδη μηδὲ τὰς ἀποκρίσεις ἔμφρονας ἀκριβῶς ποιοῦνται, κροκυδίζουσί τε καὶ καρφολογοῦσι καὶ πυρετὸν ἴσχουσιν αὐχμωδέστερον. οὐ μεγάλας ἐφ' ἑκάτερα μεταβολὰς ποιούμενον. ὥσπερ ἄλλοι τινὲς, ἀκμὰς μὲν σφοδροτάτας ἴσχοντες, ἐπιεικεῖς δὲ τὰς παρακμάς. τί δεῖ λέγειν περὶ γλώττης ἱκανῶς τραχείας, ἢ τοῦ παρακούειν ἐνίοτε, καί ποτε καὶ κατακεῖσθαι σκυθρωποὺς ἀποκρινομένους μόγις, ἢ μέρους τινὸς ὀδυνηρὰν ἔχοντος διάθεσιν, οὐδ' ὅλως αἰσθάνεσθαι. κἂν σφοδρότερόν τις αὐτοῦ θίγῃ. κατὰ βραχὺ γὰρ οὗτος ἐπ' ἐγκεφάλῳ πάσχοντι φρενιτίζουσιν. ἐπ' ἄλλῳ δ' οὐδενὶ μορίῳ τὸ διηνεκές ἐστι δὲ παραφροσύνης, ὅτι μὴ διαφράγματι μόνῳ. πλησίον γάρ πως ἥκει τοῦ διηνεκοῦς, ὡς δι' αὐτὸ τοῦτο δοξασθῆναι τοῖς παλαιοῖς, ἐπὶ τῷ μορίῳ τούτῳ φλεγμαίνοντι, γίγνεσθαι φρενιτικοὺς, ὀνομάσαι τε φρένας αὐτὸ διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόνοιαν. ὡς καὶ τῷ φρονοῦντι μορίῳ συμβαλλόμενόν τι. διορίζεται δ' ἡ ἀπὸ τούτου παραφροσύνη τῆς φρενιτικῆς, τοῖς τε κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς συμπτώμασιν, καὶ ταῖς ἐκ τῶν ῥινῶν αἵματος

ςάζεσιν, ϗ τὸ τῆς ἀναπνοῆς εἴδει. μέγα μὲν γὰρ καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου τὸ πνεῦμα τοῖς ἐπ' ἐγκεφάλῳ φρενιτικοῖς ἐφεξῆς ἐστιν ἀεί. τοῖς δ' ἐπὶ ταῖς φρέσιν, ἀνώμαλον. ὡς καὶ μικρὸν ποτὲ γενέσθαι, καὶ πυκνὸν αὖθις τέ ποτε μέγα καὶ στεναγματῶδες. ἀρχομένης μέντοι τῆς κατὰ τὸ διάφραγμα φλεγμονῆς πρὶν παραφρονῆσαι μικρὸν, ϗ πυκνὸν ἀναπνέουσιν, ἔμπαλιν τοῖς ἐπ' ἐγκεφάλῳ. προηγεῖται γὰρ ἐκείνοις μέγα καὶ ἀραιὸν πνεῦμα καὶ συνελόντι φάναι, τῶν εἰρημένων ἀρτίως προηγεῖσθαι φρενίτιδος, ἤτοι γ' οὐδὲν ἢ μικρὰ συμβαίνει τοῖς ἀρχομένοις φλεγμαίνειν τὸ διάφραγμα, καθάπερ γε πάλιν ἀνασπᾶσθαι μὲν ὑποχόνδριον ἴδιον αὐτῶν τῶν φρενῶν πασχουσῶν, εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐπ' ἐγκεφάλου δ' ἔνι τῶν ὕστερον ἐπιγινομένων, ἤδη κατασκευαζομένου τοῦ πάθους καὶ οὐκ ἀρχομένου. καὶ ἡ θερμασία δὲ πλείων ἐστὶ κατά τι τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπον ἐπὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῇ κεφαλῇ τὴν κατασκευὴν ἐχόντων τῆς παραφροσύνης.

à naribus ſtillis, atque ſpirationis ſpecie. Quippe phreniticorum ſpiratio magna eſt, & ex longis ſemper interuallis: contrà ubi à ſepto delirium oritur, inæqualis: ut modo exigua ſit, atque frequens, modo magna & anguſtioſa. Nam incipiente ſepti tranſuerſi inflammatione, priuſquam delirent laborantes, exiguum ac frequentem reddunt ſpiritum: contrà ijs, qui ob affectum cerebrum delirant, magna prodit raraque ſpiratio. Atque ut ſumatim dicam, ueluti eorum accidentium, quæ phrenitidem antecedere diximus, aut nullum apparet, aut ſi apparuerit aliquod, id perexiguum eſt, in his, quibus ſeptum tranſuerſum inflammatione laborare incipit: ita turſus intendi præcordia, ſepti tranſuerſi, illico ab initio affecti proprium indicium eſt: id quod affecto cerebro poſterius accidit, non incipiente uidelicet, affectu, ſed cum paratus iam fuerit. Atque calor quoque circa caput, & faciem uehementior eſt ijs, qui ob cerebri uitium delirant.

ΠΕΡΙ ΛΗΘΑΡΓΙΚΩΝ.

Κεφάλ. θ.

Παῦλ. αἰγ. βιβ. γ. κεφ. θ. Καὶ ὁ λήθαργος βλάβης ὑπάρχων τοῦ λογιστικοῦ, τόπον μὲν ἔχει τὸν αὐτὸν τῇ φρενίτιδι. φημὶ τὸν ἐγκέφαλον. ὕλην δὲ τὴν ἐναντίαν, ἐπὶ φλέγματι γὰρ ὑγροτέρῳ καὶ ψυχροτέρῳ διαβρέχοντι τὸν ἐγκέφαλον, γίνεται. παρέπεται δὲ τοῖς ληθαργικοῖς πυρετὸς βληχρὸς, οὐ πανυδακνώδης, μετὰ καταφορᾶς. οἱ δὲ σφυγμοὶ τούτοις, μεγάλοι καὶ ἀραιοὶ καὶ κλονώδεις εἰσί. καὶ ἀναπνοὴ δὲ, ἄγαν ἀραιὰ, ϗ ἀσθενὴς, ὑπνώδεις τε διαπαντός εἰσιν, καὶ δυσέγερτοι, καὶ δυσαπόκριτοι κἂν ἐρωτηθῶσι. καὶ ἐπιλήσμονες, ϗ παρανοοῦσι χασμῶνται τε συχνῶς, καὶ μένουσιν ἔσθ', ὅτε κεχυνότες, ὡς ἐπιλανθανόμενοι τὸ μῦσαι τὸ στόμα. διαχωροῦσι δὲ διὰ γαστρὸς οἱ μὲν πλείους ὑγρότερα, τισὶ δὲ καὶ τοὐναντίον ἡ γαστὴρ ἀποξηραίνεται. καὶ οὐροῦσιν ὁποῖα τὰ τῶν ὑποζυγίων. τινὲς δὲ καὶ τρέμουσι, καὶ περιιδροῦσι. καὶ ὁ κάρος δὲ τῆς αὐτῆς ὢν ὕλης τῷ ληθάργῳ τούτου διαφέρει, τῷ τὸν πυρετὸν ἡγεῖσθαι μὲν τοῦ κάρου, καὶ σφοδρότερον εἶναι. ἕπεσθαι δὲ τῷ ληθάργῳ, καὶ τῷ τὸν μὲν κάρον, ϗ ἑτέροις ἕπεσθαι συμπτώμασι. παροξυσμὸς

DE LETHARGICIS.

Caput II.

PAulus Ægineta lib. 3. c. 9. Lethargus cum itidem rationalis uis quædam noxa ſit, eundem quem phrenitis locum, cerebrum inquam occupat: ſed contrariam habet materiam, pituitam ſcilicet, humidiorem & frigidiorem; cerebrum irrigantem. Comitatur autem ueternoſos, lenta quædam & ignaua febricula, non admodum mordax, cum delatione in ſomnum profunda. Pulſus magni, rari & undoſi. Reſpiratio nimis rara & imbecillis, ſomnique in uictum deſiderium: inactuoſi & marcore quodam languidi ſunt: ægrè uocantibus reſpondent, obliuioſi, deſipientes, oſcitant crebrò, & ore aliquandiu diſtento manent, quaſi id claudere obliti. Deijciunt autem per aluum plerique humidiora: quibuſdam uerò contrario modo uenter areſcit: lotium iumentorum urinæ ſimile reddunt. Nonnulli ex eis intremiſcunt, & undique ſudant. Cæterum catos ex eadem lethargi materia proueniens, eo tantum ab illo diſtat, quod catũ febris uehementior præcedit, lethargum ſequitur: quodque catus alijs aliquot ſymptomatis ſuperuenit: febriũ puta exacer-

exacerbationibus plerunque & comitialibus, & coarctationibus cerebri: nunc quidem fracta caluaria: nunc uerò membrana anteriorem cerebri uentriculum ambitu ſeruante oblæſa. Verum lethargus peculiarem quandam conſtitutionem habet.

δὲ γὰρ ἐπιγίνεται πολλάκις πυρετῶν καὶ ἐπιληψίαις, καὶ θλίψεσιν ἐγκεφάλου. ποτὲ μὲν ὀστέου πλουμῶτος ἐν κατάγμασι ποτὲ δὲ τοῦ μηνιγγοφύλακος τὴν ἐμπροσθίαν τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίαν: τὸν δὲ λήθαργον ἰδίαν τινὰ σύστασιν ἔχειν.

DE TABE.

Caput III.

PAulus Ægin. lib. 2. c. 31. Hectica febris non in humoribus modo ac ſpiritu, ſed in ſolidis etiam partibus conſiſtit: dolorisque expers exiſtit: qui occupati nequaquam ſe febricitare autumant: neque enim ardorem ſentiunt, omnibus ad unũ corporis partibus iuxtà non admodum calentibus. Duplex uerò hecticarum febrium ſpecies eſt: aliæ quidem ardentibus febribus ut plurimum ſuperueniunt, quæ tantum prorogantur, ut longitudine temporis madorem, qui in cordis corpore exiſtit, conſumant: uel plurima ipſius parte ſeruata adhuc permanente. Quæ uerò perſiſtente adhuc humiditate generantur, ubi cordis corpus occupauerint, hinc maximè accenduntur. Iam una quidem hecticarum febrium dicta eſt originatio. Reliqua eſt, cum à principio ſtatim inuadunt, primam originem febribus diarijs minimè diſſimilem, ex triſtitia, ira, laſſitudine maiore, una cum æſtu ſolis ſortitæ. His quippe non eſt arduum mederi: atqui ſi in marcorem, quem maraſmum nuncupant, hecticæ perueniunt, nullo medicamento uincuntur. Hæc ſanè febris hectica coincidens maraſmo, promptiſſima eſt cognitu. Oculi nanque perquam immenſam concauitatem præferunt, & hærent lemæ in circumferentia ſiccæ, & ſqualida quædam elucet diſpoſitio. Vitalis flos coloris ipſorum emarcuit: frons arida eſt, atque intenta: hac detenti dormiturientium more identidem conniuent. Nec eſt affectio ſomnus, ſed uigilandi impotentia: tempora collapſa ſunt, & quid aliud quam oſſa & cutem præferunt? adeò ut ſi nudato corpore in partes ad uentrem attinentes oculos intendas, neque ex inteſtinis, neq; ex uiſceribus aliquod ſupereſſe cenſueris: præcordiaq; uehementer ſurſum conuelluntur. Cutis ſummè reſiccata eſt: pulſus tenuis frequens, & durus.

ΠΕΡΙ ΜΑΡΑΣΜΟΥ.

Κεφάλ. γ.

Παῦλ. αἰγ. βιβ. β. κεφ. λα. Ὁ ἑκτικὸς πυρετὸς, οὐκ ἐν τοῖς ὑγροῖς καὶ ἐν τῷ πνεύματι συνίσταται μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς στερεοῖς. ἀνώδυνος δέ ἐστιν. καὶ νομίζουσιν οἱ πυρέττοντες, μὴ δὲ πυρέττειν ὅλως οὔτε γὰρ αἰσθάνονται τῆς θερμασίας, ἁπάντων αὐτοῖς ὁμοίως ἔκ τι θερμασμένων τῶν μορίων. διττὸν δέ ἐστιν εἶδος τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν. οἱ μὲν γὰρ, ἐπὶ καυσώδεσι πυρετοῖς ὡς τὰ πολλὰ γίνονται ἤτοι μηκυνθεῖσιν εἰς τοσοῦτον, ὡς ἐκδαπανῆσαι τῷ χρόνῳ τὴν ἰκμάδα τοῦ τῆς καρδίας σώματος. ἢ καὶ μενούσης ἔτι συχνῆς. οἱ δ' ἔτι μενούσης τῆς ὑγρότητος γιγνόμενοι, τὸ σῶμα τῆς καρδίας καταλαμβάνοντες, ἐντεῦθεν ἀνάπτονται. ἡ μὲν δὴ μία γένησις αὐτῶν εἴρηται, καταλοιπός ἐστιν ὅταν ἐξ ἀρχῆς εὐθέως εἰσβάλλωσιν, τὴν πρώτην γένεσιν ὁμοίαν ποιησάμενοι τοῖς ἐφημέροις ἐπὶ λύπῃ καὶ θυμῷ καὶ κόπῳ πλείονι μετ' ἐγκαύσεως ἅμα γενομένῳ. τούτους μὲν οὐ χαλεπόν ἐστιν ἰᾶσθαι. τοὺς δὲ ἐξ αὐτῶν εἰς μαρασμὸν ἀφικνουμένους, ἀδύνατον ἐστὶν ἰᾶσθαι. ὁ μὲν δὴ συνεμπίπτων τῷ μαρασμῷ πυρετὸς ἑκτικὸς ἑτοιμώτατός ἐστι γνωσθῆναι. ὀφθαλμοὺς τε γὰρ κοίλους ἀμέτρως θεάσῃ καὶ λήμας κατ' αὐτοὺς ἐμφερομένας ξηράς, καὶ τινα αὐχμώδη διάθεσιν. ἀπολωλὸς δὲ καὶ τῆς χρόας αὐτῶν τὸ ζωτικὸν ἄνθος. καὶ τὸ μέτωπον ξηρόν καὶ περιτεταμένον. καὶ μέν τοι καὶ μύουσιν ὡς τὰ πολλὰ καθάπερ ὑπνώττοντες. ἔστι δὲ οὐχ ὕπνος τὸ πάθος, ἀλλ' ἐγρηγόρσεως ἀδυναμία καὶ κρόταφοι συμπεπτωκότες εἰσίν. καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ ὀστᾶ καὶ δέρμα μόνον εἰσί; καὶ εἰ γυμνώσας ἐπισκέπτοιο τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, δόξει σοι μήτε τῶν ἐντέρων μήτε τῶν σπλάγχνων μηδὲν ἀποσώζεσθαι. καὶ τὸ ὑποχόνδριον ἀνεσπᾶσθαι σφοδρῶς. καὶ τὸ δέρμα δὲ αὐτοῖς ἐσχάτως καρφαλέον ἐστίν. ὁ σφυγμὸς ἰσχνὸς καὶ πυκνὸς καὶ σκληρός.

ἡ δὲ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἡ δὲ θερμασία κατὰ μὲν τὴν πρώτην εἰσβολὴν ἀμαυρά, μετ' ὀλίγον δὲ τό, τε δριμὺ καὶ διαβρωτικὸν ἐνδείκνυται. μέχρι μὲν οὖν οὖ σώζεσθαί τι τῆς ὑγρασίας, ἐκτικὸς μόνον πυρετός ἐστιν, ὅταν δὲ εἰς κίνδυνον ἥκῃ τοῦ μηκέτι εἶναι τῆς τοιαύτης ὑγρότητος μηδέν, ἀκριβὴς ἤδη μαρασμὸς συνίσταται.

ΠΕΡΙ ΑΠΟΠΛΗΞΙΑΣ.

Κεφάλ. δ.

Παῦλ. αἰγ. βιβ. γ. κεφ. ιη. Τῆς μὲν κοινῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων παθούσης, κακοῦ δὲ πάντων τῶν κατὰ τὸ σῶμα μορίων ἀπολεσάντων τήν τε κίνησιν ἅμα, καὶ τὴν αἴσθησιν, ἀποπληξία τὸ πάθος καλεῖται. μετὰ τοῦ καὶ τὰς ἡγεμονικὰς ἐνεργείας βεβλάφθαι. εἰ δὲ κατὰ θάτερον μέρος ἡ ἔμφραξις γένηται, ἡμιπληγία καὶ παράλυσις ὀνομάζεται. εἰ δὲ καθ' ἕν τι μόριον ἡ τοιαύτη συσταίη βλάβη, ἐκείνου τοῦ μορίου τὸ πάθος λεχθήσεται. Φησὶ γοῦν Ἱπποκράτης. ἀπόπληκτον αὐτῷ τὸ σκέλος ἐγένετο. σώζεται οὖν ἐπὶ τῶν ἀποπλήκτων, βραχεῖά τις ἀναπνοή, ἥτις εἰ μὲν ἐπὶ πολὺ τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας ἐκτραπείη. μεγίστην οἴσει τὴν διάθεσιν. εἰδ' ἐπ' ὀλίγον, βραχεῖαν χειρίστη δὲ ἐστίν, ὅταν διαλιμπάνει, ἢ καὶ μετὰ βίας μεγάλης προσγίγνεται. συνίσταται δὲ τὸ πάθος ἀθρόως, ψυχροῦ πληροῦντος φλέγματος τὰς κυριωτάτας τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίας. εἰ δέ ποτε, ἡ τοῦ νωτιαίου ἀρχὴ ἅπασα τὸ τοιοῦτο πάθοι, τὰ κάτω πάντα τοῦ προσώπου παραλυθήσονται. αὐτοῦ δὲ ἀπαθοῦς μένοντος, διότι τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν κίνησιν τὰ ἐνθάδε ἀπ' ἐγκεφάλου δέχεται. εἰ δὲ κατὰ τοῦ ἡμίσεως παραπληγία συνίσταται ἐκείνων τῶν μερῶν. εἰ δὲ ἡ ὄσφρησις πάθοι. ἤτοι τῶν ἔμπροσθεν κοιλιῶν τοῦ ἐγκεφάλου δυσκρασίαν ἀναδεξαμένων, ἢ τῶν ἐν τοῖς ἠθμοειδέσιν ὀστοῖς πόρων φραχθέντων, τὸ κατ' αὐτὸν ἔστι. οἱ τοίνυν ἀπόπληκτοι κεῖνται ἄπαυδοι, ἀκίνητοί τε καὶ ἀναίσθητοι, ἄνευ πυρετοῦ. προηγεῖται δὲ τοῦ πάθους, κεφαλῆς ἀθρόον καὶ ὀξὺ ἄλγημα, καὶ τῶν σφαγιτίδων φλεβῶν ἔπαρμα, καὶ σκοτοδινία, τῶν τε ὀφθαλμῶν μαρμαρυγαί, καὶ ψύξις ἄλογος τῶν ἄκρων, παλμοί τε τοῦ σώματος ὅλου, καὶ δυσκινησία, καὶ ὀδόντων τρισμοὶ ἐν τῷ καθεύδειν οὖρά τε οἷον ἰώδη καὶ μέλανα ὀλίγα, καὶ κριμνώδη τινὰ ἔχοντα ὑπόστασιν. συμβαίνει δὲ τὸ πάθος περὶ τὴν πρεσβυτικὴν ἡλικίαν τοῖς φλεγματικωτέραις κράσεσι, καὶ διαίτῃ τοιαύτῃ. εἰ δέ που ἐν νεότητι καὶ θέρους ὥρᾳ συστῇ, μεγάλην δηλοῖ τὴν ἀνάγκην.

Calor autem, cum primùm manus inijcitur, obſcurus eſt, paulò uerò poſt, aſperitatem & roſionem exhibito. Quandiu igitur humiditatis quippiam ſupereſt, hectica modò febris appellatur. Cum uerò periculum eſt, ne tantillum humoris ſuperſit, exquiſitus iam maraſmus conſtituitur.

DE APOPLEXIA.

Caput IV.

PAulus Ægin. lib. 3. c. 18. Quando communis neruorum origo afficitur, atque inde uniuerſæ corporis partes ſenſu ſimul & motu ſpoliantur, morbus attonitus Romanis, Græcis apoplexia nominatur, principalibus animæ functionibus oblæſis. Sin in alterutra capitis parte obſtructio fiat, hemiplegia atque paralyſis nuncupatur: ſi in alterius partis aliquam particulam incubuerit oblæſio, eius tantummodo partis affectio dicetur. Crus itaque inquit Hippocrates, ipſi apoplecton euaſerat, pro eo quod erat reſolutum. Quocirca ſeruatur in attonitis exigua quædam reſpiratio: quæ ſi plurimum à naturali operatione receſſerit, ſummam eſſe affectionem arbitrare: ſi paululum, exiguam. Peſſima uerò eſt, cum intermittitur, uel magna etiam cum uiolentia trahitur. Fit autem affectio, gelida pituita ſemel, & confertim principaliſſimos cerebri ſinus infarciente. Si quando uniuerſum ſpinæ principium dicto modo conflictatur, omnes quæ ſub facie conſtitutæ ſunt partes, ipſa manente incolumi reſoluuntur: eò quod partes quæ inibi habentur cum ſenſationis, tum motionis uires cerebro acceptum referant. Si uerò ex medietate affligitur, illarum partium reſolutio conſtituitur. Vbi uerò odorandi facultas interit, uel anteriorum cerebri uentriculorum intemperie affectorum, uel meatuum qui ethmoides à colando dicuntur, obturatorum, affectio eſt. Attoniti igitur procumbunt ſine uoce, ſine motu, citra ſenſum & abſque febre. Præcedit eam affectionem, capitis repentinus & acutus dolor, puluini uenarum circa guttur (ſphagitides Græci appellant) turgentes, uertigines, tenebricoſa lucis obſcuritate oculis obuerſante: oculorum incerti & diſcurrentes lucis ſplendores, frigus extremitatum abſque cauſa, totius corporis tremor, difficilis motio, dentium in ſomno ſtridores, lotium quaſi rubiginoſum, atrum, paucum, cum corpulentiore farinæ ſimili hypoſtaſi. Eo morbo facilius tentantur circa ſenium, maximè pituitoſioris temperaturæ homines, & eiuſdem naturæ uictus ratione utentes. Si quem in iuuentute atq; æſtiuo tẽpore oppreſſerit, ſummam neceſſitatem arguit.

DE

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

DE MORBO COMItiali.

Caput V.

βήσσουσι, καὶ ἀνάγουσι οὐδέν, καὶ τούσδε φθισικοὺς κικλήσκουσι, οὐ πάνυ ἀσήμως. ξύνεσι δὲ καὶ θώρηκος βάρος. πλεύμων γὰρ ἄτονος. ἄση, δυσφορίη, ἀποσιτίη, ἑσπέρη περίψυξις, καὶ θέρμη ἐς τὴν ἠῶ. ἱδρὼς ἄχρι θώρηκος τῆς θέρμης δυσφορώτερος. βηχὸς ἀναγωγαὶ ποικίλαι, ὁκοίας ἔλεξα. φωνὴ βραγχώδης. αὐχὴν ὑποσκόλιος, ῥαδινός, οὐκ εὐπεριάγωγος. ὁκοῖόν τι ξυντεταμένος. δάκτυλοι ἰσχνοί. τὰ δὲ ἄρθρα, παχέα. ὀστέων μούνων ἰδέη. σμύχονται γὰρ καὶ σάρκες. ὄνυχες γρυποὶ δακτύλων, αἱ κοιλίαι ῥυσαί, καὶ πλατέες. ὑπ' ἀσαρκίας γάρ, οὔτε τὴν περιλαυνίην, οὔτε τὸ στρογγύλον ἴσχουσι. διὰ τόδε καὶ ὄνυχες γρυποί. ἥδε γὰρ ἡ ἀνακωχή, καὶ ἡ ὑπόστασις αὐτέων, ἥτις ἐν τῇσι κορυφῇσι πεπλησμένη. εἵνεκεν αὐτῶν ἐστὶ καὶ ὁ πόνος, ὥσπερ καὶ (τὰ)* στερεά. ῥὶς ὀξείη, ἰσχνή, μῆλα ὑπερίσχοντα καὶ ἐρυθρά, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, στιλπνοί, γανόωντες, οἰδαλέοι, καὶ ὠχροί, ἢ πελιδνοὶ τὰ πρόσωπα. γνάθων τὰ λεπτὰ ποιεῖ ὀδοῦσι προσιζάνειν. μειδιῶσι ἴκελοι, τὰ πάντα νεκρώδεες. ὧδε καὶ τὰ πάντα ἴσχει. ἰσχνοί, ἄσαρκοι, βραχιόνων μύες ἄδηλοι, μαζῶν οὐδὲ ἴχνη, ἐκφανέες δὲ μοῦναι θηλαί. πλευρὰς οὐ καταλέξαι μοῦνον εὔσημον, ἀλλὰ καὶ ὅπη κραίνουσι, ἐστιδεῖν ῥηΐδιον. οὐδὲ γὰρ αἱ πρὸς τοὺς σπονδύλους συναρθρώσιες εὐξύγκρυπτοι. δῆλαι δὲ καὶ αἱ εἰς τὸ στέρνον ἐπιβολαί. τὰ μέσα τῶν πλευρέων, κοῖλα, ῥομβοειδέα, ὡς ἐς τὴν τῶν ὀστέων περιαγωγήν, ὑποχόνδρια λαγαρὰ ἀνεσπασμένα, ἐπιγάστριον τῇ ῥάχει προσφυὲς καὶ λαγὼν ἄρθρα ἐναργῆ, * ἔξαρθρα, ἀσαρκώ-

* στερεά.

* ἔξαρθρα.

ullo tuſſientes nihil reijciunt: hos quoque Phthiſicos haud ita multum impropriè nominarunt. Simul uerò & his adeſt pectoris grauitas: pulmo enim infirmus eſt: angor, intolerantia, cibi faſtidium, ueſpertina extremorum frigiditas, & matutina caliditas: ſudor uſque ad pectus caliditate moleſtior: per tuſſim uaria, qualia memorauimus, extruduntur: uox rauceſcit: ceruix nonnihil tortuoſa eſt, gracilis, non uerſatilis, ſed ueluti rigens atq; intenta: digiti tenues, ſed articuli craſſi ſunt: oſſium duntaxat ſpecies remanſit. Siquidem & carnes extabeſcunt, ungues adunci fiunt: digitorum uentres rugoſi & lati. Nam præ macie neq; faſciam ambientem, neq; rotunditatem obtinent, quamobrem & ungues adunci ſunt. Ea eſt enim ipſorum requies & fulcimen, quæ ipſorum extremitates replet: quoniam & ipſi laborem ſuſtinent, ut pote qui ſolida membra ſunt. Item nares iiſdem acuminatæ, graciles: malæ extantes & rubidæ: oculi caui, lucidi, micantes: tumida, pallida, ſeu liuida facies eſt. Buccæ graciles faciunt ut dentibus propius admoueantur: ridentibus aſſimilantur. In omnibus denique cadaueris ſpeciem referunt. Hunc in modum & cætera ſeſe habent: tenues & carnibus priuati ſunt. brachiorum muſculi non apparent: mammarum neque ueſtigia extant; ſolæ autem papillæ cernuntur, coſtas non ſolum dinumerare perſpicuè licet, uerum etiam ubi deſinant, intueri facilè eſt. Neque enim cum uertebris factæ articulationes occultantur. Patent etiam in os pectorale coſtarum inſertiones: quarum interſtitia inania & caua ſunt, Rhombi figuram ſecundum oſſium circumductum oſtendentia. Præcordia uacua ad ſuperiora conuulſa ſunt, abdomen & ilia ſpinæ dorſi cohæreſcunt, artus

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

artus conſpicui, prominentes, & macri ſunt: perinde ſe habent & tibia, & coxendix, & brachium. Spina enim uertebris ſuperextat, à priori parte caua, utriſque muſculis per tabem diſſipatis, ſcoptula operta tota ſeſe conſpectui offerunt, atque auium alas imitantur. Huiuſmodi ægrotis ſi aluus perturbetur, actum eſt: ſin ad ſanitatem uergant, pernicioſis contraria ſignis adueniunt. Porrò ſenes in hoc malum frequenter incidunt, & minimè euadunt. Iuuenes autem uſque ad florentem conſiſtentemq; ætatem poſt ſanguinis rejectionem in phthiſim prolabuntur: inde ſaneſcunt quidem, ſed non facile. Pueri aſſiduè tuſſi uſq; ad phthoëm nonnunquam diuexati facilè ad ſanitatem redeunt. Habitus uerò in id uitium proni ſunt graciles delicatiq;, ſectilibus tabulis ſimiles, alarũ inſtar habentes, prominẽti gutture, albidi, rariori pectore. Regiones autẽ frigidæ atque humidæ huiuſce affectus germanæ ſunt.

DE PVRVLENTIS. Caput IX.

QVibus hominibus in cauis locis è regione pectoris, aut inferius ſub tranſuerſo ſepto puris abſceſſus fiunt, ſi per os id eijciunt, Empyi, hoc eſt, purulenti uocitantur. Si per aluum pus deijcitur, Apoſtematiæ Græco uocabulo dicuntur. Ac ſi in pectore quidem, cùm eſt ulceratum, in pulmone uerò, cum phthoë laborat, aut in ſublinente coſtas membrana circa latus, aut os pectoris, quod Græci Sternon uocant, aut inferius, ubi pulmo cum ſpina dorſi cõmittitur, cohæreſcitque, aut ſi quo alio pectoris loco uitium ſit: omnibus ad pus excernendum uia per pulmonem munita eſt. Sub interſepto uerò in uiſceribus, jecore, liene, renibus per ueſicam, in mulieribus etiam per uterum tranſitus datur. Nempe cuidam ego aliquando abſceſſum laxioris inteſtini dextra in parte propè jecur diſſecui: multumque inde puris effuſum eſt.

δεα, καὶ ἡ κνήμη ἰσχίον τε καὶ βραχίων. ὑπερέχει δὲ ἡ ἄκανθα τῶν σπονδύλων ἡ πρόσθεν κοίλη, τῶν ἑκατέρων ἐκτετηκότων μυῶν· ὠμοπλάται ἐκφανέες ὅλαι, ὅκως πτέρυγες ὀρνίθων. τουτέοισι ἢν κοιλίη ἐκταραχθῇ, ἀνέλπιστος. ἢν δὲ ἐς ὑγείην τρέπηται, τὰ ἐναντία τοῖσι ὀλεθρίοισι ἐπιφοιτῇ. γηραιοὶ μὲν οὖν ξυνεχέες πάσχειν. διαφεύγουσι δ' ἥκιστα. νέοι δὲ μέχρι ἀκμῆς ἀπὸ αἵματος ἀναγωγῆς φθινώδεες γίγνονται, καὶ ὑγιάζονται μὲν, οὐ ῥηϊδίως δέ. παιδία ξυνεχῶς τῇ *βηχὶ μέχρι *φθόης καὶ ῥηϊδίως ὑγιάζεται. ἕξιες δὲ ῥαδινοί, σανιδώδεες, πτερυγώδεες, *ἐξεχέβρογχοι, λευκοί, ἀραιότεροι τὸν θώρηκα. χῶραι δὲ ψυχραὶ καὶ ὑγραί, ὁκόσαι τῷ εἴδεϊ τοῦ πάθεος ἀδελφοί.

* βήσσῃ.
* θόης.
* ἐξεχέδειροι ἄλλως ἐξεχέβραχοι.

ΠΕΡΙ ΕΜΠΥΙΚΩΝ. Κεφάλ. θ.

Οἷσι ἐν τῇσι κοιλίῃσι τοῦ ἀνθρώπου κατ' ἴξιν τοῦ θώρηκος, ἢ τὰ κάτω ὑπὸ τὸ διάφραγμα πύου ἀποστάσιες γίγνονται, ἢν μὲν ἀνάγωσι, ἔμπυοι (οἳ) δὲ καλέονται. ἢν δὲ τὸ πύον διεξίῃ κάτω, ἀποστηματίαι κικλήσκονται. καὶ ἐν μὲν θώρηκι, ἐν τοῖσι ἕλκεσι, ἤ τι ἐν πνεύμονι, ἣν ἐκδέχεται φθόην, ἢ ὑπεζωκότι ἐν πλευρῷ, ἢ στέρνῳ, ἢ κάτω τῇ πρὸς τῇ ξυμφύσι τοῦ πνεύμονος κατὰ ῥάχιν, ἢ πῇ τοῦ θώρηκος ἄλλῃ ξυμπάντων δὲ ἐς ἀναγωγὴν ὁδὸς τῷ πύῳ πνεύμων. ὑπὸ δὲ τὸ διάφραγμα ἐν τοῖσι σπλαγχνοῖσι, ἥπατι, σπληνί, νεφροῖσι *κύστις. ἐπὶ γυναικῶν δὲ καὶ ὑστέρη. ἔταμον δὲ καὶ ἐγὼ ἐν κώλῳ τινί κοτε ἀπόστασιν (τὰ) ἐπὶ δεξιὰ πρὸς ἥπατι. καὶ πολλόν τι ἐσσύθη ἔξω πύον.

* κύστει.

πολλὸν

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

πολλὸν δὲ καὶ διὰ νεφρῶν, καὶ κύστιος ἐς ἡμέρας πλεῦνας ἐρρύη καὶ περιεγένετο ὤνθρωπος. αἰτίαι δὲ ξυναὶ μὲν ἁπάντων, πληγὴ, ἀπεψίη, ψύξις, ἢ δὲ ὁκοῖα τοιάδε. τοῖσι δὲ ἐν θώρηκι, βὴξ χρονίη, καὶ πλευρεῖτις, καὶ περιπνευμονίη, καὶ ῥεῦμα χρόνιον. ἀτὰρ ἠδὲ ὀξείας νούσου ἐς ἕν τι τουτέων *ἀπόσκηψις. τὸ δὲ ὑγρὸν, ἄλλοτε μὲν ἀεργὸν, ἀδρανὲς, *ἐγκέεταί τῳ ἄλλῳ. ἄλλοτε μὲν δριμὺ δ᾽ ἁπλῶς, καὶ σηπεδόνας ἐμποιέων μέσφι θανάτου. καὶ γὰρ καὶ ἰδέαι μυρεῖαι, ὁκόσας αὖθις φράσω. θαῦμα δὲ ὅκως ἐξ ὑμένος λεπτοῦ τε καὶ ἰσχνοῦ βάθος οὐκ ἴσχοντος τοῦ ὑπεζωκότος, τοσόνδε ῥέει πύον. πολλὸν γὰρ πολλοῖσι ξυνελέγη. αἰτίη δὲ φλεγμασίη ἀπὸ περιουσίης αἵματος, ἐφ᾽ ᾗ παχύνεται. οὐ μὴν ἀτὰρ ἠδὲ ἐκ πολλοῦ αἵματος, πολλὸν γίγνεται ἐν μέσῳ πύον. κἢν μὲν εἴσω ῥέπῃ, αἱ πλευραὶ τὰ ὀστέα κατὰ χώρην τὴν σφῶν αὐτέων, φθίσιν ἔλεξα προσθενεστέρην ἔμμεναι συμβεβῶσαν κατὰ φύσιν. ἢν δὲ ἔξω ῥέπῃ, διΐστανται τὰ ὀστέα. ἐς γὰρ ἕν τι τῶν μέσων πλευρέων τῆς ἀποστάσιος ἡ κορυφὴ ἐγείρεται, εὖτε ἔνθα καὶ ἔνθα πλευρὰ παρωθεύεται. σημεῖα δὲ τὰ μὲν ἁπάντων, ξυνά. τὰ δὲ ἑκάστου, ἴδια. βάρος ἢ πόνος γε, ξυνόν. πνεύμων γὰρ ἄπονος, πυρετοὶ ἀμυδροὶ, ῥίγεα πρὸς ἑσπέρην, ἱδρῶτες ἐπ᾽ ἀνέσι, ἀγρυπνίη, οἰδήματα ἐν ἄκροισι ποσὶ καὶ χειρῶν δακτύλοισι, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε καθεσάμενα, καὶ ἐπαειρόμενα. δυσφορίη, ἀποσιτίη, ἰσχνότης ὅλου. ἢν δὲ καὶ μῆκος ἴσχῃ ἡ μεταβολὴ, ἕξις φθινώδης. οὐ γὰρ

* ἀπόσκεψις.

* ὑφίσταται.

Multum quoque per renes & ueſicam ad plures dies emanauit. Vnde & ſanitatem homo adeptus eſt. Cauſæ uerò communes omnium hæ ſunt, plaga, cruditas, frigus, & id genus alia. Porrò & quibuſdam in pectore diuturna tuſſis incumbens, & lateris inflammatio, & uomica pulmonis, & fluxio longinqua, nec non & acuti morbi in aliquod iſtorum decubitus, purulentiæ originem præbent. At humor aliàs iners imbecillusque alij inhæret, aliàs acris & mordax, & ad mortem uſque putrefaciens. Nam & ſpecies infinitæ ſunt, quas ſuo loco poſtea memorabimus. Sed magnum profectò miraculum eſt, quomodo id fiat, ut ab exili tenuique membrana nihil craſſitudinis habente, membrana inquam coſtas interius obtegente, tanta copia puris effundatur. Multum enim colligi in multis deprehenſum eſt. Huius rei cauſa eſt inflammatio ex ſanguinis multitudine oriens, ob quam membrana craſſeſcit: uerum ex multo ſanguine multum in medio pus contrahitur. Id ſi ad interiora ſubeat, coſtarum oſſa ſuam propriam ſedem obtinent, ſed phthiſis altera ſpecies ſuperius à nobis memorata ſecundum naturam eueniet: ſin ad exteriora procurrat, oſſa diſiunguntur. In aliquod enim inter coſtas medium ſpatium ipſius abſceſſus acies exeritur: quando in hanc atque in illam partem coſtarum oſſa pelluntur. Notarum autem quædam omnium communes, quædam ſingulorum affectuum propriæ ſunt: grauitas aut certè dolor, commune ſignum eſt. Pulmo enim dolorem non percipit, febres obſcuræ, horrores ueſpertini, ſudores in remiſſione, uigilia, tumores in extremis pedibus, manuumque digitis ſubinde conſiſtentes, atq; inſurgentes: inquies, cibi abominatio, totiusq; corporis macies. Quod ſi & in longũ mutatio producitur, habitus phthiſicus redditur: neq; enim

ultra

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ... ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ultra in officio natura perſeuerat: *concoctio enim antea familiaris abeſt, & bona corporis habitudo*: color, qualis belluæ, efficitur. Spiratio cunctis quidem mala, ſed illis pejor, quibus ad ſuperiorem uentrem morbus aſcendit. Quin etiam tuſſis ab initio tantiſper uexat, donec inflammatio, quæ urget, perſeuerat, quando & dolores, & horrores augentur: & caliditas, & uigilia, & ſpiritus difficultas adhuc magis increſcunt. Venarum motus parui, torpentes, imbecilli fiunt: mens delirat, pectus diſtenditur. Verum enimuerò ſi ad ſuppurationem inflammatio ueniat, omnia maxima fiunt: ſed rejectio parua eſt cum majore tuſſi, & ex uiolento abſceſſu. Imprimis pituita fertur bile infecta, ad nigritiem uergens, tanquam admixta fuligine, adhuc tamen cruenta ac pinguis pituita eſt. Quòd ſi proximè rumpenda inflammatio eſt, quæ reijciuntur ſpeciem carnis habent, craſſioraque ſunt. At ſi jam rupta ſit, ſtrangulatus diſcrimen impendet, ſi multum ſubitaneumque pus emanauit: ſi pedetentim uerò emittatur, exactè ſanitas aduenit. Porrò ſi ad inferiora pus tranſire uelit, partes quidem ſuperiores, ubi erat abſceſſus, acutus dolor occupat: aluus uerò humida eſt, primum aquoſa cum pituitoſis deijciens, deinde cruenta quædam circumfluentia: rurſumque carnoſa, cum jam effractus abſceſſus eſt. Hæc pus ſequitur aut per aluum, aut per urinæ uias elabens. Sed materiæ ad renes & ueſicam tranſmutationes meliores omnibus ſunt. At ſi pus infra ſupráue feratur, eius color uarius eſt, pallidus, aut albus, aut cinereus, aut liuidus, aut ater, pus item aut olidum eſt, aut odore uacans: craſſiſſimum, aut mediocris corpulentiæ: aut læue æquale, aut aſperum inæquale. Et fruſta caruncularum ſimilia in eo fluitantia rotunda, aut lata ſunt, quæ facilè ebluantur, aut tenacia. Vtque in ſumma de pure dictum ſit,

ἔτι φύσις ἔργου ἔχεται. οὐ γὰρ πέψις οἰκείη πρόσθεν, οὐκ εὐσαρκίη, χροιὴ ζωώδης. ἀναπνοὴ πᾶσι μὲν κακή, κακίων δέ, οἷσι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην, ἀτὰρ καὶ βῆχες τὰ πρῶτα, μέσφι ἂν ἡ φλεγμασίη ἡ πιέζει, εὖτε καὶ πόνοι μέζονες καὶ ῥίγεα, καὶ θέρμη, καὶ ἀγρυπνίη καὶ δύσπνοια ἔτι μᾶλλον. σφυγμοὶ μικροί, νωθροί, ἀδρανέες, τὴν γνώμην παράληροι, διάτασις τοῦ θώρηκος. ἢν δὲ ἤδη εἰς γέννησιν ἥκῃ πύου, πάντα μέγιστα. ἀναγωγὴ δὲ σμικρὴ ἐπὶ βηχὶ μέζονι, καὶ ἐξ ἀποστάσιος βιαίης. τὰ πρῶτα φλέγμα τῶν χολοβάφων ἐπὶ τὸ μελάντερον, ὅκως ἐξ αἰθάλης. ἔτι δὲ διαίμων καὶ παχέων. ἢν δὲ καὶ ῥαγήσεσθαι μέλλῃ, καὶ σαρκοειδέων βαθέων. καὶ ἢν ῥαγῇ, κίνδυνος μὲν πνίξιος, ἢν πολλὸν καὶ ἀθρόον ἐκχυθῇ πύον. ἢν δ' οὖν ἐκρέῃ σχέδην, ἀτρεκέει. πύον ἢν κάτω περῆσαι θέλῃ, τὰ μὲν ἄνω μέρεα ἔνθα ἡ ἀπόστασις, ὀξὺς πόνος. κοιλίη ὑγρή, τὰ πρῶτα ὑδατώδεα ξὺν φλεγματώδεσι. ἔπειτα περίρροια αἱματωδέων, καὶ αὖθις σαρκοειδέων, ἢν ἤδη ῥαγῇ. ἕπεται δὲ τουτέοισι πύον, ἢ διὰ κοιλίης, ἢ οὔρων. ἀγαθαὶ δὲ πάντων μᾶλλον, αἱ ἐς νεφροὺς καὶ κύστιας μεταλήψιες. φέρεται δέ, ἤν τε ἄνω, ἤν τε κάτω, χρόος πύου ποικίλον, ὠχρόν, ἢ λευκόν, ἢ τεφρεῖζον, ἢ πελιδνόν, ἢ μέλαν, καὶ κακῶδες ἢ ἄοσμον, καὶ παχύτατον. ἢ μέσως ἴσχον, ἢ λεῖον ὁμαλόν, ἢ τρηχύ, ἢ ἀνώμαλον, καὶ σαρκοειδέα τὰ *ἐμπλώοντα, στρογγύλα, ἢ πλατέα, ῥηϊδίως ἀποπλυνόμενα, ἢ ἰξώδεα. ἀθρόον δὲ περὶ πύου εἰρῆσθαι, ὁκόσα

* ἐμπλήοντα.

G

ὁκόσα μὲν λευκὰ, πέπονα, ἄνοσμα, λεῖα, στρογγύλα, καὶ ἀναβήσσεται θᾶσσον, ἢ ὑποφέρεται,* περιεστηκότα. ὁκόσα δὲ ἔξωχρα, χολώδεα, ἀνώμαλα, μοχθηρά. πολλὸν δὲ τουτέων κακίω, τὰ πελιδνὰ, καὶ μελανά. σηπεδόνα γὰρ, (καὶ) ἀνεσθιόμενα σημαίνουσι τὰ ἕλκεα. προσξυνιέναι δὲ τουτέοισι καὶ τὴν ἕξιν, καὶ τὰ * ξυνομαρτέοντα τῇ νούσῳ. ἢν γὰρ ἐπὶ τῇ ἐκκρίσι εὐφόρως φέρῃ, ἄπυρος γίγνεται. εὔτε πέσσει, εὔχρους, εὔσιτος, ἢν ἀναβήσσῃ εὐμαρῶς, εὔσφυκτος, εὔτονος γίγνεται, ἀνώλεθρος ὁ νοσέων. ἢν δὲ ἐπιπυρεταίνῃ, καὶ πάντα ἐς κακὸν τρέπηται, ἀνέλπιστος. προσξυνιέναι δὲ καὶ τὰ χωρία, ἔνθα αἱ ἀποστάσιες. ὁκόσοισι γὰρ ἐν τῷ στέρνῳ τὸ ἐμπύημα γίγνεται, βραδέως ἀφίσταται. ψιλὰ γὰρ καὶ ἄσαρκα καὶ * χονδρώδεα τὰ μέρεα. τὰ δὲ τοιάδε, οὐ ῥηϊδίως δέχεται φλεγμονῆς περιουσίην. ἀνεκπύητα δὲ μίμνει πουλὺν χρόνον. ψυχροὶ γὰρ οἱ χόνδροι. ἀλλὰ τῶν δὲ ἀσινέες μὲν αἱ φλεγμοναί. τῆς ἕξιος δὲ κακαὶ συντήξιες. * μικρὸν γὰρ διαπυΐσκει χρόνον σπλὴν, καὶ ἧπαρ, καὶ πνεύμων, καὶ διάφραγμα, ὀξύτερα μὲν ἐς ἐμπύην. ἐπικίνδυνα δὲ, καὶ θανατώδεα.

* περιεστηκότα.
* ξυναμαρτάνοντα.
* χονδρώδη.
* ἴσ. μακρὸν.

quæcunque alba feruntur, concocta, inodora, leuia, rotunda, & celerius extuſſiuntur, aut per aluum deturbantur, hæc tuta & ſalutaria ſunt: quæcunque autem per pallida, bilioſa, & inæqualia ſunt, ea praua eſſe ſcito: ſed multo his pejora, liuida & atra. Putredinem enim & exedentia ulcera ſignificant. Ad hæc & habitum ſimul animaduertere conuenit, & quæ morbum comitantur: nam ſi excretionem bene tolerat, febre uacat, rectè concoquit, benè coloratus eſt, benè ad cibos ſe habet, ſi facilè extuſſit, ſi arteriarum motus bonus eſt, ſi uires firmæ, ægrotus perniciem euadit. At ſi febris ſuperueniat, omniaque in deterius conuertantur, de ſalute deſperatum eſt. Præterea & loci abſceſſibus occupati ſimul noſcendi ſunt: quibuscunque enim in oſſe pectoris, quod ſternon uocant, empyema id eſt, purulentia fit; tarde abſcedit. Nudæ enim & excarnes & cartilagineæ partes illæ ſunt: eiuſmodi uerò non facilè phlegmones redundantiam ſuſcipiunt, & abſque ſuppuratione multum temporis permanent. Siquidem res frigida cartilagines ſunt, ſed earum phlegmonæ minimè nocent. Ipſius uerò habitus colliquationes prauæ ſunt: breui enim tempore ſuppurant. Lienis, jecur & pulmo & interſeptum celerius quidem pus ducunt, ſed periculoſa & mortifera ſunt.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ τὸν πνεύμονα ἀποστάσεων.

Κεφαλ. ι.

Εὔτε ὁκόσοισι περιπνευμονικοῖσι, ἢν φλέγμα εἴη, ἢ μὴ διαχέηται, περιγίγνονται. οἱ δὲ διαδιδρήσκοντες τὸ κάρτα τοῦ πάθεος, ἔμπυοι γίγνονται. τὰ μὲν οὖν μελλούσης ἢ τετελεσμένης

DE PVLMONIS abſceſsibus.

Caput X.

QVicunque pulmonia laborant, ſi pituita ſit, niſi diffundatur, ſuperſtites erunt. Hi uerò morbi primum impetum euadentes purulenti fiunt. Futuri quidem, aut jam perfecti abſceſſus indicia in capite de purulentis

expo-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

expoſuimus. *At* cùm perfectus jam abſceſſus eſt, non ui ac laboribus ad eum rumpendum reijciendumque, quemadmodum in alijs corporibus uſu uenit, opus eſt: ſed facilè per ſuperiora excernitur: cùm magis in raritatibus, quàm in corporis habitu diſtentio fiat. Rarus enim ac foraminulentus pulmo eſt, ſpongiæ ſimilis, humorem haud moleſtè ferens: qui aliam poſt aliam inanitatem euſque, donec ad aſperam arteriam deueniat, permutare ſolet. Circuitus autem humori faciles ſunt, quandoquidem flexile atque lubricum pus eſt. Reſpiratio etiam ſurſum ſpiritum efflat. Sæpius autem mortem effugiunt, niſi aliquando quiſpiam ſubitanea ac multi humidi attractione ſtranguletur, quod arteria puris multitudine obſtructa aërem non recipiat. Horum nonnulli progreſſu temporis moriuntur, quemadmodum phthiſici aut purulenti extingui ſolent. Sputa uerò candida ſunt, ſpumantia, cum ſaliua permixta, aliàs cineracia aut ſubnigricantia. Et bronchia, id eſt, aſperæ arteriæ circuli nonnunquam expuuntur ob ulceris uarietatem, ſi altè abſceſſus penetrat: quando & fragmenta uiſceris expelluntur. Rauceſcunt: breue ſpirant: grauem uocem edunt: ipſorum pectora lateſcunt, & latioribus humiditatis cauſa indigent, oculorum nigræ partes ſulgent, albæ uerò albiſſimæ fiunt, ac pingues: malæ rubent: uenæ in facie elatæ ac tumidæ ſunt. Mirum eſt autem in his, quòd tenor, quàm pro corpulentia, major eſt, animi uerò alacritas & conſtantia tenore potentior.

DE ASTHMATE, SIue Anhelitu.

Caput XI.

SI à curſu, exercitationibus, & quolibet negotio ſpiritus ægrè redditur;

ἀποστάσιος σημεῖα ἐν τοῖσι * ἐμπύοισι ἔλεξα. ἢν δὲ τελεσθῇ, οὐ βίης καὶ πόνων ἐς ἀπόρρηξιν καὶ ἀναγωγὴν χρέος, ὅπωσπερ ἐν τοῖσι σώμασι. ἀλλὰ γὰρ ῥηιδίως ἀναφέρεται, διατάσιος μᾶλλον τῆς * ἀραιώσιων γενομένης, ἤπερ ἕξιος σωμάτων. μανὸς γὰρ καὶ πολύτρητος ὁ πνεύμων, σπογγίῃ ἴκελος, οὐ χαλεπαίνων τῷ ὑγρῷ, ἄλλην ἀπ' ἄλλης εὐρυχωρίην ἀμείβων ἢ μέσφι τῆς τρηχείης ἀρτηρίης ἥκειν. περίοδοι δὲ τῷ ὑγρῷ ῥηίδιαι. εὐκαμπὲς γὰρ ἠδ' ὀλισθηρὸν πύον. ἀτὰρ καὶ ἡ ἀναπνοὴ ἄνω τὸ πνεῦμα φυσῇ. περιγίγνονται δὲ τὰ πολλὰ εἰ μή κοτέ τις ἀναπνιγῇ ἀθρόῃ ἑλκύσει τοῦ ὑγροῦ, τῆς ἀρτηρίης οὐ δεχομένης τὸν ἠέρα πλήθει τοῦ πύου. θνήσκουσι δὲ μετεξέτεροι χρόνῳ τὸν φθινώδεα καὶ τὸν ἐμπυικῶν τρόπον. τὰ δὲ πτύαλα λευκά, ἔπαφρα, * σιάλῳ μεμιγμένα. ἄλλοτε δ' αὖ τεφροειδέα, ἢ ὑπομελανίζοντα. καὶ * βρογχίζον κοτὲ ἀνεπλύσθη ἐπὶ ποικίλῳ ἕλκει, ἢν βάθος ἴσχῃ ἡ ἀπόστασις, εὖτε καὶ ἀπορρῶγες * ἀναφέρονται τοῦ σπλάγχνου. βραγχώδεες, βραχύπνοοι, βαρύφωνοι, τὰ στήθεα σφίσιν εὐρέα γίγνεται, καὶ εὐρυτέρων τῆς ὑγρασίης δέονται. ὀφθαλμῶν τὰ μέλανα, στιλπνά. τὰ δὲ λευκά, λευκότατα, καὶ πίονα. μῆλα ἐρευθῆ, φλέβες ἐν τῷ προσώπῳ κυρταί. θωῦμα δὲ ἐπὶ τουτέων. τόνος μὲν γὰρ, εὐσαρκίης μείζων. εὐψυχίη δὲ τόνου δυνατωτέρη.

ΠΕΡΙ ΑΣΘΜΑΤΟΣ.

Κεφάλ. ια.

ΕΙ ἀπὸ δρόμου, καὶ γυμνασίων, καὶ παντὸς ἔργου * δυσπνοεῖ ἡ ἀναπνοή,

† ἐμπυικοῖσι.
* ἀραιώσιων.
* σιάλῳ.
* βρογχίζον.
* ἀναφέρονται.
* δυσπνοεῖ.

ἆσθμα καλεῖται, καὶ ἡ νοῦσος δὲ ὀρθόπνοια. καὶ ἥδε κικλήσκεται ἆσθμα. ἐν γὰρ τοῖσι παροξυσμοῖσι, ἀσθμαίνουσι καὶ οἵδε. ὀρθόπνοιαν δὲ ἐκάλεον, οὕνεκεν ὀρθίῳ σχήματι μοῦνον ἀναπνέουσι εὐφόρως, πνὶξ γὰρ * κατακλίσι. εἵνεκεν οὖν τοῦ τόνου, τοῦ ἐπὶ τῷ πνεύματι, ὀρθόπνοια τοὔνομα. ὄρθιος γὰρ ἀνατέταται ἐς ἀναπνοήν. κἢν ὕπτιος κατακλινθῇ ὤνθρωπος, κίνδυνος πνιγῆναι. πάσχει δὲ πλεύμων. ξυμπαθέει δὲ καὶ τὰ ξυντελοῦντα ἐς ἀναπνοήν, διάφραγμα, θώρηξ. ἢν δὲ * καρδίη πάθῃ, οὔκοτε ἐς πολλὸν * διαρέσκεται. τῇδε γὰρ ἡ τῆς ἀναπνοῆς καὶ τῆς ζωῆς ἀρχή. αἰτίη δὲ ψύξις καὶ ὑγρότης τοῦ πνεύματος. ὕλη δὲ, ὑγρά, παχέα, * κολλώδεα. εὐπαθέες δὲ γυναῖκες ἀνδρῶν μᾶλλον, ὅτι περ ὑγραί τε, καὶ ψυχραί. οἱ δὲ παῖδες, τουτέων περιγίγνονται ῥηΐτερον. ἡ γὰρ φύσις ἐν αὐξήσει θερμῆναι δυνατωτάτη. ἄνδρες δὲ (εἰ) καὶ μὴ ῥηΐδιοι παθεῖν, ἀλλὰ θνήσκουσι θᾶσσον. ἀμβολὴ δὲ θανάτου, * ὅσοισι ἐν ἔργου πρήξει, ἢ ἐν εἰρίοισι πλεύμων θάλπεται καὶ * διαίθεται, ὁκοῖον τι τοῖσι τῆς τιτάνου ἐργάτῃσιν, ἢ χαλκεῦσι, ἢ σιδηρεῦσι, * ἢ καὶ λουτρῶν πυρσευτῆρι. μελλισμοῦ δὲ σημήια, βάρος τοῦ θώρηκος, ὄκνος ἐς τὸ ξύνηθες ἔργον, ἀτὰρ ἤδε ἐς ἅπασαν πρῆξιν, δύσπνοια ἐν δρόμῳ, ἢ πρὸς ὁδὸν ὀρθίην. * βραγχώδεες, καὶ βηχώδεες, φῦσα ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι, καὶ ἐρυγαὶ παράλογοι ἀγρυπνίη, θερμασίη νύκτωρ σμικρή, ἀσαφής. ῥὶς ὀξείη ἐς ἀναπνοὴν ἑτοίμη. ἢν δὲ ἐπὶ μεῖζον τὸ κακὸν ἕρπῃ, μῆλα ἐρυθρά. ὀφθαλμοὶ προπετέες, ὡς ἐπ' ἀγχόνῃ, * ῥωγμός, * ἐν ἐγρηγόρσι. πολλὸν δὲ μέζων * τὸ κακὸν

* τοῦ κατακλίσι. * καρδίη. * διαρκέσαι. * κολλώδεα. * ἴσοισι. * διαιθῆται. * ἠλεουργῶν. * ὕστερον δέ. * ῥογμός. ἄλλοι ῥογμός. ... * ἐν ὕπνῳ τὸ κακόν.

Aſthma Græce, Anhelitus latine uocatur. Morbus quoque ille, quem Græci Orthopnæam dicunt, & ipſe Aſthma nominatur. In acceſſionibus enim & ipſi anhelant. Orthopnæam uerò appellabant, quoniam erecto duntaxat corpore facilè ſpiritum ducunt. Decumbentes enim ſtrangulantur. Propter extentionem igitur, quæ in ſpirando adhibetur, affectui nomen Orthopnæa, id eſt, recta ſpiratio inditum eſt. Erectus enim homo ad reſpirandum extenditur. At ſi ſupinus decubuerit, ſtrangulationis inſtat periculum. Afficitur autem pulmo, ſimul etiam quæ ſpirationi conducunt, afficiuntur interſeptum & pectus. At ſi cor uitiatum ſit, nunquam diutius uita produci poterit: hoc enim loco ſpirandi uiuendique initium ſitum eſt. Cauſa eſt frigiditas ſpiritus, atque humiditas: materia uerò, *humidi, craſſi, glutinoſi humores.* Huic uitio mulieres oportunæ ſunt magis, quàm uiri: quandoquidem & humidæ & frigidæ ſunt. Pueri facilius, quàm hæ, liberantur. Nam ipſorum natura in incremento eſt, quæ ualentiſſimè calefacere poteſt. Viri tametſi non facilè hoc morbo *capiuntur,* citius tamen capti pereunt. Differtur autem interitus quibuſcunque opere conficiendo, aut lanis elaborandis pulmo incaleſcit, & accenditur: quemadmodum calcis opificibus, aut ærarijs, aut ferrarijs fabris, aut ignis in balneis excitatoribus. Morbi uerò *imminentis* notæ huiuſmodi ſunt, grauitas pectoris: tarditas ad opus ſolitum, & ad aliud quodlibet gerendum: in curſu, aut in accliui itinere difficilis & ægra ſpiratio: rauceſcunt, ac tuſſiunt: flatus in præcordijs, atque eructationes præter *rationem* excitantur: uigilant: noctu parũ, & obſcurè incaleſcunt: nares acutas & ad ſpirationem paratas habẽt. Si malũ in peius ruat, malæ rubent: oculi prominẽt, ueluti in his, qui ſtrangulantur: ſtertunt, dũ uigilãt; multo magis, cùm dormiunt:

dormiunt: humida, obſcura, ſonóque carens uox eſt: *multi & frigidi aëris cupiditate commoti, in lotum ſub dio proficiſcuntur:* quælibet enim domus ipſis ad trahendum ſpiritum parua & anguſta eſt. Erecti ſpirant, tanquam omni aëre attracto potiri cupientes, præ aëris autem cupiditate & os aperiunt, patefaciuntque, tanquam eo ampliore indigentes. Ipſorum facies præter malas, quæ rubent, pallida eſt: ſudor circa frontem & jugula emanat: aſſidua & aſpera tuſſis infeſtat: reijciuntur pauca, tenuia, frigida, ueluti quædam ſpumæ efflorefcentia: inflante ſpiritu collum intumeſcit: præcordia reuulſa ſunt: arteriarum pulſatus parui, crebri atque depreſſi: crura exilia. Quod ſi hæc ulterius crementum acceperint, inſtar comitialis morbi nonnunquam hominem ſtrangulant. At ſi uertantur in melius, tuſſis al. longior & rarior fiet: plura excernētur ſanioſa ſputa, & humidiora: multa per uentrem aquea exturbabūtur: urina copioſa ſcaturiet, licet nondum quicquam in ea ſubſidat: uox ſonantior, clariorque reddetur: ſomni longiores, quantum ſatis fuerit, efficientur: præcordia remittentur: dolor interdum ad ſcapulas in remiſſione tranſiuit: anhelitus rarus, lenis, ſed cum uocis aſperitate fit. Ita ſanè mortem effugiunt: ſed in morbi ceſſationibus, licet ipſi non decumbentes obambulent, ſecum tamen morbi ſigna circumferunt.

DE PVLMONARIIS.
Caput XII.

ANhelitus ſpecies Pulmonarium eſt, quod Græci pneumodes uocant. Et à pulmone uitium, quemadmodum & anhelitus, oritur. Quæ inſunt enim, utriq; communia ſunt, & exigua differentia eſt. Nam ſpirandi anguſtia, & tuſſis, & uigilia & caliditas utrumque uitium comitantur. Itē in cibos odiū, & totius corporis extenuatio. Id enim

ἐν ὕπνῳ. ὑγρὴ καὶ ἄηχος ἡ φωνή. πολλοῦ καὶ ψυχροῦ ἠέρος *ἐπιθυμίη. ἐς τὸ ὕπαιθρον ἴενται. πᾶς γὰρ αὐτέοισι οἶκος ἐς ἀνάπνοιαν οὐ διαρκής. ἀναπνέουσι ὄρθιοι ὅκως ἅπαντα σπάσαι τὸν ἑλκόμενον ἠέρα ποθέοντες, ὑπὸ βαρίης δὲ τοῦ ἠέρος καὶ διοίγουσι τὸ στόμα, ὡς τῷδε μέζονι χρεόμενοι. *ὠχροὶ τὰ πρόσωπα, πλὴν τῶν μήλων. τάδε γὰρ ἐρυθῆ. ἱδρὼς περὶ μέτωπον καὶ κληῖδας. βὴξ συνεχής, βιαίη. ἀναγωγὴ σμικρή, λεπτή, ψυχρή, ἰκέλη ὁκοῖον τι καὶ ἀφροῦ ἐπάνθισμα. τράχηλος οἰδέει πνεύματος πρήσει. ὑποχόνδρια ἀνεσπασμένα. σφυγμοὶ μικροί, πυκινοί, πιεζόμενοι, ἰσχνὰ σκέλεα. κἢν ὑπερταθῇ τάδε, ἀπέπνιξέ κοτε ἐπιληπτικῷ τρόπῳ. ἢν δὲ ἐς ἀγαθὸν τρέπηται, βὴξ μακροτέρη, καὶ ἀραιοτέρη. ἀναγωγὴ πλεύνων τε πύων ὑγροτέρων. κοιλίης τάραχος πολλῶν ὑδατωδέων. οὔρων ἔκκρισις πολλή, κἢν ἐς ὑπόστασιν μηδὲν ἔῃ, φωνὴ γεγωνοτέρη, ὕπνοι αὐτάρκεες, ὑποχονδρίων ἄνεσις, ἥκει *ποτε πόνος ἐς μετάφρενον ἐπ' ἀνέσει. ἆσθμα ἀραιόν, λεῖον, κερχνῶδες. ὧδε μὲν οὖν διαδιδρήσκουσι τὸν ὄλεθρον, ἐν δὲ τῇσι ἐπανέσεσι, κἢν περιῶσι ὀρθοστάδην, τοῦ πάθεος φέρουσι ξύμβολα.

ἐπιθυμίη ἐστί.

ἄχροι.

ἥκοτε

ΠΕΡΙ ΠΝΕΥΜΩΔΩΝ.
Κεφάλ. ιβ.

*Ἄσθματος ἰδέη τὸ πνευμῶδες, καὶ ἀπὸ τοῦ πνεύμονος τὸ πάθος ὅκως ἐπ' ἄσθματι. ξυνὰ γὰρ καὶ τὰ παρέοντα. σμικρὸν δὲ καὶ τὸ διάφορον. δύσπνοια μὲν γὰρ καὶ βὴξ καὶ ἀγρυπνίη καὶ θέρμη ξυνά. καὶ ἀποσιτίη καὶ ἰσχνότης ὅλου. καὶ γὰρ

αἰσχρὸν οὐ τὸ κακὸν ἀποτείνεται, πλὴν οὐ περαιτέρω ἑνὸς ἔτεος. ἤν τε γὰρ τὸ μετόπωρον ἄρξῃ, εἰς τὸ ἔαρ ἢ τὸ θέρος ἀπογίγνονται· ἤν τε χειμῶνι, ἐς τὸ μετόπωρον τελευτῶσι τὸν βίον. κοτὲ καὶ γέροντες ἁλῶναι ῥηΐδιοι καὶ ἀπόφρικτοι, ἁλόντες ὅσον βραχείης ῥοπῆς, ἐς δύνην θανάτου χρέος. ἄγχιστα δὲ *ἅπαντες ἄπνοοι, σφυγμοὶ σμικροί, πυκνοί, ἀμυδροί, ἀλλὰ τάδε μὲν ξυνὰ περὶ τὸ ἆσθμα. ἴδια δὲ ἀναβήσσουσι ὡς ἀνάξοντες. ματαιοπονέουσι δέ. οὐδὲν γὰρ ἀνάγουσι. *εἰ δέ τι τοῦ πλεύμονος ἀπορραγείη βίῃ, σμικρὸν, λευκὸν, στρογγύλον, χαλαζῶδες. θώρηξ εὐρύτερος μὲν, ἀδιάστροφος, ἡ δὲ ἀνέλκωτος.* ἢν δὲ ἀνεκπύητος ὁ πνεύμων ᾖ, ὑγρῶν δὲ οἷον τι πεπηγότων *ἔμπλεως, διαλήψιες τῶν παροξυσμῶν τοῦδε μέζονες. οἱ μὲν οὖν ἀπεπνίγησαν θᾶσσον, πρίν τι κάκιον ἐς τὸ πᾶν ἀποσκῆψαι. μετεξέτεροι δὲ ἐς ὕδερον περὶ λαγόνα ἢ ἀνάσαρκα τὸ πάθος τελευτᾷ.

* ἅπαντες.

* ἢν δὲ.

* αἱ δὲ.

* ἔμπλεω.

malum cum fœdum ſit, producitur, neque tamen anni ſpatium excedit. Nam ſi autumni tempore ægrotare quis inceperit, uere, aut æſtate futura uitam finiet: ſin hyeme, ſequenti autumno moriturus eſt. *Si quando ſenes, quos facile hic morbus capit, & horrore perculſi, eo uel leuiter tententur, lecto in quo mortem obeant, componantur, mortem non euadent, ſi ſemel hoc morbo uexati decumbant,* omnes ſimillimè ſpiratione priuantur, arteriarum motus parui, crebri, infirmi ſunt. Sed hæc & in anhelitu reperiuntur. Priuatim uerò hi tuſſiunt, tanquam aliquid expulſuri, cum tamen irritus eorũ labor ſit: nihil enim reijciunt. Verum ſi quid ex pulmone ui extruditur, illud exiguum, album, rotundum, grandinoſumque eſt. Pectus in his latius utique eſt, non obtortum, non ulceratum. Tametſi autem pulmo non ſuppuret, humorum tamẽ ueluti concretorum plenus eſt. Temporis intercapedines inter hujuſce morbi acceſſiones longiores ſunt. Nõnulli ex his celerius ſuffocati ſunt, quàm aliquid deterius omne corpus inuaſerit. Nonullis uerò in hydropem circa ilia, aut in eum, qui Anaſarca dicitur, morbus iſte mutatur ac deſinit.

ΠΕΡΙ ΗΠΑΤΟΣ.

Κεφαλ. ιγ.

Ἧπαρ σπληνὶ ἐς γένεσιν μὲν ἰσόρροπον. δεξιὰ γὰρ ἠδ' ἐπ' ἀριστερὰ τὰ σπλάγχνα ἰσάριθμα τῇ φύσει. ἄνισοι δὲ ἐς δύναμιν καὶ ἐν ὑγείῃ καὶ ἐν νούσασι. ἐν ὑγείῃ μὲν ὅπερ τὸ κράτος τῆς τροφῆς τὸ ἧπαρ ἴσχει. ῥίζωσις γὰρ φλεβῶν ἧπαρ. ἀτὰρ (καὶ) ἐν νούσοισι καὶ ἐς ὑγείην πολλόν τι ἰσχυροτέρην ἔχει τοῦ θανάτου τὴν αἰτίην. ὁκόσον οὖν ἧπαρ ἐς ὑγείην κρέσσον, τόσον δὲ κάκιον ἐν νούσοισι. καὶ γὰρ ἐπιφλεγμαίνει θᾶσσόν τε καὶ βιαιότερον, καὶ ἀφίστανται ξυνεχέστε-

DE IECORE.

Caput XIII.

IEcur lieni in generationem æquilibre eſt. Dextram enim leuamque partem hæc uiſcera occupant, naturaliter paria numero, ſed facultate tam in ſanitate, quàm in morbis imparia. In ſanitate quidem, quoniam principatum alimenti jecur obtinet, ſi quidem uenarum radicatio jecur eſt. Quin etiam in morbis ad ſanitatem conſequendã multò, quàm mors, ualentiorem cauſam habet. Igitur quantò ad ſanitatem jecur melius eſt, tantò & deterius à morbis afficitur. Etenim celerius & uiolentius inflãmatur: & frequentius pernicio-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

pernicioſiusq; abſceſſum patitur. At duro tumore, qui ſcirrhus Græce nuncupatur, affectum uelocius, atque dolentius, quàm lienis, interficit. *Cæterum* quæ ad inflammationem attinent, in libro de acutis morbis propoſui. Quòd ſi in pus conuertitur, dolor acutus ad jugulum uſque, aut (&) ad ſummum humerum pertinet. Nam præ onere interſeptum, unde jecur ſuſpenſum eſt, detrahit: interſeptum uerò membranam coſtis ſubſtratam degrauat: ipſum enim illa conſequitur: quæ planè ad jugulum uſq; & ad ſummum humerum extenta eſt, atque hæc omnia ſimul ad inferiora detrahuntur. Ignis acer cum horroribus in ſuppuratione exoritur: tuſſis arida non admodum crebra diuexat: colore herbaceo ægri tinguntur, ſi largius colorentur, in auriginem incidunt in albidum uergentes: ſomni haud ita uiſis imaginibusque uacant. Prudentes uerò cum ſint in omnibus, in aliquo tamen ad tempus oblato repente delirant, ad ſeque protinus reuertuntur. Tumor ſub mammis, aut ſub coſtis oritur: multi autem membranæ Peritonæi tumorem eſſe falsò crediderunt. Verum ſi tumor ſub ſpurijs coſtis fiat, cùm premitur, dolor excitatur: jecur intumeſcit: humiditate nanque refertum eſt. At ſi non ſub oſſe remaneant, inflatur membranæ ſignum. Et ipſius quidem circumſcriptio & fines patent: poſt enim fibrarum circumductum in uacuum abdomen comprimens manus deſcendit, ac ſubſidet. Peritonæi uerò interminata duritia eſt: & extremitatis proceſſus nequaquam cernitur. Porrò ſi ad interiora ſubit abſceſſus, longè Medico natura præſtat: aut enim ad inteſtina, aut ad ueſicam pus conuertet. Verum multò innocentior eſt in ueſicam uia. At ſi extra feratur abſceſſus, ipſum non ſecare utique malum eſt: nam ſi prætermittatur inciſio, à pure jecur eroditur, nullaque mortis dilatio eſt. Si ſecare autem malis, profluuij ſanguinis

ρόντε καὶ ὀλεθριώτερον. ἐπὶ σκίρρῳ δὲ ὠκύτερον σπληνὸς καὶ περιεργέστερον κτείνει. τὰ μὲν οὖν τῆς φλεγμασίης ἐν τοῖσι ὀξέσι ἔλεξα. ἢν δὲ ἐς πύον τρέπηται, ὀδύνη ὀξεῖα ἴσχει μέσφι κληϊδὸς ἢ ἄκρου ὤμου. ὑπὸ γὰρ τοῦ ἄχθεος ἕλκει τὸ διάφραγμα, ἐξ οὗ τὸ ἧπαρ ἤρτηται. τὸ δὲ διάφραγμα τὸν ὑπὸ τῇσι πλευρῇσι ὑμένα βρίθει. ξυνέπεται γὰρ αὐτέῳ. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν κληΐδα * ἢ δὲ ἄκρον τῶν ὤμων ἀποτέταται, καὶ τάδε ξυνεφέλκεται κάτω. πῦρ δριμὺ ξὺν ῥίγεσι ἐπὶ τῇ ἀποστάσει, βὴξ ξηρὴ, οὐ μάλα πυκινὴ, χροιὴ * χλοή. βαφοὶ ἢν δὲ καλαχορέως ἔωσιν ἰκτερώδεες. τοῦ λευκοχρόου εἴδεος, ὕπνοι καθαροὶ φαντασίῃ οὐ μάλα. νηφαλέοι μὲν ἐς πάντα. ἐς ἕν δέ τι τῶν προσκαίρων ἐξαπίνης παρακοπαὶ, καὶ κατεστάθησαν εὐθέως. ὄγκος (ὑπὸ τιτθῇσι ἢ πλευρῇσι, ἀπάτη δὲ πολλοῖσι ὅκως περιτοναίου γίγνεται). ἀλλ' ἢν μὲν ἡ ὑπὸ τὰς νόθας ὄγκος, ὀδύνη πιεζομένοις, τὸ ἧπαρ οἰδέει. ἔμπλεον γὰρ * ὑγρασίης. ἢν δὲ μὴ ὑπὸ τὸ ὀστέον μίμνωσι οἰδέει, τοῦ ὑμένος τὸ σημεῖον. καὶ τοῦ μὲν περιγραφὴ καὶ τὰ ὅρια δῆλα. μετὰ γὰρ τὴν περιαγωγὴν τῶν λοβῶν ἐς λαγαρὸν τὸ ἐπιγάστριον πιέζουσα χεὶρ ἱζάνει. περιτοναίου δὲ ἀόριστος ἡ σκληρίη, καὶ τοῦ πέρατος ἡ ἀπόφυσις ἀφανής. ἢν μὲν εἴσω ἡ ἀπόστασις ῥέπῃ, πολλόν τι κρέσσον ἡ φύσις ἰητροῦ. ἢ γὰρ ἐς ἔντερα, ἢ ἐπὶ κύστιν τρέψει τὸ πῦον. ἀσινεστέρη δὲ πολλὸν ἡ ἐς κύστιν ὁδός. ἢν δὲ ἔξω ῥέπῃ, κακὸν μὲν μὴ τάμνειν. * ἢν τε γὰρ οὕτως ἔῃ, ἀνεσθίεται ὑπὸ τοῦ πύου τὸ ἧπαρ, καὶ οὐκ ἐς ἀμβολὴν ὁ θάνατος. ἢν δὲ θέλῃς τάμνειν, αἱμορραγῆσαι κίνδυνος,

* ὁ δὲ

* χλοηβαφέες

* ὑγρασίη

* ἢν δὲ

ἄσχετοι

κίνδυνος, καὶ αὐτίκα τὸν ἄνθρωπον ἐκθανεῖν. ἄχετος γὰρ αἱμορραγίη ἐφ' ἥπατι. ἢν οὖν ἐς ἀνάγκην τομῆς καταστῇς κοτὲ, καυτῆρα ἔμπυρον διαφανέα πυρῶσαι καὶ διῶσαι μέσφι τοῦ πύου. τωυτὸ γάρ σοι τέμνει τὲ καὶ καίει. κἢν περιγίγνηται, πύον ἐκρεύσει λευκὸν, πέπον, λεῖον, κακῶδες, ὅτι παχύ. τοῖσδε καὶ πυρετοὶ καὶ τὰ δεινὰ ξυνδιδοῖ· ῥηιδίως τε ἀθέλγεται πάντα. ἢν δὲ ἐς ἔντερον τὸ πύον ἐγχέηται, ἡ γαστὴρ πρώτιστα μὲν ὑδατώδεα διαῤῥέειν. ἔπειτα κρεῶν πλύμασι ἴκελα. αὖθις αὖ δυσεντεριώδεα ὁκοῖα ἐφ' ἕλκεσι. ἀτὰρ καὶ * αἱμώλωψ κοτὲ καὶ θρόμβος ἠνέχθη. φέρεται καὶ χολὴ ξανθὴ, κατακορὴς, ἢ πρασοειδὴς, καὶ ὑστάτη ἐς ὄλεθρον μέλαινα. ἢν δὲ ἀνεκπύητον τὸ ἕλκος γίγνηται, καὶ κακώδεα ἡ γαστὴρ ὁκοῖόν τι σηπεδόνα ὑπάγει, τροφὴ ἄπεπτος διεκθέει ὑπ' ἀκρασίης κοιλίης τε καὶ ἐντέρων. οὐ * πέπτει γὰρ αὖθις εὖ ἔχον τὸ ἧπαρ. πῦρ τε ἐπὶ τοῖς δὲ δριμὺ, καὶ * πάντως ἐς κακὸν ἡ ῥοπή. σαρκῶν ξυντήξιες, σφυγμοὶ μικροὶ, δύσπνοοι. εὖτε οὐκ εἰς μακρὸν ἐτελεύτησαν τὸν βίον. μετεξετέροισι δὲ ἡ δυσεντερίη μὲν καὶ τὸ ἕλκος ἰήθη, ἐς ὕδρωπα δὲ κατέστρεψεν ἡ νοῦσος. ἢν δὲ ἅπαντα ξυνδιδῷ, πύον λευκὸν, λεῖον, ὁμαλόν. ἄνοσμον γὰρ ἐκκρίνει ἡ γαστήρ. πέττει δὲ τὰ σιτία, εὔελπις ὥνθρωπος. ἄριστον δὲ δι' οὔρων κεκρίσθαι. ἀσφαλεστέρη δὲ καὶ ἀσινεστέρη ἡ τῆδε τοῦ πύου ὁδός. ἢν δὲ ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς ἀνεκπύητον ᾖ τὸ ἧπαρ, ἄπορον μὲν οὐ γίγνεται, τὸν ὄγκον τελέοντα σκληρὸν ἵζον * εἰς σκίρρον ἱδρύεσθαι. εὖτε πόνος μὲν οὐ ξυνεχής· νωθὴς δὲ, κἢν παρῇ· ἀραιὴ δὲ καὶ θερμή. ἀποσιτίη, πικρῶν * γεύματα

καὶ αἱμάλωψ.

καὶ γευμάτων.

periculum inſtat, ſtatimque hominem perdi contingit. Nam ſanguinis è iecore profuſio coërceri nullo modo poteſt. Igitur ſi aliquando neceſſariò ad ſectionem uenire cogeris, uſtoriū ferramentum candens perſpicuumq; ab igne accipito, & uſque ad puris locum intrudito. Idem enim tibi & ſecat & cōburit. Quòd ſi homo periculū euadit: tum pus album effluet, concoctum, læue, olidum, quoniā craſſum eſt. Iſtis febres & acerba remittunt, omniaque facilè mulcebuntur. Verùm ſi in inteſtinum pus effunditur, ex aluo primū aquea feruntur, poſtea humori, in quo ſint lotæ carnes, ſimilia: item qualia in torminibus, ubi ulcerata inteſtina ſunt, exire ſolent. Interdum cruentum uirus, interdum concretus ſanguis effunditur. Fertur & bilis flaua, ſincera aut porracea, & poſtrema interitum afferens nigra bilis. Si non *ſuppurat* ulcus, & mali odoris quædam ueluti putredinem uenter expellit, crudum alimentum præterfluit ob uentriculi inteſtinorumque intemperiem: neque enim benè ſe habens iecur iterum ea concoquit. Poſtea ignis acer ſuboritur, omniaq; in malum prolabuntur, carnes colliquatione tabeſcunt, motus arteriarum parui ſunt, & ægra ſpiratio. Vbi haud ita multò poſt uitæ finis imponitur. Cæterum quibuſdam difficultas quidem inteſtinorum, ulcusq; ſanata ſunt, morbus tamen in aquam intercutē deſijt. Quod ſi omnia remittantur, pus album fit, læue, æquale, inodorum: uenter deijciat, & cibaria concoquat; homo in bona ſpe eſt. Optimum uerò eſt per lotium criſim fieri: hac enim ſecurior eſt, minùsque maleficus puris tranſitus. Verùm ſi à phlegmone iecur non ſuppurat, nemini dubium fuerit, tumorem durum *ſubſidentem* in ſcirrhum mutari ac ſtabiliri: quando continuus dolor non infeſtat: cumque adeſt, obtuſus inerſque ſentitur: rara uerò & caliditas: à cibis alienatio, ab amaris delecta-

delectatio, à dulcibus cõtriſtatio: horrore afficiuntur: ſubalbicant, uirent: lumbi ac pedes tument: facies corrugatur: *aluus ſicca eſt*: dejectiones crebræ fiunt. Malorũ autẽ colophon aqua *intercutem*. Poſt aquã intercutem ſi multa urina & craſſa feratur, multumq; in ea limoſi ſubſideat, & cum impetu erumpat: humorem illũ intercutaneũ effluere poſſe ſperandum eſt: ſi tenuis autẽ, ſubſidentia carẽs, paucaq; urina exeat: aquã intercutẽ auget fouetq;. Quod ſi priſtinas uires natura recipiat, & quandoq; per uentrẽ cum impetu materiam deturbet, poſt multorum, craſſorum, aquoſorumq; depulſionẽ & ipſum hydropicũ morbum tollere cõſueuit. Verum id genus auxilij cum periculo eſt: poſt enim ſubitas & copioſas inanitiones, extremoſq; caſus proſtratis interdum uiribus, quẽadmodũ in ſanguinis profluuio accidere ſolet, ægri interierunt. Cũ minori autẽ noxa morbũ ſudor, ſi liberalius effluat, diſſoluit. Hydropici nanq; haud ita multũ, in ſumma cute humectari ſolẽt, atq; morborũ jecoris hic finis eſt. Quando in jecore pus naſcitur. Adoleſcentes, & qui uſq; ad conſiſtentem ætatem peruenerunt, his uexantur morbis: mulieres minus his patiendis expoſitæ ſunt. Hujuſmodi uitiorũ cauſæ numerantur, uictus intẽperãtia, & longa ualetudo: præſertim poſt difficultatẽ inteſtinorum, & colliquationes. Quãdoquidem & eos ſyntecticos, i. e. colliquatos nominarũt; qui poſt ulcera jecoris tabefacti moriũtur.

DE LIENE.

Caput XIV.

Lieni familiaris longus morbus eſt, quem Scirrhum nominant. Purulentia uerò haud ita facilè, quandoq; tamen efficitur: cum dolor non aſper, tumor autẽ ingẽs ſpiratione major exoritur. Siquidem in dextram partem ad jecur uſque tota communione *intumeſcere* uiſus eſt. Vnde multi ut fallerentur in cauſa fuit: tanquam non lienis, ſed membrana affecta eſſet. Nam peritonæon, quod Græci

ἡδονὴ, γλυκέων ἀηδίη, ῥιγώδεες, ὑπόλευκοι. χλωροὶ, οἰδαλέοι ὀσφὺν καὶ πόδας. πρόσωπα ῥυσὰ, γαστὴρ ξηρὴ, διαχωρήσιες πυκιναί. κορυφὴ γὰρ τῶν κακῶν ὕδρωψ. ἐπὶ τῷ ὕδρωπι, ἢν μὲν οὖρα πολλὰ, παχέα, ὑπόστασιν ἔχοντα πολλὴν, ἰλυώδεα καταρραγῇ, ἐλπὶς ἐκρεῦσαι τὸν ὕδερον. ἢν δὲ λεπτὰ καὶ ἀνυπόστατα καὶ ὀλίγα, τῷ ὕδρωπι τιμωρέει. ἢν δὲ μεταβάλλῃ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἡ φύσις, καὶ καταρραγῇ κοτὲ εἰς κοιλίην, ἐπὶ πολλοῖσι πάχεσι, ὑδαλώδεσι, καὶ τὸν ὕδρωπα ἰήσατο. σφαλερὴ δὲ ἡ τοιαύτη ἐπικουρίη. ἐπὶ γὰρ τῇσι ἀθρόῃσι κενώσεσι, ἢ δὲ τῇσι ἐσχάτῃσι ξυμπτώσεσι, ἐξέθανόν κοτε ὑπ᾽ ἀδυναμίης οἱ κάμνοντες, ὅκως ἐξ αἱμορραγίης. ἀσινέστερον δὲ λύει ἱδρὼς, ἢν πολὺς ἐκρυῇ. οὐ πάνυ γὰρ ἰκμαλέοι οἱ ὑδρωπιώδεες. ἥδε τῶν ἐν ἥπατι παθέων ἡ τελευτὴ γίγνεται. ἢν δὲ ἐμπυήσῃ τὸ ἧπαρ, μείρακες, καὶ οἱ μέσφι ἀκμῆς, ἧσσον γυναῖκες. προφάσιες δὲ ἀκρασίη καὶ νοῦσος μακρὴ, μάλιστα ἐπὶ δυσεντερίῃ ξυντήξεσι. καὶ γὰρ δὴ καὶ τούσδε ἐκίκλησκον ξυντηκτικοὺς, τοὺς ἐπὶ ἕλκεσι ἥπατος ἰσχνοὺς ἀποθνήσκοντας.

ΠΕΡΙ ΣΠΛΗΝΟΣ.

Κεφάλ. ιδ.

Σπληνὶ ξύνηθες χρόνιον νόσημα, σκῖρρος. ἔμπυος δὲ οὐ ῥηιδίως. γίγνεται δ᾽ ὦν, εὖτε πόνος μὲν οὐ τρηχὺς, ὄγκος δὲ πουλὺς τῆς ἐπιπνοίης μέζων. ἐπὶ δεξιὰ γὰρ ὤφθη μέσφι τοῦ ἥπατος ὅλῃ τῇ κοινωνίῃ ἐποιδέων. τοὔνεκεν πολλοῖσι ἀπάτη γίγνεται, ὡς τοιοῦδε οὐκ ἐόντος σπληνὸς, ἀλλὰ τοῦ ὑμένος πάθος. τὸ γὰρ περιτόναιον φλεγμαῖνον

μᾶλλον σφίσι δοκέει. ἀπηνὴς δὲ καὶ ἀτέραμνος ὅκως λίθος. τοιόσδε τὰ πολλὰ ἐπὶ σκίρρῳ γίγνεται σπλὴν, οὔτε καὶ ἀπορίη ξύνεσι παντελής. ἢν δὲ καὶ ἐμπυΐσκη σὺν ἁφῆς μὲν, εἴκων ἐπὶ τῇ θήξει κατὰ κορυφὴν, ἔνθα ἡ τοῦ πύου γονή. ὅπη δὲ ἀνεκπύητος, οὐκ εἴκει. ἄλλοτε δὲ τῇ κοιλίῃ ἅπας ἐπαιωρέεται τῇδε κἀκεῖσε πρὸς τὰς ἀπώσιας φερόμενος, ἔστ' ἂν σμικρότερος ἐὼν, χώρην ἐς τὸ ἐμπλώειν ἴσχῃ ναυτίη, ἀπορίη μάλιστα πρὸς τῇσι ῥήξεσι. ἐπὶ δὲ τάσιος σημήια, πυρετοὶ, πόνοι καὶ ῥίγεα. τὰ πολλὰ γάρ ἐστι. ἄρριγοι δὲ ἐπὶ βραχείῃ θέρμῃ, καὶ ἀνώδυνοι. τῇδε καὶ λέληθέ κοτε ἐς σπλῆνα *ἀπόστασις. μανὸν γὰρ καὶ ἐπαναίσθητον καὶ ἐν ὑγιείῃ τὸ σπλάγχνον. οἰδαλέοι, ὑδερώδεες, μελάγχλωροι ξὺν δυσφορίῃ, ἡ δύσπνοια ὡς ἀπὸ βάρεος τοῦ θώρηκος. ἐπίδηλον γὰρ τὸ κακόν. ἄχρι τῶν ἄνω γαστὴρ πίμπλαται ὑπὸ πνεύματος παχέος, ὁμιχλώδεος, ὑγροῦ, ὡς (μὴ) δοκέειν, οὐκ ἐόντος ὑγροῦ. βὴξ, πολλὸν θυμὸς ἐγγίγνεται, καὶ βραχέα ξηρὰ ἐπάγουσι, κοιλίη ἢν τι κάτω φέρῃ ὑδατώδεα, τὸ πρῶτον σμικρὸν ἐπικουφίζουσα. εἰ δὲ ἐπὶ μᾶλλον ἐκδιδῷ, ξυντήκει μὲν τὸν ἄνθρωπον, ὠφελέει δὲ οὐδὲν ἧττον. ἢν δὲ καὶ ἐκραγῇ, πύον μὲν καθαρὸν πέπον, οὔ κοτε ἐσσύθη, ὑπόλευκον δὲ καὶ τεφροειδὲς, ἄλλοτε δὲ τρυγῶδες ἢ πελιδνόν. ἢν δὲ καὶ βαθυτέρη ἡ ἀπόστασις γένηται, καὶ μέλαν τὸ ὑγρόν. εὖτε καὶ τοῦ χυμοῦ τι τοῦ σπληνὸς ἔξεισι, συντακέντος. μετεξετέροισι δὲ καὶ ὅλα μέλεα τοῦ σπληνὸς ἠνέχθη. εὔλυτος γὰρ καὶ φύσει σπλήν.

* ἀπόστημα.

uocant, inflammatione occupari iſti exiſtimant. Contumax autem atque indomitus inſtar lapidis tumor eſt, talis plerunque à Scirrho lienis efficitur: quando & ambiguitas difficultaſque maxima ſimul adeſt. Verum ſi forte ſuppuret, tractabilis eſt utique: & in parte ſumma, ubi puris quoque creatio eſt, tactui cedit. Quando uerò pus non ducit, tactui omninò reſiſtit. Porrò nonunquã ſcirrhus totus ſuper uentrem ſuſpenſus eſt, in hanc atque in illam partem, prout impellitur, delabens: donec, puſillus eum ſit, locum ad fluitandum habet. Adeſt nauſea & anxietas: maximè cum inſtat eruptio. Incrementi autem notæ ſunt, febres, dolores & horrores: multoties enim horrent: nonnunquam uerò non horrent, cùm breui caliditate, & dolore uacant. Hac de cauſa interdum & in ſplene abſceſſus oriens latuit. Rarum enim, & ſenſu carens in ſanitate quoque uiſcus eſt. Turgent iſti, atque humoris, tanquam hydropici, pleni ſunt, atro colore uiridi admixto ſuffuſi, ægrè omnia patientes, pectore ueluti pondere oppreſſo grauiter ſpirantes. Euidens enim malum eſt, uſque ad ſuperiora ſpiritu uenter impletur craſſo, caliginoſo, humido quidem ad ſpeciem, cùm tamen non ſit humidus. Tuſſis adeſt, multumque irritantur, ſed pauca ſicca extruduntur. Venter ſi quæ infra depellit aquoſa, primò paulum ſubleuat, deinde ſi largius deijcit, hominem quidem tabefacit, ſed nihilominus iuuat. At ſi & abſceſſus ruptus fuerit, pus utique purum & concoctum nunquam excernitur, ſed ſubalbidum & cinereum, quandoque fæculentum, aut liuidum. Quod ſi & profundior abſceſſus fuerit, nigra etiã fertur humiditas: quando & aliqua ſucci lienis, qui ſimul tabeſcit, particula exprimitur. Quibuſdã præterea & integræ lienis partes exierunt: ſiquidẽ & natura diſſolubilis lienis eſt.

Cæterum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Cæterum ſi morbus ulcere non ſubſtitit, ſed in longum tempus extrahitur; cibos auerſantur, malo ſunt habitu, tumidi, aſpectu fœdi, multis ulceribus toto corpore, ſed maximè in cruribus ſcatent: rotunda, liuida, concaua, ſordida, ægre ſanabilia ulcera ſunt, ſicque demum tabefacti interiere. At in exiguo tumore cum duritia & renixu indolentia eſt. Vnde fit, ut iſti longiorem uitam ducant. Verùm ſi ab affectu ſuperentur, aqua *inter cutem*, aut phthiſis neceſſariò ſequitur: & corporis eliquatio ſuperuenit. Atque iſte ſane perniciei modus ipſos è uita migrare compellit. Pueri ac iuuenes facilè calamitatem hanc patiuntur, facileque inde liberantur: ſenes uerò non facilè utique læduntur, ſed affecti euadere interitum nequeunt. Quin etiam ſeniores quidam neſcientes ipſi uitio lienis abſumti ſunt: nam & puſillus tumor ipſis cauſa interitus fuit. Longa quoque ægritudo tabidos facit: & iuuenibus otium maximè nocet, quicunque à certaminibus exercitationibusque corpus quieti deſidiæque tradunt: loca paluſtria, aquæ exuberantes, ſalſæ, uiroſæ: inter anni tempora ferinus autumnus.

ἢν δὲ καὶ μὴ καθίσηται τῷ ἕλκεϊ, μίμνῃ δὲ ἐς πολλὸν χρόνον, ἀπόσιτοι, καχέκται, οἰδαλέοι, ἰδεῖν ἀπρεπέες, πολυελκέες πάντῃ. μάλιστα δὲ ἐς κνήμας στρογγύλα, πελιδνὰ, κοῖλα, ῥυπαρὰ, δυσαλθέα τὰ ἕλκεα. τῇδ' ἐπιξυντακέντες ὤλοντο. ἐπὶ δὲ σμικρῷ ὄγκῳ μετὰ σκληρίης, ἀντιτυπίης, ἀπονίη. διὰ τόδε πολλὸν χρόνον ζῶσι οἵδε. εἰ δὲ τοῦ πάθεος ἡττοῖντο, χρεὼν ὕδρωψ, ἢ φθίσις καὶ τοῦ σκήνεος τηκεδὼν ἐπιγίγνεται. ἄταρ ἢ δὲ * τοῦτε ὁ τρόπος τοῦ ὀλέθρου σφέας τοῦ ζῆν ἐξάγει. παιδία μὲν οὖν καὶ νέοι παθεῖν τε ῥηΐτεροι καὶ ἀπαλλαγῆναι ῥηΐτεροι. γέροντες δὲ οὐκ εὐπαθέες μὲν, διαδρῆναι δὲ ἀδύνατοι. ἀτὰρ καὶ πρεσβῦται ἔλαθόν τινες ὑπὸ σπληνὸς διαφθαρέντες. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ σμικρῷ ὄγκῳ τοῦ ὀλέθρου σφισὶν ἡ ῥοπή. φέρει δὲ καὶ νοῦσος μακρὴ, φθινώδης, καὶ νέοισι ἀργίη μάλιστα, ὁκόσοισι ἀπ' ἀγωνίης ἢ γυμνασίων πολλῶν, ἄπονον τὸ σῶμα. χωρία * ἑλκώδεα, ὕδατα πλατέα, ἁλμυρὰ, βρομώδεα, ὡρέων τὸ θηριῶδες μετόπωρον.

Margin: † τοῦτο. * ἑλώδεα

DE MORBO REGIO.

Caput XV.

Si bile flaua, uitellina, aut crocina, aut nigra cum uiridi mixta omne corpus à uiſcere ſuffuſum ſit; affectus hic à Græcis Icterus, à Latinis Regius morbus, ſiue Arquatus, ſiue Aurigo dicitur. Difficile utique in acutis malum eſt: quia non ſolum ante ſeptimum apparens, ſed etiam poſt ſeptimum infinitos necauit. Raro autem ad extremum febrem benè iudicauit: ipſe uerò haud facilè diſcutitur. Neque uitio iecoris tantummodo prouenit, ut nonnulli Medicorum exiſtimant:

ΠΕΡΙ ΙΚΤΕΡΟΥ.

Κεφάλ. ιε.

Ἢν χολῆς ξανθῆς λεκιθώδεος ἢ κροκοειδέος ἢ τῆς μελαγχλώρου ἐς τὸ παντελὲς ἀνάχυσις ἀπὸ τοῦ σπλάγχνου γένηται, τὸ πάθος ἴκτερος κικλήσκεται, χαλεπὸν μὲν ἐν ὀξέσι. οὐ γὰρ μοῦνον πρὸ ἑβδόμης κτείνει φανὲν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἑβδόμην ἔκτεινε μυρίους. σπανίως δὲ εὖτε ἔκρινε πυρετὸν ἐς τέλος τὸ πάθος ἀλλ' αὐτὸς οὐ ῥηϊδίως λύεται. ξυνίσταται δὲ οὐκ ἐπ' αἰτίῃ μοῦνον ἥπατος, ὅκως τισὶ τῶν ἰητρῶν δοκέει, ἀλλὰ κοιλίῃ,

καὶ

καὶ σπληνὶ, καὶ νεφροῖσι, καὶ κώλῳ· τὸ ἐφ' ἥπατι μὲν *ὧδε. ἢν φλεγμαίνῃ ἢ μὶν ἢ σκίῤῥον ἴσχῃ τὸ ἧπαρ, ἄτρεπτον δὲ τὸ ἐς ἐργασίην ἔῃ, τίκτει μὲν ἐν τῷ ἥπατι χολὴν, καὶ διακρίνει τήνδε ἡ ἐν ἥπατι οὖσα κύστις. ἀλλ' ἢν αἱ φέρουσαι ἐς τὸ ἔντερον τὴν χολὴν ὁδοὶ ὑπὸ τῆς φλεγμασίης, ἢ τοῦ σκίῤῥου φραχθῶσι, πλημμυρῇ δὲ ἡ κύστις, παλλίσσυτος ἡ χολή. τῷ αἵματι οὖν μίσγεται. τὸ δ' αἷμα, ἐς πᾶν τὸ σκῆνος φοιτέον, ἄγει τὴν χολὴν παντὶ τῷ σώματι. γίγνεται δ' ἡ *ἰδέη χολῆς. λευκὰ δὲ καὶ ἀργιλώδεα τὰ σκύβαλα. οὐ γὰρ γίγνεται χολήβαφα, ὅπερ οὐκ ἴσχει τοῦδε τοῦ χυμοῦ τὴν ἐπιῤῥοήν. τῇδε καὶ γαστὴρ ἐπίξηρος. οὔτε γὰρ ὑγραίνεται, οὔτε *δάκνεται χολῇ. χροιὴ δὲ, τοῦ λευκοχρόου εἶδος. ἐπὶ σπληνὶ δὲ ἢν ἴκτερος φανῇ, μελάγχλωρος. μέλαινα γὰρ αὐτέου ἡ τροφὴ, ὅπερ ἐκμαγεῖόν ἐστιν αἵματος μέλανος, οὗ τὴν ἀκαθαρσίην ἐοῦσαν οὐ δέχεται, οὐδὲ ἐκπονέει νοσέων ὁ σπλήν. ἡ δὲ ξὺν τῷ αἵματι πάντη φοιτῇ. διὰ τόδε μελάγχλωροι ἀπὸ σπληνὸς ἰκτέρου. ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσι σκυβάλοισι τοῖσι ξυνήθεσι, ἔτι καὶ *μελαντέρη χροιή. τὸ γὰρ σπληνὸς τροφῆς τὸ περιττὸν, ἐς ἔξοδον περίττωμα γίγνεται, καὶ ἐπὶ κώλῳ καὶ γαστρὶ *ἴκτερος, ἤνπερ εἰς πέψιν ἡ γαστὴρ καὶ τῷ κώλῳ κακωθῇ. καὶ γὰρ (καὶ) ἐν τῷ κώλῳ πέψις, καὶ ἀπὸ τοῦδε ἡ ἐς τὸ ἧπαρ ἀναγωγὴ τροφῆς. ἢν οὖν ὠμοτέρην τὸ ἧπαρ τὴν ἄλλην τροφὴν λάβῃ, τὴν μὲν *ἰδίην ἐργασίην ποιέει. τὴν δὲ ὀθνείην, ἐᾷ. τὸ γὰρ ἐν τῇ

* ὧδε. * ἰδέα. * δάκνεται. * μελάντεροι χροιῇ. * ἴκτερος. * ἰδίην ἐργασίην.

ſed & uentriculus, & lienis, & renes, & laxum inteſtinum in cauſa ſunt, & ab iecinore quidē naſcitur, ſi phlegmone aut ſcirrho uiſcus illud opprimitur, à ſolito tamen munere non impeditur. Creatur enim in iecinore bilis, eamque in iecinore poſita ueſica ſecernit. Verum ſi meatus ad inteſtinum bilem deferentes phlegmone, aut ſcirrho interclusi fuerint, ueſica autem exundauerit, bilis retrò labitur. Cum ſanguine igitur miſcetur, qui per totum corpus diſcurrens, ſecumque bilem uehens in omnia membra diffundit: atque ita corporis ſpecies bile tingitur. Stercora uerò albida ſunt, & argillam referentia. Neque enim bile colorantur, quoniam humoris eius affluxu carent. Iccircò & uenter ualdè ſiccus eſt, ſiquidem bile nec madet, neque ſtimulatur. Color *autē ad albū cum uiridi mixtū uergit*. Si morbus regius ab liene ortum habeat, color eſt ater cum uiridi mixtus. Ipſius enim atra bilis alimentum eſt: cum ſanguinis atri effigies quædam ac ſimulacrum ſit, cuius purgamenta non ſuſcipit, neque elaborat lienis ægrotans. Inde fit ut per omne corpus cum ſanguine dilabantur. Propterea lienis arquato laborantes eum uiriditate quadam nigricant. Ipſorum quoque conſueta ſtercora nigriore colore imbuta ſunt. Nam quod alimenti in ſplene abundat, ad uias exitus tanquam recrementum propellitur. A laxo etiam inteſtino & uentriculo arquatus prouenit, ubi concoquendi facultas in uentriculo & laxo inteſtino, quod Græci Colon nominant, læſa fuerit. Nam & in colo concoctio efficitur, & ab ipſo alimentum in iecur digeritur. Igitur ſi aliud alimentum crudius iecur ſuſceperit, proprium quidem elaborat, & conficit, alienū uerò dimittit. Sanguis enim,

qui

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

qui diſtribuitur, coli ceſſationem atque inertiam retinens, in omnem partem labens eam diſſeminat. In colo autem cruditas ipſius bilis effectrix eſt. Hunc ſanè in modum ab omnibus uiſceribus arquatus oriri poterit, non modo ab ijs, quæ jecori eſcam ſuggerunt, ſed etiam ab ijs, quæ à jecore ſuſcipiunt. Neque enim per canales duntaxat ſenſiles, ſed multò copioſius per halitus natura in omne corpus alimenta diſtribuit, qui à toto in totum natura ipſos per ſolidas ac denſas partes dirigente diſcurrere facilè queunt: gignuntur itaque halitus bile infecti: & corpus, ubi inſederint, colorant. Nempe per aluum laborante colo non fit albida excretio: jecur enim creandis ſuccis nullam noxam patitur, exitumque bilis ad inteſtina patentem habet. Habitus quoque totius corporis ad morbum regium citandum ſummoperè efficax eſt. Habet enim & in toto cauſam, quæ huiusmodi eſt. In omnibus corporis partibus calor ad concoquendum inſitus eſt: in omnibus item humorum eſt creatio ac ſeparatio. Sed aliorum alia, ſingulis autem propria, ut pote in carne ſudor, in oculis lachryma, in articulis & naribus mucus, in auribus Cypſelis græcè dicta, Latini aurium marmorata, ſeu cerumina uocant. Itaque ſi ad ſingula obeunda munera calidum fatigatum laſſatumque fuerit, ipſum quidem in acre atque igneum uertitur, humiditates autem omnes in bilem abeunt. Ignis enim opera amara & bile infecta ſunt. Quód ſi & in ſanguine cruditas incidat, ſanguis bilioſus efficitur, & quoquouerſus nutriens diſpergitur. Propterea & ubiq; bilis conſpicitur. Planè acerbum id malum eſt, color uerò ſpecie horribilis. Etenim colore aurum repræſentat: ſed nō hominē decet, quod in lapide pulchrum fuerit. At ſuperuacuum mihi uidetur,

ἀναδόσει αἷμα, τὴν ἀεργίην τὴν τοῦ κώλου ἐπέχον, διασπείρει παντὶ χεόμενον. ἀπεψίη δὲ ἡ ἐν κώλῳ, χολῆς ἐστὶ ἐργασίη. ὥστε καὶ ἐπὶ παντὶ γίγνεσθαι σπλάγχνῳ δυνατὸν ἴκτερον, οὐ μόνον τῶν ἐς τὸ ἧπαρ πεμπόντων τροφὴν, ἀλλὰ κἢν ἀπὸ ἥπατος λαμβάνῃ. οὐ γὰρ ὀχετοῖσι αἰσθητοῖσι μοῦνον ἡ φύσις παντὶ διαπέμπει τὴν τροφὴν, ἀλλὰ πολλῷ πλέον ἀτμοῖσι, οἵπερ ἀπὸ παντὸς *εἰς πᾶν ἐνεχθῆναι ῥηΐδιοι, τῆς φύσιος αὐτοὺς (καὶ) διὰ στερεῶν καὶ πυκινῶν ἀγούσης. γίγνονται οὖν οἱ ἀτμοὶ χολόβαφοι, καὶ χρώζουσι, ἢν ἀνίζωσι τοῦ σώματος. οὐ μὴν ἐπὶ κῶλον *ἡ τῆς κοιλίης ἔκκρισις λευκή. ἀσινὲς γὰρ τὸ ἧπαρ ἐς γένεσιν, καὶ ἐκροὴν ἴσχει ἐπὶ ἔντερα χολῆς, δυνατωτάτη δὲ καὶ ἡ ἐπὶ τῷ παντὶ ἕξις, ἴκτερον τεκεῖν. ἴσχει γὰρ καὶ ἐν ὅλῳ τὴν αἰτίην. ἔστι δὲ τοιήδε. παντὶ μὲν τὸ θερμὸν ἐς *πέψιν, παντὶ δὲ ὑγρῶν γέννα καὶ διάκρισις, ἄλλων μὲν ἄλλη, ἑκάστῳ δὲ οἰκείη. ἐν σαρκὶ μὲν ἱδρὼς, ἐν ὀφθαλμοῖσι δὲ δάκρυον. ἐν ἄρθροισι δὲ καὶ ῥινὶ μύξη, ἐν ὠσὶ κυψελίς. ἢν οὖν ἐς ἕκαστον ἔργον τὸ θερμὸν ἐγκάμῃ, αὐτὸ μὲν ἐς δριμὺ, καὶ πυρῶδες ἐτράπη. τὰ δὲ ὑγρὰ πάντα γίγνεται χολή. πυρὸς γὰρ ἔργα πικρὰ καὶ χολόβαφα. ἢν δὲ καὶ ἐν αἵματι ἀπεψίη ξυμφῇ, γίγνεται τὸ αἷμα χολοειδὲς, σκίδναται δὲ παντὶ τρέφον. διὰ τόδε παντὶ φαίνεται χολή. δεινὸν μὲν γὰρ τὸ πάθος, φοβερὴ δὲ ἡ χροιὴ εἴδεϊ, καὶ χρυσοειδέες ἔασι τὴν χροιήν. οὐ γὰρ ἀνθρώπῳ εὐπρεπὲς, ὅ γε ἐν λίθῳ καλὸν ἔῃ. περιττὸν δέ μοι φράζειν καὶ

*ἱκ.

*ὑπ.

*μέψιν

πόθεν τοὔνομα, πλὴν ὁκόσον τῶν χερσαίων ἰκτίδων τῶν τετραπόδων θηρίων. τοιοῖσι δὲ ἔασι οἱ ὦπες οἵδε. εἴδεα τοῦ πάθεος δοιά. ἢ γὰρ ἐς τὸ ξανθὸν, καὶ τὸ κροκῶδες ἐτράπη τοῦ λευκοχλώρου εἴδεος, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν. τῶν δὲ μέντοι ἡ αἰτίη. εἴδη δὲ καὶ χολῶν ἐστὶ αἰτίη. καὶ γὰρ τῆς δὲ ἡ μὲν ξανθὴ, λεπτὴ, διειδὴς, λεπτοτέρου εἴδεος, ἢ ἐς τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν· ἡ δὲ κατακορὴς, ὡς κρόκον, ἢ λέκιθον φάναι τοῦ αὐτοῦ εἴδεος. δευτέρη δὲ μελαντέρης χροιῆς πρασίζουσα, ἰσατώδης, μέλαινα. μυρίαι δὲ ἐν μέσῳ τῶν χροιῶν * παραλλαγαί. παρὰ δὲ τὸ θερμὸν τουτέων καὶ τὰ ὑγρὰ, ἡ τροπή. ἀλλὰ καὶ τὰ σπλάγχνα τοῦδε ἐστι αἴτια. ἢν ἢ ξανθὸν, ὡς τὸ ἧπαρ. ἢ πελιδνὸν, ὡς ὁ σπλήν. ἢν μὲν ἐπὶ σπλάγχνῳ τινὶ ἴκτερος γένηται, ἐπὶ ἥπατι μὲν, τὰ ἥπατος περιφανέα. ἐπὶ δὲ σπληνὶ, τὰ σπληνός. ἕκαστα δὲ τὰ τῶν ἄλλων ἑκάστου. ἢν δὲ μηδενὸς φαίνηται, τῆς ὅλης ἕξιός ἐστιν. ἡ πάθη διαφανῆ δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖσι λευκοτάτοισι ὀφθαλμοῖσι. μετώπου δὲ, πρὸς κροτάφοισι μᾶλλον τοῖσι λευκοῖσι φύσει, καὶ ἐπὶ σμικρῷ ἰκτέρῳ ἡ χροιὴ μέζων * ἐπανθέει. ὁκόσοισι μὲν οὖν μέλας ὁ ἴκτερος, χροιὴ μελάγχλωροι, ῥιγώδεες, ἀδρανέες, ὄκνῳ εἴκοντες, ἄθυμοι, βρομώδεες δὲ τὴν ὀσμὴν, πικροὶ δὲ τὴν γεῦσιν, τὴν ἀναπνοὴν οὐκ εὔκολοι. γαστέρι δακνώδεες, διαχωρήματα πρασοειδέα, ὑπομέλανα, ξηρὰ, μόλις διαχωρεόμενα, οὖρα κατακορέα ἐπὶ τὸ μελάντερον. ἄπεπτοι, ἀπόσιτοι;

* παραλλαγάς.

* ἐπανθίσι.

unde id nomen Icterus tractum fuerit, explicare: præterquam à terreſtribus feris quadrupedibus; quas Græci Ictidas, latini Viuerras, aliqui Martes uocant, *& ſylueſtris muſtelæ ſpecies eſt.* His enim beſtijs oculi hujuſcemodi colore tincti ſunt. Duæ ſunt huiuſce labis ſpecies: aut enim in flauum croceumque uergit, ſimulque albicat & uireſcit: aut in liuidum nigrumque declinat, *atque iſtorum quidem cauſa eſt; ea uero & generabilis ſunt.* Aliqua enim bilis flaua eſt ſubtilis, perſpicua, tenuioris generis: aut ad liuidum atrumque uergens: aliqua magis colore ſaturata, ut crocum, aut uitellum ejuſdem ſpeciei quis affirmet. Secunda bilis ſpecies nigrioris coloris eſt, porri, aut iſatidis herbæ colorem referens, atra. Inter hæc extrema infinitæ ſunt colorum uarietates. Penes autem calorem atque humiditates iſtarum mutatio fit. Quin etiam uiſcera hujuſce uarietatis cauſæ ſunt: ut puta ſi flauum uiſcus ſit, quale jecur eſt: aut liuidum, qualis lienis. Quocirca ſi ab aliquo uiſcere arquatus oritur: à jecore quidem, jecoris notæ ſunt: à liene, lienis: ſingulorumque, unde oritur, membrorum indicia apparent. Si nullius membri ſigna uideantur, uniuerſi habitus ægritudo eſt. Perſpicua uerò ſunt & ea, quæ in albiſſimis oculis cernuntur. Frontis autem ſecundum tempora, in corporibus naturaliter albis præcipuè, & in paruo arquato color exquiſitior effloreſcit. Porrò quicunque nigro arquato laborant, in his ater color uiridi commixtus apparet, ijdem frigent, imbecilli, deſides, triſtes, atque demiſſi animo ſunt, tetrum odorem exhalant: guſtatum amarum habent: ſpiritus non facilè ducunt: in uentriculo morſum percipiunt: alui excrementa porracea, ſubnigra, arida ſunt, ægrèque deſcendunt. Vrina benè colorata eſt ad nigrius uergens: ad hæc cruditate laborant, cibum deteſtantur, uigi-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

uigilant, mærent, melancholia agitantur. At in albiore arquato color eſt ex albo & uiridi temperatus: mente ſunt hilariores: cibos accipere primò eos piget, ſed ubi cœperunt, nauiter comedunt: facilius, quàm priores, concoquunt: alui purgamenta alba ſunt, arida, cretacea, lotium reddunt flauum, pallidum, crocinum. In utriſque corpus omne pruriginoſum eſt: calor in naribus exiguus quidem, ſed mordax percipitur: nam bilioſum diſtrahit laniatque. Guſtatus amarorum quidem non amarus, quod mirum eſt, non tamen dulcis: dulcium uerò amarus. In ore nanque bilis in lingua reſidens, & prius cibis occurrens ſenſum hunc ludificatur ac decipit. Lingua enim bile ſuffuſa cibos non ſentit, atque antea quidem jejunij tempore bilis quieſcit: neque iccirco lingua propter conſuetudinem ægrè fert: uerùm ſi cibis excitata bilis efferbuerit, ipſa cibis objecta prius linguam mouet ac ſtimulat. Itaque ſiue amara ſit eſca, amari ſenſus eſt, ſiue dulcis, bilioſi perceptio. Bilis enim ſenſio præuertit. Falluntur autem, qui amara uideri dulcia exiſtimant. Res enim haud ita ſe habet: ſed quoniam membrum amaro aliquo delibutum duntaxat propter morbi conſuetudinem amaritiem non percipit, ideo ſpeciem dulceſcentis repræſentat. Verum in dulcibus & amaris cibarijs idem ſtatus reperitur. Fallacium igitur ciborum uelamentum bilis eſt. Vtrique ſi nullius uiſceris calefactio euidens fuerit, plerunque ſine noxa arquatus eſt, ſed diuturnior. Si perſeuerauerit, atque

ἄγρυπνοι, ἄθυμοι, μελαγχολώδεες. ἐπὶ δὲ τὸ λευκότερον, χροιὴ μὲν *λευκόχλωροι, γνώμην δὲ φαιδρότεροι. σιτίων ἄρξασθαι μὲν ὀκνηροί, ἐμφαγεῖν δὲ οὐκ ἀγενεῖς, πέψαι ῥηΐδιοι τῶν πρόσθεν μᾶλλον. διαχωρέουσι λευκά, ξηρά, ἀργιλώδεα, οὐρέουσι ξανθά, ὠχρά, κροκοειδέα. ἀμφοῖν δὲ τὸ ξύμπαν σῶμα κνησμῶδες, θέρμη ἀνὰ ῥῖνας, σμικρὴ μὲν, δακνώδης δέ. ἀμύσσον τὸ χολῶδες, γεῦσις μὲν πικρῶν, οὐ πικρὴ τὸ θῶυμα, οὐ μὴν *γλυκέων. γλυκέων δὲ πικρή. ἡ γὰρ ἐν τῷ στόματι χολὴ ἐνίζουσα τῇ γλώσσῃ, ἐπίπροσθεν τῶν ἐδεσῶν ἐντυγχάνουσα, τὴν αἴσθησιν σοφίζεται τήνδε. ἡ γὰρ γλῶσσα ἀναπιοῦσα τῆς χολῆς τῆσδε, οὐκ ἐκείνων *αἰσθάνεται. καὶ τὸν μὲν πρόσθεν τὸν τῆς ἀποσιτίης χρόνον, ἀτρεμέει ἡ χολή. ἀτὰρ οὐδὲ ἡ γλῶσσα τῷ ἤθει ἄχθεται. ἢν δὲ ἀναζέσῃ *γεύμασι ἐπίπροσθεν τῶν ἐδεσῶν, τὴν γλῶσσαν εἶδε κενεήν. ἤν τε οὖν πικρὸν ἔῃ σιτίον, πικρῶν *αἴσθησις. ἤν τε γλυκύ, χολώδεος. φθάνει γὰρ ἡ αἴσθησις τῆς χολῆς. ἀπάτη δὲ ξύνεστι τοῖσιν ἡγευμένοισι τὰ πικρὰ γλυκέα φαίνεσθαι. οὐ γὰρ οὕτως ἔχει. ἀλλ' ὅτι μὴ ἐπὶ τῷ ἰζᾶνον πικρῷ πικράζεται μόνος διὰ τὸ ξύνηθες τῆς νούσου, φαντασίῃ γλυκάζοντος γίγνεται. ἡ αὐτὴ δὲ κατάστασις καὶ ἐν γλυκέσι, καὶ πικροῖσι γεύμασι. ἀπατηλῶν ἄρα γευμάτων *προκάλυμμα ἡ χολή, ἢν μὲν οὖν μὴ ξὺν τινὸς σπλάγχνου θερμασίῃ φανῇ, *ἀσινὲς μὲν ὡς ἐπίπαν. μακρότερον δέ. ἢν δὲ καὶ

[* λευκόχροοι. * γλυκείων. * αἴσθεται. * γεύματι. * αἴσθησι. * προκάλυμμα. * ἀσινής.]

ἀπιφλεγ. ὑδρωπα.

ἐγχρονίσῃ, καὶ *ἐπιφλεγμαίνῃ σπλάγχνον, *ἐς ὕδρωπα τὰ πολλὰ καὶ καχεξίην τελευτᾷ. πολλοὶ δὲ καὶ δίχα ὕδρωπος ἐκταχέντες ὤλοντο. ξύνηθες δὲ μειρακίοισι νέοισι, καὶ τοῖσι δὲ ἀσινέστερον. παιδίοισι δὲ, οὐκ ἄηθες πάγχυ. οὐ πάντη δὲ ἀσφαλές.

inſuper uiſcus inflammatione uexatum fuerit : in aquam inter cutem, & malum corporis habitum ut plurimum deſinit. Plerique & ſine aqua intercute colliquati interiere. Id malum adoleſcentulis iuuenibusque familiare eſt : quibus & minus officit. Pueris autem, non admodum inuſitatum, non omnino tamen innoxium eſt.

ΠΕΡΙ ΚΑΧΕΞΙΗΣ.

Κεφάλ. ιϛ.

DE CACHEXIA, SIVE malo corporis habitu.

Caput XVI.

ἰκτερίτης.

Ξυμπάντων ὁμοῦ παθέων καχεξίη τροπή, ἅπασαι γὰρ αἱ νοῦσοι, τὸ δὲ ἀπότοκοι. ἀτὰρ καὶ ἥδε μούνη ἄνευθεν τῶν ἄλλων φαρμάκων ἐπίδοσιν ἔχουσα πολλὴν ἰλυώδεα, κατὰ πρώτιστα γίγνεται πάθος. καὶ ἕξις μὲν κακὴ σχέδιος ξυνὴ πάντων, καὶ ξυμπτώματα πολλὰ, καὶ οὔνομα τόδε ξύμβολον. ἰσχνότης δὲ, ἢ *ὦχρος, ἢ οἶδος, καὶ εἴ τι ἕτερον πρόσκαιρον ἀνὰ τὸ σῶμα. καχεξίη δὲ ἑνὸς μεγάλου πάθεος ἰδέη, καὶ τοῦ δὲ τοὔνομα. ἡ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ἐς τὰ πάντα εὐεξίη, καὶ ἡ ἐς πέψιν, ἢ ἐς ἀνάδοσιν αἵματος γέννα. ἡ δὲ πᾶν ἔργον φύσιος, ἐφ' οἷσι εὔπνοια, εὐτονίη, εὐχροίη, τὸ πρόσθεν ὑγείη. ἢν δὲ ἐς ἀσθενίην κακοχυμίης ἡ φύσις τραπῇ, τόδε ἐστὶν ἡ καχεξίη. ἡ νοῦσος ἥδε δυσαλθής, ἢ δὲ μήκιστον κακόν. καὶ γὰρ τίκτεται χρόνῳ μακρῷ, καὶ οὐδὲ ἐπὶ μιῇ τοῦ σώματος κακίῃ, καὶ οὐδὲ ἐπὶ σπλάγχνῳ ἑνί. ἀλλὰ γὰρ τῶν ἁπάντων τροπὴ ἐς πονηρόν. τοιγαροῦν τὰ ἀπότοκα τοῦδε νοσήματα, ἄφυκτα γίγνεται, ὕδρωπες, ἢ φθίσιες, ἢ ξυντήξιες. καὶ γὰρ ἤν τι καὶ τῆς

Omnium ſimul uitiorum malus habitus conuerſio eſt. Siquidem *morbus in multum tempus extrahitur.* Verùm & ipſe ſolus citra alios morbos materiam *multum* lutulentam nactus, à principio noua ægritudo gignitur. Et habitus quidem malus ſimplex communis eſt, & ſymptomata multa comitantur : nomenque ipſum ſignificanter inditum eſt. Gracilitas uerò, aut pallor, aut tumor, & ſi quid aliud inſit, ad tempus durans in corpore exoritur. Malus autem habitus unius ingentis affectus ſpecies eſt, eique nomen tale fuit impoſitum. Nam hominis ad omnia bonus habitus eſt : & ad concoctionem, aut ad diſtributionem ſanguinis creatio, atque omnis naturæ functio inde prouenit, hæc conſequitur facilis ſpiratio, ualidæ uires, floridus color, ſed prima omnium ſanitas. Quòd ſi ad imbecillitatem uitioſorum corporis humorum, quæ Cacochymia à Græcis dicitur, natura conuerſa fuerit : id iam malus habitus eſt, quem Græci Cachexiam nominant. Valetudo hæc uix ſanabilis eſt, malumque longiſſimum. Longo enim tempore acquiritur, neque ab uno corporis uitio, neque ab uno uiſcere prodiens. Sed omnium eſt in deterius conuerſio. Quocirca ab hac enaſcentes morbi ineuitabiles ſunt, ut puta aqua intercus aut phthiſis, aut *colliquatio.* Siquidem & mali

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mali habitus cauſæ colliquationis germanæ ſunt. Morbus autem in multum tempus extrahitur : *morbus iſte parua quædam dyſenteria eſt continua:* quibuſdam morborum reuerſiones eueniunt, bene utique cibos appetunt, tametſi multos ingerant, ac repleantur: crudi uerò, & non confecti digeruntur, quoniam alimenti elaboratio ad coctionem pertinens, debilis admodum atque inualida eſt. Labis huius cauſæ ſunt & ab hæmorrhoidibus, quas uocant, uenis effluuij ſuppreſſio, & uſitatorum uomituum retentio, & ab exercitationibus quies, & ſudorum exiccatio, & ab ingentibus laboribus otium; *quo tempore eorum ſingula, quæ aderans, nulla redeunt, grauitas corporis adeſt* : pallor ſubinde repetens, uenter flatibus refertus, oculi concaui, ſomni graues torporem afferentes. Verum enimuerò hæc ſi erraticè, & non ſtatis temporibus fiant; morbi inconſtantiam infirmitatemque ſignificant. Sin altius exactis radicibus maneant, neque deſiſtere uelint, ingentis mali nuncia ſunt. Stantibus pedes tibiæque intumeſcunt, *inclinata femora decumbentibus.* Quòd ſi decubitum mutauerint, tumor in *illa* decumbentes deuoluitur : humidique aut frigidi in grauitatem fit circuitus. Nam ſi calor humidum euaporet, id uerò non effundatur, poſtea delabetur. Multos utique cibos appetunt, edaces admodum ſunt, celerior concoctione diſtributio fit crudiorum magis, quam inconcoctorum, nutricatio non perficitur. Sed hoc inde prouenit, quoniam in toto alimentum à natura non concoquitur. In uentre enim atque in omni corpore caloris imbecillitas eadem eſt. Quapropter neque optimus, neque boni coloris ſanguis procreatur. Cumque crudorū ſuccorum omne corpus refertum fuerit, & ciborum appetentia euaneſcat, ſic malo habitu uſque ad uentriculum graſſante, & affectu jam ſummam potentiam obtinente, tūc ſanè tumidi fiunt,

καχεξίης προφάσιες ἀδελφαὶ τῆς ξυντήξιος ἔασι. ἡ δὲ νοῦσος μακρὴ δυσεντερίη ξυνεχής. νούσων ὑποστροφαὶ ἐνίοισι. εὐσιτίη μὲν γὰρ, καίτοι καὶ προσφέρονται πολλά. ὠμῶν δὲ καὶ ἀπέπτων ἡ ἀνάδοσις. ἐργασίη γὰρ τροφῆς ἡ ἐς πέψιν ἄπορος. αἰτίη δὲ καὶ αἱμορροΐδων ῥόου ἐπίσχεσις, ἢ ἐμέτων ξυνήθων ἀπαλλαγή. γυμνασίων ἀργίη, ἀνασμὸς ἱδρώτων, καὶ μεγάλων πόνων ῥαθυμίη. εὖτε τῶν παρεόντων ἕκαστον, ὥστε μηδὲν οὐκ ἐπιστρέφειν. βάρος τοῦ σκήνεος, ὦχρος ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, γαστὴρ φυσώδης, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ὕπνοι βαρέες, νωθροί. ἀλλὰ τάδε ῥεμβώδεα μὲν γιγνόμενα νούσου ἀπιστίην ἴσχει. ἢν δὲ ῥιζώσαντα μίμνῃ, μηδὲ ἀπιέναι ἐθέλῃ, μεγάλου κακοῦ ἐστὶ σύμβολα. ἑστεῶτες μὲν, οἰδαλέοι, πόδας τε καὶ κνήμας. κατακλινόμενοι δὲ, τὰ κεκλιμένα μηρία. κἢν ἀναλλάξῃ τὴν κατάκλισιν, τὸ εἶδος ἐπ' ἐκεῖνα φοιτῇ. ὑγροῦ τε ἢ ψυχροῦ ἐς τὸ βάρος περίοδος. ἢν γὰρ ἡ θέρμη τὸ ὑγρὸν ἐξατμίζῃ, τοῦδε οὐκ ἀναχεομένου, εἶτα καταῤῥέει. εὔσιτοι μὲν πολλῶν σιτίων. ἀδηφάγοι κάρτα. ἀνάδοσις ταχυτέρη πέψιος, ὠμοτέρων μᾶλλον ἢ ἀπέπτων. ἐξανέργαστον δὲ ἡ * θρέψις. ἀλλὰ τόδε οὐκ ἐν τῷ ὅλῳ πέσσεται ὑπὸ τῆς φύσιος. ἡ γὰρ ἐν τῇ κοιλίῃ τοῦ θερμοῦ ἀτονίη, καὶ ἐν τῷ σκήνεϊ ὁμοίη. τοιγαροῦν, οὐδὲ χρηστὸν, οὐδὲ εὔχροον αἷμα γίγνεται, καὶ ἐπὴν * ὠμὸν ὅλον τὸ σῶμα πλησθῇ, καὶ ἡ ἐς τὰ σιτία ὄρεξις οἴχηται τῆς καχεξίης ὧδε μέσφι στομάχου νεμομένης, καὶ τοῦ πάθεος κορυφὴν ἴσχοντος ἤδη, οἰδαλέοι μὲν, ἀδρα-

* πέψις.

* ὠμῶν.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἀδρανέες δὲ, καὶ ἐς πᾶσαν πρῆξιν ἄθυμοι. κοιλίη δὲ ξηροτέρη. ἄχολα τὰ πολλὰ, καὶ λευκὰ, τρηχέα, καὶ ὠμὰ διαχωρέουσι. τὸ σκῆνος αὖοι, ἀνίδρωτες, κνησμώδεες, ὕπνος ἑδραῖος μὲν οὐδαμῆ, κεκλιμένῳ δὲ νυσταγμός. βραδύπνοοι, σφυγμοὶ ἀμαυροὶ, ἀσθενέες, πυκνοί. πυκνότατοι δὲ ἐπὶ πάσῃ καὶ σμικρῇ πρήξει. ἆσθμα δὲ ἐπὶ τοῖσδε ἡ ἀναπνοή. φλέβες ἐπὶ τοῖσι κροτάφοισι * ἐπηρμέναι, ἀσαρκίῃ τῶν πέριξ. ἀτὰρ καὶ ἐπὶ τοῖσι καρποῖσι πολὺ μέζονες διοιδέουσαι, μελάγχλωρον τὸ αἷμα. ἐπὶ τοῖσδε φθίσις, ἢ σύντηξις. ἀναπνοὴ, ἀνὰ σάρκα ὕδρωπα, ἢ τινα ἀσκίτην ἤγαγε καὶ τῶν δὲ ἄφυκτος ἡ γέννα. φέρουσι δὲ ἡλικίαι, γῆρας, καὶ οὐκ ἀποδιδρήσκουσι. παῖδες ταχὺ παθεῖν τε εὔκολοι, καὶ ἀπαλλαγῆναι ῥηΐτεροι. ἀκμάζοντες οὐ πάγχυ μὲν παθεῖν ἕτοιμοι. οὐ πάμπαν δὲ ἀπαλλαγῆναι εὔκολοι. ὥρη δὲ οὐ μίη φέρει τόδε, οὐδὲ ἐς μίην τελευτᾷ. ἀλλὰ φθινόπωρον μὲν κύει, χειμὼν τιθηνεῖ, ἔαρ δὲ ἐς κορυφὴν τελεσφορεῖ, θέρος δὲ κλείνει.

* ἐπηρμένη.

imbecilli, & ad omne opus abjecto proſtratoque animo. Aluus ſiccior eſt. plerunque recrementa bile priuata, alba, aſpera, crudaque deijciunt: corpore ſqallent, ſudore carentes & pruriginoſi. Somnus nequaquam firmus eſt, ſed decumbentes conniuent: tarde ſpiritum ducunt: arteriarum motus languidi ſunt, debiles, frequentes: poſt quamlibet autem uel exiguam actionem frequentiſſimi fiunt. Poſt hæc reſpiratio cum anhelitu fit: uenæ in temporibus elatæ apparent: partes enim, quæ circumjacent, *emarcuerunt.* Verum & in brachialibus longe grandiores inflatione uenæ redditæ ſunt: ſanguis atro colore uiridi admixto infectus eſt. Ab his phthiſis, aut colliquatio hydropem anaſarca uocatam, aut aſcitem adducit: iſtorumque procreatio ineuitabilis eſt. Ætates hujus morbi feraces ſunt inprimis ſenectus, neque mortem euadunt. Pueri & celeriter pati idonei ſunt, & liberantur facilius. Florentes ætate haud ita ualde huic malo patent, non tamen penitus facilè ſanantur. Tempus anni non unum hanc fert ægritudinem, neque uno tempore finitur, uerum autumnus concipit, hyems alit, uer ad ultimam uehementiam perducit, æſtas uerò interficit.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ARETAEI CAPPADOCIS DE ſignis & cauſis diuturnorum morborum LIBER II.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ χρονίων παθῶν σημειωτικὸν βιβλίον δεύτερον.

De Hydrope, Caput.	I.	Περὶ ὕδρωπος, κεφάλ.	α.
De Diabete, cap.	II.	Περὶ διαβήτου, κεφ.	β.
De affectibus renum, cap.	III.	Περὶ τῶν κατὰ τοὺς νεφροὺς παθῶν,	γ.
De uitijs ueſicæ, cap.	IV.	Περὶ τῶν ἐν κύστει, κεφ.	δ.
De ſeminis effluuio, cap.	V.	Περὶ γονοῤῥοίης, κεφ.	ε.
De ſtomachi uitijs, cap.	VI.	Περὶ στομαχικῶν, κεφ.	ς.
De uentris affectu, cap.	VII.	Περὶ κοιλίης διαθέσεως, κεφ.	ζ.
De dolore inteſtini coli, cap.	VIII.	Περὶ κωλικῶν, κεφ.	η.
De difficultate inteſtinorum, cap.	IX.	Περὶ δυσεντερίης, κεφ.	θ.
De læuitate inteſtinorum, cap.	X.	Περὶ λειεντερίης, κεφ.	ι.
De affectibus uteri, cap.	XI.	Περὶ ὑστερικῶν, κεφ.	ια.
De articulorũ & coxẽdicis morbis.	XII.	Περὶ ἀρθρίτιδος καὶ ἰσχιάδος, κεφ.	ιβ.
De Elephantiaſi, cap.	XIII.	Περὶ ἐλεφαντιάσιος, κεφ.	ιγ.

DE HYDROPE, hoc eſt, aqua inter cutem.

Caput I.

AQua inter cutem, quam Græci Hydropa uocant, injucundum aſpectu uitium eſt, & toleratu difficile: ab ipſo enim perpauci liberantur: idque felicitate quadam, ac Deorum potius, quàm artis auxilio. Majora enim omnia uitia ſoli Dij medicantur. Nam aut in uiſcere primario morbus deliteſcens totum in malum habitum conuertit, aut omne corpus ingruente peſtilentia in malum ſuccum uiſcera permutauit. Quando ſibi utraque uiciſſim ad perniciem ſuffragantur: nullaque eſt pars noxa carens, quæ uel modicam naturæ opem afferre poſſit. Eſt autem ad humectationem fluxio frigida, craſſa, qualis eſt nebula uniuerſo: aut conuerſio ab humida & frigida cauſa in talem habitum hominem permutante.

ΠΕΡΙ ὙΔΡΩΠΟΣ.

Κεφάλ. α.

Ὕδρωψ ἀτερπὲς μὲν ἐσιδεῖν πάθος, χαλεπὸν δὲ καὶ παθεῖν. διαδιδρήσκουσι γὰρ τόδε πάγχυ παῦροι ὑπὸ εὐτυχίης, καὶ θεῶν μᾶλλον ἢ τέχνης. τὰ γὰρ μέζονα πάντα *ἰῶνται μοῦνοι θεοί. ἢ γὰρ ἐν σπλάγχνῳ καιρίῳ νόσημα φωλεῦσαν ἔτρεψε εἰς καχεξίην τὸ πᾶν, ἢ τὸ ξύμπαν σκῆνος λοιμοῦ καταρξαντος, ἐς κακοχυμίην ἤμειψε τὰ σπλάγχνα. εὖτε ἀλλήλοισι ἄμφω ἐς τὸ κακὸν ξυντιμωρέει, ἀσινὲς δὲ οὐδὲν, ἐξ οὗπερ καὶ σμικρὴ τῇ φύσει γίγνοιτο ἂν ἐπικουρίη. ἔστι δὲ ἐς ἐπομβρίην ῥεῦμα ψυχρὸν, παχὺ, ὁκοῖον ἡ ὀμίχλη τῷ παντὶ ἢ τροπὴ ὑγρῆς καὶ ψυχρῆς αἰτίης, ἐς τοιήνδε ἕξιν ἑτεροιούσης τὸν ἄνθρωπον.

*ἴηνται

οὐ γὰρ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

οὐ γὰρ τὸ ἐν τῇ κοιλίῃ τῇ κάτω ἀλλόμενον ὑγρὸν ὕδρωπα καλέομεν. ἐπεὶ οὐδὲ τὸ πάθος τῇδε ἔστι. ἀλλ᾽ ὅτε ξυμπαρομαρτέει τῇ νούσῳ ὁ ὄγκος, τὸ οἶδος, ἡ χροιή, ἥδε ἐς τὸ ὕδωρ ξυντήκουσα ἕξις, ὕδρωψ τέ ἐστι καὶ καλέεται. κἢν γὰρ ἐκραγῇ κοτὲ τὸ ὕδωρ αὐτομάτως ἔξω, ἢ ταμών τις τὸ ὑποχόνδριον ἐκχέῃ, ἐφ᾽ ἕδρης ἔασι οἱ ὑδρωπιώδεες. ἡ μὲν οὖν πρωτίστη αἰτίη καχεξίη. ἰδέαι δὲ πλεῦναι, *ἧς ἀτὰρ ὄνομα ἕτερον καὶ ἕτερον. ἢν μὲν γὰρ *ἡ παρέγχυσις ἔνυγρος ἐν τῇσι λαγόνεσι ἐμπλώῃ, καὶ *ἀπὸ τῆς πρήσιος ἐν τοῖσι πατάγοισι δοκέῃ πως τυμπάνῳ, τυμπανίης κικλήσκεται. ἢν δὲ ὕδωρ ἅλις ἐς τὸ περιτόναιον ἐμπεριέχηται, ἐμπλώῃ δὲ τῷ ὑγρῷ τὰ ἔντερα, καλέομεν ἐπίκλησιν *ἀσκίτην. ἢν δὲ αἱ λαγόνες μὲν μηδὲν τουτέων ἴσχωσι, τὸ πᾶν δὲ παροιδαίνῃ σκῆνος, ἢν μὲν ἐπὶ λευκῷ φλέγματι καὶ παχεῖ καὶ ψυχρῷ, φλεγματίης καλέεται. ἢν δὲ ἐς χυμὸν αἱμάλωπα, ὑδατώδεα λεπτὸν συντακῶσι αἱ σάρκες, ἀνὰ σάρκα γίγνεται ὕδρωψ. κακὴ μὲν ἡ ἑκάστου ξύστασις. οὐ κακίων δὲ πολλόν τι ἡ τῶνδε ἐπιμιξίη. τῶν δὲ γὰρ ἀμφὶ τὰς λαγόνας εἷς ἑνὶ τῶν ἀνὰ τὸ πᾶν ξυμβῇ (γέ) κοτε. χαλεπώτατος δέ, ἢν ὁ τυμπανίας τῷ ἀνὰ σάρκα μιχθῇ. καὶ γὰρ ἰδίῃ τῶν μὲν ἀμφὶ τὰς λαγόνας, ἀσκίτου τυμπανίας χερείων. τῶν δὲ ὅλου τοῦ σκήνεος ὁ λευκοφλεγματίας τοῦ ἀνασάρκα μείων, ἐπιεικὴς μὲν ὢν ἐν *ἀπελπίστοισι, ἢν ὁμοίως ξυστῇ τῷ μείονι. κακίων δὲ ἢν εἴ τις τῶν μειόνων ἑνὶ τῶν μεζόνων ἐς τωὐτὸ ξυμβῇ. ἢν δὲ ἐς ἄκρας ἡ μίξις ἀμήκηται δυοῖν μεγάλοιν, μέζον κα-

* ἢν. * εἴη. * ἐμπλέῃ. * ὑπό. * ἀσκίτης. * ἀνελπίστοισι.

Neque enim in inferiori uentre fluctuans humidum, Hydropa nuncupamus: quandoquidem neque ibi uitium eſt: ſed cum morbum conſequitur tumor, inflatio, coloris fœditas; iſte in aquam habitus colliqueſcens hydrops & eſt, & appellatur. Nam tametſi nonnunquam foras ſponte aqua prorumpit, aut aliquis præcordia reſcindens effundit; adhuc in ſede ſua permanent hydropici. Princeps itaque cauſa malus habitus eſt, ſpecies autem plures. Verùm & ejus nomen aliud, atque aliud. Nam ſi ſit humida ſuffuſio, quæ in ilibus fluitet, & præ inflatione, cum uerberantur, tympanum quodammodo referant; Tympanias nominatur: at ſi aqua copioſa in peritonæo continetur, natantque in humore inteſtina, Aſcitem eam cognominarunt. Sin autem ilia nihil iſtorum habeant, ſed omne corpus intumeſcat: ſi ex alba pituita craſſa, & frigida; Phlegmatias ei nomen eſt. Si in humorem ſanguineum, aquoſum, tenuem, carnes liquatæ fuerint, Hydrops anaſarca generatur. Praua quidem eſt harum ſingularum conſtitutio, pejor autem multò ipſarum permixtio. Nam earum, quæ in ilibus fiunt, una uni earum, quæ totum corpus inflant, ſociari nonnunquam conſueuit. Difficillimus eſt autem tympanias cum Anaſarca uocato copulatus. Ex occupantibus enim ilia, tympanias aſcite improbior eſt: ex infeſtantibus uerò totum corpus, leucophlegmatias, quàm anaſarca benignior. Mitis quidem ut in deſperatis morbus eſt, ſi minor ſpecies cum minori pariter conjungatur: pejor uerò, ſi aliqua ex minoribus cum altera ex majoribus admiſceatur. Quòd ſi duarum majorum mixtio exactè facta fuerit, grauius inde

malum

malum exoritur. Notæ autem maximæ ſunt, & uiſu, & tactu, & auditu facillimæ. In aſcite nanque in ilibus tumorem, in pedibus inflationem uidere licet: facies, brachia, & reliqua gracilia cernuntur, intumeſcunt teſtes, præputium, & totus colis, ob inæqualitatem tumoris tortuoſus eſt. Tangito uerò, & aliquam in partem manum imprimens intrò moderatè pellito. Ad alias enim partes humiditas transfluet. Verùm etiam in corporis ad alterutrum latus conuerſionibus humor in locum decliuem & tumorem & fluctuationem facit fluctuantisque liquoris ſonitus exauditur. Quin etiam ſicuti digitum impepegeris, locus cauus efficitur, & multum temporis cauus perſeuerat. Hæc utique aſcitem ſigna declarant. Tympanias autem ultra tumoris ſpectaculum, etiam auditu ſonorus eſt: nam ad palmæ percuſſum abdomen ſonum reddit: neque ad corporis conuerſionem ſpiritus locum mutat. Etſi enim locus ambiens aliquorſum inclinat, ſpiritus tamen æqualis ſupra & infra ubique permanet. Cæterùm ſi in nebulam & aquam ſpiritus uertatur, (nam aſcites ex tympania gignitur) ſi non perfectè mutatus aliquando fuerit, ex dimidio factus in uentre fluitat. Cæterùm anaſarca & leucophlegmatias ilia inania occupant: tumidam faciem & brachia reddunt, & quæcunque in alijs uacua ſunt, in hujuſmodi ægrotis opplentur. Quandoquidem in leucophlegmatia alba pituita, frigida & craſſa redundat: hac omne corpus impletur: facies, collum, brachiaque tumeſcunt: abdomenque ex inflammatione craſſeſcit. Mammæ quoque in tumorem excitantur, illis ſcilicet, qui juuenes robuſti in ætatis

κὸν τὸ ἔγγονον. σημεῖα δὲ μέγιστα καὶ ῥῆϊστα ἰδεῖν καὶ θιγέειν καὶ εἰσακοῦσαι. ἐπὶ μὲν τῷ ἀσκίτῃ ἰδέειν ὄγκον ἐν τῇσι λαγόσι, οἶδος ἀμφὶ τὼ πόδε. πρόσωπα δὲ καὶ βραχίονες καὶ τὰ ἄλλα ἰσχνά, οἰδέουσι ὄρχιές τε καὶ * πόσθη, καὶ ὁ ξύμπας καυλὸς σκολιὸς ἐξ ἀνίσου τοῦ οἴδεος. θίγειν ἤδε ἐρείσαντά πη τὴν χεῖρα καταλόγον εἰσωθεῖν. τὸ γὰρ ὑγρὸν, ἐπὶ τὰ ἄλλα μέρεα μεταρρέει. ἀτὰρ καὶ ἐν τῇσι τοῦ ἀνθρώπου τῇδε ἢ τῇδε ἐπιστροφῇσι, ἐς τὰς μετακλίσιας τὸ ὑγρὸν, ὄγκον τε καὶ κλύδωνα * ποιέει, ἐσακούειν τε καὶ τοῦ κλύδωνος. ἀλλὰ κὴν πη τὸν δάκτυλον ἐρείσῃς, ὁ χῶρος γίγνεται κοῖλος, ἐς χῶρόν τε πουλλὸν μίμνει κοῖλος. τάδε μὲν τὰ ἀσκίτου. τυμπανίης δὲ πρὸς τῇ τοῦ ὄγκου θέῃ καὶ ἀκοῦσαι ἐστὶ δονέων. ἢν γὰρ πατάξῃς τῇ χειρὶ, τὸ ἐπιγάστριον δονέει, οὐδὲ μεταχωρέει τὸ πνεῦμα ἐν τῇσι ἐπιστροφῇσι. πνεῦμα γὰρ, κὴν μετακλιθῇ τὸ ἀμπεχον ἄνω τε καὶ κάτω ἶσον πάντῃ μίμνει. ἢν δὲ ἐς ὀμίχλην καὶ ὕδωρ τρέπηται τὸ πνεῦμα. καὶ (γὰρ) ἀσκίτης ἀπὸ τυμπανίου. ἀμείβεται μὲν, ἢν μὴ ἐς τέλος τραπῇ κοτε, ἡμιτελὴς * μεταρρέων. ὁ δὲ ἀνασάρκα ἢ δὲ τοῦ λευκοῦ * φλέγματος, τὰς μὲν λαγόνας ἴσχουσι κενεάς, οἰδαλέοι ἔασι καὶ πρόσωπα καὶ βραχίονας. ἀτὰρ ἤδε ὁκόσα τοῖσι ἄλλοισι κενεά, τοῖς δε γίγνεται πλήρεα. φλέγμα μὲν γὰρ λευκόν, ἐπὶ τῷ λευκῷ φλεγματίᾳ συνίσταται, ψυχρόν τε καὶ παχὺ τοῦδε ἐμπίπλαται τὸ πᾶν, οἰδαίνει δὲ τὸ πρόσωπον, αὐχήν τε καὶ βραχίονες. παχὺ δὲ τὸ ἐπιγάστριον ἀπὸ τοῦ οἴδεος. μαζοὶ δὲ ἐς ὄγκον αἴρονται, ὁκόσοι νέοι ἀκμὴν ὄντες

* πόσθαι.
* πιέζει.
ἴσου χρόνου
* μεταρρέει.
* φλέγματος.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ὄντες ἐν εὐτυχίῃ τῆς ἡλικίης. ἐπὶ δὲ τῷ ἀνασάρκα, τηκεδὼν τῆς σαρκὸς ἐς χυμὸν * σαρκοειδέα, ἰχώρ τε αἱμάλωπος, ὁκοῖος ῥέει ἀπὸ ἐντέρων ἕλκεσι. τοιόσδε καὶ ἐπὶ θλάσμασι ἀπὸ βάρεος ἐμπεσόντος, ἢν τάμῃς τι ἐπὶ πολὺ ὁ χυμὸς ἐκρέει. ἡ δὲ * τῶν δυοῖν ἐπιμιξίη, ἀμφοῖν ἴσχει τὰ σημήια. ξύμπασι δὲ ὁμοῦ ξύνεστι, ὦχρος, δύσπνοια, βὴξ, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε νωθέες, ὄκνος πουλὺς, ἀπόσιτοι. ἢν δὲ καὶ προσαίρωνται κὴν βραχὺ καὶ ἄφυσον, φυσώδεες, διατάσιες ὡς ἀπὸ * πλησμονῆς. ἄνικμοι. διὸ οὐδὲ ἐπὶ λουτροῖσι ἰκμαλέοι λευκοὶ, γυναικώδεες. οἱ δὲ ἀνασάρκα, μελάγχλωροι, μελανόφλεβες. ἀσκίτῃσι μὲν καὶ τυμπανίῃσι, ἐπιφανέες καὶ εὐπρόσωποι καὶ καρποῖσι καὶ ἐπιγαστρίῳ. ἐπὶ δὲ τοῖσι ἀνὰ σάρκα καὶ τῷ φλεγματίῃ * οἴδεϊ ἅπαντα κρύπτεται, ὕπνοι βαρέες, νωθροὶ, σμικροὶ, ἀψυχίη, σμικρολογίη φιλοζωΐη. καρτερίη οὐκ ἀπ' εὐθυμίης καὶ εὐελπιστίης, ὅκως τοῖσι ἐν εὐτυχίῃ, ἀλλ' ἐξ αὐτέου τοῦ πάθεος, οὔτι (ῥᾷον) φαῦλον τὴν αἰτίην θωυμάσαι. τὸ δὲ μέγα, (καὶ) ἐπὶ μέν γε ἄλλοισι οὐ πάμπαν ὀλεθρίοισι, οἱ νοσέοντες ἄθυμοι, κατηφέες, ἐρᾶται τοῦ θανάτου. ἐπὶ δὲ τοῖσι εὐέλπιδες καὶ φιλόζωοι γίγνονται. ἄμφω δὲ τὰ ἐναντία τίκτουσι αἱ νοῦσοι. γίγνεται ὕδρωψ καὶ ἐξαπίνης κοτὲ ἐπ' ἀθρόῃ ψυχροποσίῃ, ἢν ὑπὸ δίψιος χανδὸν πολὺ ψυχρὸν ἐγχέῃ ὕδωρ, εἶτα τὸ ὑγρὸν ἐς περιτόναιον ἐνεχθῇ. δι' ἃ δὲ τῇσι κοιλίῃσι τὸ ἔμφυτον θερμὸν κατεψύχθη, ἔπειτα εἰς τοὺς κενεῶνας σταγόνες ἐκρέουσι, αἳ πρόσθεν εἰς διαπνοὴν ἐξηερούμεναι διεφοροῦντο. τὸ δὲ οὖν εἰ γίγνεται, ῥηϊτέρη ἡ τῶν δὲ

* νεκρὸς ἰδέα.
* τοῖν δυοῖν.
* πολλῆς δέ.
* οἴδει.

proſpera fortuna conſiſtunt. At in hydrope anaſarca uocato carnis liquamentum fit in ſuccum ſpeciem carnis referentem: ſanieſque cruenta, qualis ab inteſtinorum ulceribus emanat. Talis uerò & à membris aliquo graui, quod ſuper inciderit, contuſis, *Si quam partem multum ſecueris*, humor effunditur. Ex duabus quidem ſpeciebus per mixtio ambarum indicia obtinebit. Omnibus uerò ſimul ineſt pallor, ſpirationis difficultas, tuſſis, diuerſis temporibus ſegnes ſunt: pigritia multa, à cibo alienatio, quòd ſi aliquid aſſumant quamuis modicum, & flatu carens; nihilominus ualde inflantur: diſtentiones patiuntur, quales ex ſaturitate fiunt: citra madorem eorum corpus eſt: icci rco neque in balneis ſudore madeſcunt, præterea albidi ſunt, & effæminati. Anaſarca laborantes colore ex atro, uiridique permixto infecti ſunt: obſcuraſque & nigras uenas habent. In aſcite atque tympania conſpicuæ, atque ad modum euidenter ſunt in brachialibus atque in abdomine. In anaſarca uerò atque phlegmatia tumore omnia deliteſcunt: ſomni ſunt graues, torpentes, breues, animæ deliquium, circa minima quæque ſolicitudo, uiuendi cupiditas. Tolerantia non ex animi alacritate, ac bona ſpe, ut in iis eſt, qui proſpera fortuna utuntur: ſed ex ipſa morbi natura, neque cauſa dici poteſt, ſed mirari tantum id licet, quod me hercule magnum eſt. Nanque in alijs haud omninò perniciosis affectibus ægrotantes abjecto ſunt animo, triſtes, mortis amatores; in his uerò & benè ſperant, & uitæ cupidi ſunt. Ambo hæc contraria morbi efficiunt. Aqua inter cutem nonnunquam à copioſo frigidæ potu continuò prouenit, cum præ nimia ſiti ad ſaturitatem quiſpiam multam aquam gelidã ingurgitauerit, poſtea humidum in peritonæũ delatum ſit, atq; inde in uentribus inſitus calor refrigeratus fuerit. Deinde in ilia guttæ effluunt, quæ prius in aërẽ uerſæ per trãſpirationẽ digerebantur. Id igitur ſi incidit, facilior eſt huius

huius morbi curatio, antequam uiſcus aliquod, aut totus homo affectus ſit. Cæterùm & uentoſus cibus, & cruditas, & bupreſtes aquam inter cutẽ pepererũt. Eſt hæc omnibus cõmunis calamitas uiris, mulieribus, cuicunq; ætati; præterquam quod alij in aliã ſpeciem ſunt propenſiores. In uocatam anaſarcam, & leucophlegmatiã pueri. Iuuenes autem ad conſiſtentem uſque ætatẽ inundationi iliũ obnoxij ſunt. At ſenes omnibus quidem generibus ſunt expoſiti, cùm inopes ſint caloris: frigida enim ſenectus eſt. Verùm ad humoris multitudinem contrahendam apti non ſunt. Ipſis igitur tympanias accidere conſueuit. Omnes quidem ſpecies prauæ: hydrops enim morborum omnium uitium eſt: ſed inter ipſas leucophlegmatias mitior habetur: nam multæ, & uariæ ſunt eius tollendæ proſperæ occaſiones, ſudoris, aut lotij excretione, aut alui nonnunquam in huiuſmodi ægrotantibus copioſo effluuio, jam abeunte aquæ inter cutem habitu. Difficilis autem tympanias eſt: adhuc tympania difficilior anaſarca. Oportet enim Medicum hoc in morbo totum hominem permutare. Quòd per Iouem neque Dijs ipſis facilè fuerit. Cæterum nonnunquam & exigua in parte homo aquam inter cutem patitur: ut ſecundũ caput in eo morbo, qui Hydrocephalus nuncupatur, aut in pulmone ſolo, aut jecinore, aut liene, aut in mulierũ utero, & cæteris hæc ſpecies ſanabilior. Nam ſi ejus oſtiolum à priori concluſione hiare cæperit: humorem quidem ſi habeat, effundit, ſi ſpiritum, efflat. Quòd ſi uterus anaſarca laboret, plurimũ tota mulier aquam inter cutem patitur. Alia quædam hydropici morbi ſpecies talis agnoſcitur: in ea ueſiculæ quædam puſillæ, crebræ, humoris plenæ in loco, ubi Aſcites fieri ſolet; excitantur. Cæterùm, quòd humore multo refertæ ſint; illud indiciõ eſt. *Nam ſi abdomine perforato, parum admodum humoris effundas, intus ueſica occluditur: at ſi inſtrumentum impuleris, iterum effluet.* Hæc utique aquæ inter cutem ſpecies haud leuis eſt:

ἴησις, πρίν τι τῶν σπλάγχνων, ἢ ὅλον τὸν ἄνθρωπον παθεῖν. ἀτὰρ ἢ δὲ ἔδεσμα φυσῶδες καὶ ἀπεψίη καὶ βούπρηστις ἔτεκον ὕδρωπας, ἔστι δὲ ξυνὸν πάντων τὸ κακὸν, ἀνδρῶν, γυναικῶν, ἡλικίης πάσης, ὁκόσον ἄλλοι ἐς ἄλλο εἶδος ἔασι ὥριοι, ἀνάσαρκα παῖδες ἠδὲ τοῦ λευκοῦ φλέγματος. νέοι δὲ μέχρι ἀκμῆς, οἱ κατὰ λαγόνας πλήσμιοι. γέροντες μὲν πάντα παθέειν ἕτοιμοι, ἀπόθερμοι. ψυχρὸν γὰρ τὸ γῆρας. ἀλλ' ἐς ὑγροῦ πλῆθος ἔασι ἀναίτιοι. τοῖσδε οὖν τυμπανίης ξυνήθης. ἅπαντα μὲν οὖν πονηρὰ τὰ εἴδεα τουτέστι. ὕδρωψ γὰρ πάντων τῶν νοσημάτων κακόν. ἀλλὰ τουτέων λευκοφλεγματίης μὲν εὐηθέστερος. πολλὴ γὰρ καὶ ποικίλη ἐπὶ τοῖσδε ἡ εὐτυχίη. ἱδρῶτος ἢ οὔρων ἢ κοιλίης κοτὲ ἐπ' *αὐτέοις καταῤῥάγη, λυομένης ἤδη τοῦ ὕδρωπος ἔξιος. χαλεπὴ δὲ τυμπανίης, καὶ τοῦδε ὁ ἀνὰ σάρκα μᾶλλον. τὸν δὲ ἰητρὸν ἐν τῷδε παθεῖ ὅλον χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἀλλάξαι. τόδε μέν τοι, οὐδὲ θεοῖσι ῥηΐτερον. *ὑδεριᾷ δὲ καὶ ἐν σμικρῷ κοτὲ ἄνθρωπος, ἢ κεφαλὴν ἐπὶ ὑδροκεφάλῳ, ἢ πνεύμονα μοῦνον, ἢ *ἧπαρ, ἢ σπλῆνα καὶ ἐπὶ γυναικῶν ὑστέρη. καὶ τῶν ἄλλων ἥδε εὐαλθεστέρη. ἢν γὰρ τὸ στόμιον ἀνῇ ἐκ τῆς πρόσθεν μύσιος, ὑγρὸν μὲν εἰ ἔχοι, ἐκχέει ἔξω. ἢν δὲ πνεῦμα ἐξεφυσήθη τόδε. ἢν δὲ τὴν ἀνὰ σάρκα ἡ ὑστέρη πάθῃ, ὡς ἐπίπαν ὅλη ἡ ἄνθρωπος ὑδεριᾷ. ἰδέη τις ἑτέρη ὕδρωπος ἥδε γιγνώσκεται, κύστιες σμικραὶ, συχναὶ, πλήρεες ὑγροῦ, ἐγκέονται τῷ χωρίῳ, ἔνθα ὁ ἀσκίτης ξυνίσταται. ἀτὰρ ἢν ἐμπλέωσι τῷ πολλῷ ὑγρῷ. τέκμαρ δέ. ἢν γὰρ τετρήνας τὸ ἐπιγάστριον ἐκχέῃς ἐπὶ βραχείῃ φορῇ

τοῦ

* αὐτέων.
* ὑδερικῇ δὲ
* ἄτις.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ξύγρου, ἔνδοθεν αὖ ἐπέφραξεν ἡ κύστις, κἢν τὸ ὄργανον διώσῃ, αὖθις ἐκρέει. τόδε μέντοι τὸ εἶδος οὐκ ξυνηθες. πόθεν γὰρ αἱ ἐκπέσωσι αἱ κύστιες, ὁδὸς οὐκ εὔπορος. λόγος δὲ μετεξετέροισι ὅτι ἧκόν κοτε διὰ ἐντέρων τοιαίδε κύστιες. ἐγὼ δὲ οὐκ ὄπωπα, διὰ τόδε νῦν οὐδὲν γράφω. οὐδὲ * γὰρ ἐπὶ αὐτέων ὅτι λέξω. εἴτε γὰρ ἐκ τοῦ κώλου, ἢ τῆς γαστρὸς ἡ φορή, τίς ὁ τρόπος τῆς ξυστάσιος; ὁδὸς γὰρ ἐς ἔξοδον ἁπάντων διὰ ἕδρης εὐρόης. ἡ δὲ αὐτοῦ τοῦ ὑγροῦ τῆς ἐν λαγόνι ξυλλογῆς, ἄπιστος ἡ τῶν ἐντέρων ῥαγή. οὐ γὰρ ἀσινὲς οὐδ' ἀνώλεθρον τρωθὲν ἔντερον.

* περὶ.

unde enim id genus ueſiculæ eruperint, uia haud facilè reperitur. Alij nanque affirmant, huiuſmodi ampullas per inteſtina tranſijſſe. Ego uerò id nunquam uidi: iccirco, neque nunc ſcribendo affirmo. *Neque enim de his, quod dicam habeo. Nam ſiue ex colo ſiue ex uentre proficiſcantur, quis coagmentationis modus ſit?* Iter enim ad omnium excretionem per ſedem lubricum, ac patens eſt. At ipſius humoris in ilibus collecti per inteſtinorum rupturam egreſſio credi non poteſt: neque enim innoxium, neq; citra perniciem inteſtini uulnus eſt.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΒΗΤΕΩ.

Κεφάλ. β.

Θωῦμα τὸ διαβήτεω πάθος, οὐ κάρτα ξύνηθες ἀνθρώποισι. σαρκῶν καὶ μελέων ἐς οὖρον ἡ ξύντηξις. ὑγρὴ καὶ ψυχρή, ὅκως ἐν ὕδρωπι αἰτίη. ὁδὸς δὲ ἡ ξυνήθης, νεφροί τε καὶ κύστις. οὐ γὰρ διαλείπουσι οὐρέοντες. ἀλλὰ ὅκως περ ἐξ * ἀφέξιος ὀχετῶν ἄπαυστος ἡ φορή. χρονίη μὲν ἡ τῆς νούσου φύσις, μακρῷ κυΐσκεται χρόνῳ. βραχύβιος δὲ ἄνθρωπος, ἢν ἡ κατάστασις τελεσθῇ. ὀξέη γὰρ ἡ τηκεδών, ταχὺς δὲ ὁ θάνατος ποτέ, καὶ βίος αἰσχρὸς καὶ ἐπίπονος, δίψος ἀκρατές. πολυποσίη ἀνισόμετρος οὔροισι πολλοῖσι. πλεῖον γὰρ ἐκρέει τὸ οὖρον, καὶ οὐκ ἂν ἐπίσχοι τις αὐτέους, οὔτε πίνοντας, οὔτε οὐρέοντας. ἢν δὲ ἐπ' ὀλίγον ἀπίσχωσιν. ἢν μέντοι τοῦ πιεῖν, ἄνικμοι μὲν τὸ στόμα, αὐαλέοι δὲ τὸ σκῆνος. τὰ δὲ σπλάγχνα καίεσθαι

* ἀφίσιος. ἴα.

DE DIABETE SIVE urinæ profluuio.

Caput II.

Diabetes qui uocatur affectus, miraculum quoddam eſt, haud ita ſæpe hominibus uſitatus, carnium ac memcrorum in urinam colliquatio. Frigida atque humida, ut in aqua inter cutem, cauſa eſt. Tranſitus autem conſuetus, renes & ueſica. Neque enim cum intermiſſione lotium reddunt: ſed perinde atque canales laxati ſunt, indeſinens eſt profuſio. Diuturna eſt huius morbi creatio, & longo tempore parturitur. Breuis autem erit hominis uita, in quo affectus iſte perfectus fuerit: uelox enim eſt colliquatio, & feſtina interdum mors aduenit, & uita fœda eſt, ac uexata doloribus. Sitis intoleranda eſt, potus copioſus, multitudini tamen lotij non reſpondens. Copioſius enim lotium redditur, neque eos quicquam neque à potu, neque à mictu inhibere poteſt. Quòd ſi uel punctum temporis

inhibe-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

inhibeantur; ſi quidem à potu os ſiccatur, corpus areſcit, uiſcera ipſi ſua conflagrare opinantur, omnia faſtidiunt, de omnibus dubitant, haud multò poſt mortem obeunt, ardentiſſima ſitis adeſt. Mictum uerò quæ ratio ſuppreſſerit, aut quæ uerecundia dolore potentior? Sin autem uel parum temporis à mejendo abſtinuerint, intumeſcunt lumbi, teſtes & ilia: cumque remiſerint, lotium quidem calefactione profundunt, tumidæ uerò partes detumeſcunt, in ueſicam enim confluit exundatio. Cùm morbus iſte jam perfectus eſt, facilè omnes eum deprehendunt. Sed cùm futurus eſt, os humore priuatur: ſaliua eſt albida, ſpumans, perinde atque in ſiti: nondum tamen ſitiunt, præcordia grauia ſunt; calorem, aut frigus à uentre in ueſicam tendere ſentiunt, prout aduentantis morbi proceſſus eſt. Quin etiam paulò plus lotij, quàm moris erat, effunditur, ſitis adeſt, ſed nondum uehemens. Cumque amplius crementum accipit, calefactio parua quidem, ſed mordax uiſceribus inhærens exoritur, abdomen habent rugoſum, uenas extantes, totum corporis habitum gracilem, quando & urinæ profluuium, & ſitis jam auctæ inſigniter ſunt. Cumque ad extremum colem uitij conſenſus peruenerit, protinus urinam reddunt: atque inde mihi huic morbo Diabetes appellatio indita fuiſſe uidetur, perinde ac ſi pertranſeuntem dixeris, quòd in corpore humor non remanet: ſed ubicunque in homine collectus ſtagnauerit, ad exitum labitur. Durant ſanè aliquod tempus, licet non admodum diu: nam cum dolore mejunt, atque atrox fit liquefactio. Neque enim ex potu aliqua inſignis portio in corpus abſumitur, & carnium magna copia in urinam eliquatur. Hujuſce languoris cauſa aliquis acutus morbus eſſe poteſt, qui hâc in partem impetū fecerit, & in criſi aliquod malignū uirus latenter morbi reliquerunt. Haud incredibile eſt

δοκέουσι, ἀσώδεες, ἀπορέοι, οὐκ ἐς μακρὸν θνήσκουσι. πυριφλεγέες δίψαι. ἀπουρέειν δὲ τίς ἂν ἐπίσχοι τρόπος, ἢ τίς αἰσχύνη πόνου κρέσσων. ἀλλὰ κἢν ἐς μικρὸν ἐγκρατέες γένωνται, παροιδέουσι ὀσφὺν, ὄρχιας, καὶ ἰσχία. κἢν ἀνῶσι, ἐκχέουσι μὲν τὸ οὖρον ἀλέα τὰ δ' ἐποιδέοντα ἐξαιρέεται. ξυνδιδοῦται γὰρ ἐς κύστιν ἡ πλημμύρα. κἢν μὲν τελεσθῇ τὸ κακὸν, εὔσημον. ἐπὴν δὲ *μέλλῃ, ἄνικμοι τὸ στόμα, *σίαλον λευκὸς, ἀφρώδης, ὅκως ἀπὸ δίψεως, καὶ οὐδέκω δίψος. ὑποχονδρίων βάρος. αἴσθησις ἀπὸ τοῦ γαστρὸς ἐς κύστιν θέρμης, ἢ ψύξιος, ὅκως προσόδου πορεύοντος τοῦ νοσήματος. ἀτὰρ ἢ οὐρέουσι τοῦ ξυνήθεος μικρόν τι μᾶλλον. δίψος τε, ἀλλ' οὐδέκω μέγα. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον αὔξηται, θέρμανσις μικρὴ μὲν, δακνώδης δὲ, ἐνίζουσα τοῖσι σπλάγχνοισι. ἐπιγάστριον ῥυσσοὶ, ἐπίφλεβοι, ἰσχνοὶ δὲ τὴν ὅλην ἕξιν, εὖτε καὶ ἡ οὔρησις, καὶ τὸ δίψος ἐπαυξέα γίγνεται ἤδη κοτέ. κἢν ἐς ἄκρον τὸν καυλὸν ἡ συναίσθησις φανῇ, εὐθὺς οὐρέουσι. τῇ δέ μοι δοκέει καλέεσθαι διαβήτης ἐπίκλησιν, ὁκοῖόν τι διαβητέων, οὕνεκεν ἐν τῷ σκήνεϊ τὸ ὑγρὸν οὐ μίμνει, ἀλλ' ὅκως *διαβάθρῃ τῷ ἀνθρώπῳ ἐς ἔξοδον χρέεται. *διαρκέουσι δὲ ἐς χρόνον τινὰ, εἰ καὶ μὴ κάρτα πολλὸν, ὅτι *πονέοντες οὐρέουσι, τηκεδὼν δὲ γίγνεται δεινή. οὔτε γάρ τι ἐκ τοῦ πόσιος μέγα ἐς τὸ σκῆνος ἔρχεται, καὶ ξυναπέρχεται τῶν σαρκῶν ἐς τὰ οὖρα μυρία. αἰτίη δὲ ὀξέων νούσων τις ἀπέσκηψεν ἐς τόδε, καὶ ἐν κρίσι κρύβδην τὸ κακόηθες ἐγκατέλιπον αἱ νοῦσοι. οὐκ ἀδόκητον καὶ

*μέλλῃ. *σίαλον. *διαβάθρῃ. *διαρκέουσι. *ποιέοντες.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

δηλητήριόν κοτε· τὴν δὲ τὴν αἰτίην ἴσχειν * τῆς ὁκόσα κύστει καὶ νεφροῖσι ἐν σκήπτει. ἀτὰρ εἰ * ἐδάκη τις ὑπὸ τῆς διψάδος, τοιήδε τοῦ ἕλκεος ἡ πάθη. διψὰς δὲ τὸ ἑρπετὸν θηρίον, ἢν δάκῃ τινὰ, ἄσχετον δίψος ἐξάπτει. πίπουσί τε ἄδδην οὐκ ἐς δίψος ἄκεος, ἀλλ' ἐς τὴν τῆς κοιλίης πλημμύρην ἀκορίῃ * πότου. ἢν δὲ ἀλγέῃ τις περιτάσιος τῆς κοιλίης, καὶ ἀχθέῃ, (καὶ) τὸ ὑγρὸν * ἐπίσχῃ ἐς μικρὸν, αὖθις ἄδδην πίνουσι διψῶντες, καὶ ἥδε τῶν κακῶν ἡ ἀμοιβή. συντιμωρέει γὰρ ἀλλήλοισι δίψος καὶ ποτόν. ἄλλοι δὲ οὐκ οὐρέουσι. οὐδέ τις ἄλλη τοῦ πινομένου διαπνοή. τοιγαροῦν ἀκορίῃ μὲν τοῦ ποτοῦ, πλημμύρῃ δὲ ὑγροῦ, περιτάσει δὲ τῆς κοιλίης, ἐξεῤῥάγησαν ἀθρόως.

Marginal notes: * φυτῶν. * δακέται ὁ τῶν. * ποτοῦ. † ἐπίσχῃς.

etiam aliquod pernicioſum uenenum ex his, quæ ueſicam & renes infeſtant, huic affectui cauſam præbuiſſe. Quin etiam ſi quis à Dipſade morſus eſſet, talis morſum affectus ſequitur. Dipſas autem reptilis fera ſi quem percuſſerit, ſitim non ferendam accendit, iſque copioſe bibit: neque ſiti medetur, ſed uentrem obruit humore: adeo inexplebilis eſt bibendi cupiditas. At ſi quis ob uentris diſtentionem doleat, graueturque humoris copia, & ideò paulum temporis à potu abſtineat; iterum ſitiens largiſſimè bibit. Atque hæc eſt malorum uiciſſitudo: ſe nanque mutuò ſitis & potus adjuuant. Alij præterea ſunt, qui lotium non reddunt: neque ulla eſt alia ejus, quod bibunt, tranſpiratio. Itaque potus inſatiabili auiditate, humoris inundatione, uentris diſtentione, repente ac penitus diſrupti ſunt.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ τοὺς νεφροὺς παθῶν.

Κεφάλ. γ.

Νεφροὶ τὴν φύσιν μὲν ἀδενώδεες, * χροιὴν δὲ ἐρυθρότεροι, ὁκοῖόν τι ἧπαρ μᾶλλον, ἢ μαζοὶ καὶ ὄρχιες. καὶ γὰρ καὶ οἵδε ἀδένες. ἀλλὰ λευκότεροι. σχῆμα δὲ διδύμοισι ἴκελοι, πλατέες μᾶλλον ἐοῦσι ἅμα καὶ καμπύλοι. κοιλίαι δὲ σμικραὶ, ἠθμοειδέες (ἐς) τὴν τῶν οὔρων διήθησιν. ἐκπεφύκασι δὲ ὀχετοὶ νευρώδεες, ὁκοῖόν τι αὐλοὶ ἀφ' ἑκατέρου. ἐμπεφύκασι δὲ οἵδε τοῖσι ὤμοισι τῆς κύστιος ἑκατέρωθεν. ἴση δὲ τῶν οὔρων ἀπὸ νεφρῶν ἡ ὁδὸς ἐς κύστιν. ἀμφὶ δὲ τοὺς δὲ τοὺς νεφροὺς καὶ τοὺς πόρους τούσδε, πολλὰ καὶ ποικίλα γίγνεται πάθεα, τὰ μὲν ὀξέα, ἐν αἱμοῤῥαγίῃ καὶ

Marginal note: * χροιῇ δὲ.

DE RENVM AFfectibus.

Caput III.

Renes ſubſtantia glandulas, quas Græci Adenas uocant, referunt: colore autem rubidiores ſunt, quale eſt jecur potius, quàm mammæ, aut teſtes. Nam & hi adenes ſunt, uerùm albiores. Figura teſtibus ſimiles, lati magis ſunt, juxta & retorti. Sinus habent exiguos ad lotium excolandum cribrorum inſtar foraminibus peruios. Ex utroque neruoſi canaliculi tanquam fiſtulæ ex pullulant, qui in ueſicæ terga utrinque ſeſe inſerunt. Æqualis eſt autem lotij à renibus in ueſicam uia. Hujuſce uiæ multi atque uarij affectus renes, prædictoſque meatus malè habent: aliqui acuti ſanguinis profluuio, & febribus, & inflammationibus jugulantes; hi uerò ſunt, quotquot ego enumeraui: aliqui diuturni hominē colliquatione diſſoluentes, haud lethales quidem

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

quidem, ſed inſanabiles, & unà cum ægroto commorientes: diuturni itaq; ſunt abſceſſus, ulcera, calculorũ exortus, hæmorrhoides uocatæ. Vlcera quidem hominis ex abſceſſu facta omnia planè diuturniſſima ſunt, atque ægrè ſanationem recipientia. Calculorum uerò diuturna eſt *creatio*, cum dolore obſtructiones: haud enim facilimus eſt exitus. Adhæc difficilis eſt & lotij ſuppreſſio. At ſi multi ſint, & exigui calculi, ſeſe mutuò impedientes, remorantur: *ſi magnus unus locorum anguſtijs inhæreſcat, & in utroque rene hæc fiant,* interclusa urina, diſtentiſque locis, paucis diebus ſuperſtites ægri moriuntur. Rectè ſanè natura renum uentrem oblongum, & urinæ canalibus magnitudine æqualem fabricauit, exiguis quidem calculis ampliorem, quò ſuperius concretus calculus expeditiſſimum in ueſicam iter inueniat, atque ideo lapilli oblongi generantur. Plærunque enim propè urinæ fiſtulas id genus lapilli concreſcunt: & quotquot eo loco fiunt, inæqualis craſſitudinis ſunt. Priori in parte ob canalium anguſtiã gracileſcunt, poſteriori autem craſſiores fiunt: quoniam renes deorſum uergunt. In ſolis autem renibus oriuntur, hiſque igneo calore feruentibus. Neque enim ſedem in fiſtulis urinæ calculi obtinent, ſed arenulæ cum lotio per eas fiſtulas inferius delabuntur, quæ & indicia & materia hujuſce affectus ſunt. Quòd ſi aliquando grandior effectus lapis concauo renis inhæſerit, tunc dolores lumborum circa muſculos, quos Pſoas Græci appellant, excitantur, & ad medias uſque coſtas perueniunt. Multis ſanè dolor iſte, perinde ac ſi morbi lateralis eſſet, impoſuit; præterea grauitas adeſt coxendicis: dorſum

πυρετοῖσι, καὶ φλεγμονῇσι κλίνοντα, ὁκόσα μοι λέλεκται. τὰ δὲ χρόνια τηκεδόνι λύοντα τὸν ἄνθρωπον, ἀνώλεθρα μὲν, ἀναλθέα δὲ καὶ ξυναποθνήσκοντα. χρόνια *οὖν, ἀποστάσιες, ἕλκεα, λίθων γέννα, αἱμοῤῥοΐδες. ἕλκεα μὲν ἐξ ἀποστάσιος, μήκιστα καὶ δυσαλθέα πάντα τοῦ ἀνθρώπου. τῶν λίθων δὲ χρονίη μὲν ἡ γέννα. ὀδυνώδεες σφηνώσιες. οὐ γὰρ ῥηΐστη ἡ διέξοδος. χαλεπὴ δὲ οἱ πρὸς τοῖσι καὶ ἡ τῶν οὔρων ἐπίσχεσις. ἀλλ' εἰ εἰσὶ πολλοὶ σμικροὶ, ἀλληλουχίῃ μίμνουσι. *ἢν εἷς μέγας ἐμφραχθῇ, καὶ ἐπ' ἀμφοῖν τοῖν νεφροῖν ξυμβῇ τάδε, ἐς οὔρων σχέσιν, καὶ διάτασιν, ὀλιγήμεροι θνήσκουσι. εὖτε μέν τι ἡ φύσις ἐπιμήκεα καὶ ἰσομεγέθεα τοῖσι οὐρητῆρσι τὴν κοιλίην τῶν νεφρῶν τεύξασα, σμικροῖς ἄρα μέζονα. ὅκως αὖ ἣν ἄνω συστῇ λίθος, ῥηΐστην ὁδὸν τὴν ἐς κύστιν ἴσχῃ. διὰ τόδε καὶ ἐπιμήκεες οἱ λίθοι γίγνονται. πρὸς γὰρ τοῖσι οὐρητῆρσι τὰ πολλὰ πήγνυται. καὶ ὁκόσοι τῇδε ἐς πάχος ἄνισοι, λεπτοὶ μὲν ἐᾶσι τὰ πρόσω, διὰ τοὺς οὐρητῆρας στενοτέρους ἐόντας. παχέες δὲ, διὰ τὸ τοὺς νεφροὺς κάτω ῥεῖν. ἐγγίγνονται δὲ τοῖσι νεφροῖσι μοῦνον. ἀλλὰ τοῖσι διαπύροισι. οὐδὲ ἕδρην γὰρ ἐν τοῖσι οὐρητῆρσι, οὐκ ἴσχουσι οἱ λίθοι, ἀλλὰ τὰ ψαμμία σὺν τοῖσι οὐρητῆρσι, κάτω διαπλέει. τάπερ καὶ σημήια καὶ ὕλη τοῦ πάθεος γίγνεται. ἢν δὲ ἐμφραχθῇ κοτε τῇ κοιλίῃ μέζων τελεσθεὶς, πόνοι τῆς ὀσφύος ἀμφὶ τὰς ψόας μέσφι τῶν μέσων πλευρέων. πολλοῖσι γοῦν ἀπάτη πόνου, ὡς ἀπὸ πλευρίτιδος. βάρος ἰσχίου κατὰ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ῥάχιν δυσκαμπέες, ξυνεῦσαι χα-
λεπῶς. ἐπώδυνοι στρόφοι, βαρέες, ἀ-
νέκλιστοι. τὸ γὰρ ἑλικοειδὲς ἔντερον. ἢν
καὶ πλημμύρῃ τὸ οὖρον καὶ διατάσιες,
προθυμίη ἀπουρήσιος, ὅκωσπερ ὠδί-
νων. φυσώδεες, ἀδιέξοδοι δὲ αἱ φῦ-
σαι, πυρετοὶ δακνώδεες, ἐπίξηροι.
αὐαλέη μὲν γλῶσσα, ξηρὴ δὲ οἱ κοι-
λίη. ἰσχνοί, ἀπόσιτοι. ἢν τι προσαίρων-
* ῥηϊδίως. ται, οὔτε πέψαι, οὔτε ἀναλαβεῖν * ῥηΐ-
διοι. ἢν δὲ ἐς τὸν οὐρητῆρα ὁ λίθος ἐμπέ-
σῃ, (βρασμὸς ὡς ἀπὸ ῥίγεος, αἴσθησις
τοῦ λίθου ὁδοιπορέοντος ξυνῷ ὁμοβιαίῳ,
* ἄλις. ἢν ἐς τὴν κύστιν ἐμπέσῃ) οὔρων * ἄλ-
λις ὑταποδέων ἔκχυσις, κοιλίης ἔξο-
δοι, φῦσαι, φυσώδεες, στομάχου κα-
τάστασις, ἐρεύξιες, ἀνάπαυσις τῶν
πρόσθεν κακῶν. προσεχύθη κοτὲ καὶ
πρὸς τῶν οὔρων αἷμα, ἀναδορῇ τοῦ πό-
ρου. ἀγωνίη δὲ δευτέρη τοῦ λίθου, ἡ διὰ τοῦ
* οὐρήθης. καυλοῦ διέξοδος. ἢν γὰρ μέζων τῆς * οὐ-
* ἐνίσχεται. ρήθρης ἔῃ, * ἐνίσχεται πολλὸν χρόνον, καὶ
πλημμυρεῖ ἡ κύστις, καὶ ἰσχουρίη νῦν ἐ-
παλγεστέρη. ξὺν γὰρ τῇδε καὶ οὐρητῆρες
πίμπρανται. χαλεπωτάτη δὲ ἡ τῶν σκο-
λιῶν ἔξοδος. καὶ γὰρ ἀγκιστροειδέας ὄ-
πωπα, καὶ ἐπὶ τοῖς πόροις ἐπιπωρώ-
σιας. ἐπιμήκεες δὲ τὰ πολλὰ διαπλα-
σσόμενοι ὑπὸ τῆς τῶν πόρων ἰξιος. χροιῇ
δὲ ἄλλοι μὲν λευκοί, ἀργιλώδεες,
τὰ πολλὰ παιδίοισι. ἄλλοι δὲ ξανθοί,
κροκοειδέες, γέρουσι δὲ οἷσιπερ καὶ ἐν
νεφροῖσι οἱ λίθοι ξυνήθεες. ἐν κύστει γάρ,
παιδίοισι μᾶλλον. διτταὶ δὲ αἱ αἰτίαι
τῆς πήξιος. γέρουσι μὲν τὸ σῶμα ψυ-
χρόν, παχὺ τὸ αἷμα. ψυχρὸν δέ, τὰ
παθέα θᾶσσον πήγνυσι. τέκμαρ δέ,
τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν φύσει αἱ

ægrè incuruatur: difficulter annuunt: tormina dolores inferunt grauia, perſeuerantia: inteſtinum enim ſinuoſum eſt, cumque exundat urina, & diſtentiones increſcunt, ad mejendum, ut in parturiginibus, proritantur: flatuoſi ſunt, ſed flatus excerni nequeunt, febres adſunt mordaces, præaridæ, ſqualli-da quidem lingua, ſicca uerò eſt aluus, macre ſunt, à cibo abhorrent: quòd ſi quid aſſumant, neque concoquere, neque diſtribuere facilè poſſunt. Sin autem in lotij canaliculum lapis inciderit, concuſſio corporis fit, ut in rigore, calculi progreſſus ſentitur, communi ſimul uiolento. Quod ſi in ueſicam delapſus fuerit, lotium aquoſum uberius effunditur: aluus deijcit: flatus inde exhalant: extentus ſtomachus eſt: ructus eduntur: à prioribus malis quies datur. Interdum quoque ulcerato canali præter lotium cruor emanat. Secunda porrò calamitas eſt, cùm per colem calculus tranſmittitur. Nam ſi amplior ſit, quam urinæ iter (Græci urethram uocant) capere poſſit; in eo multum temporis hæſitat, atque ueſica multitudine urinæ completur: tumque ejus majore cum dolore ſuppreſſio fit. Nam cum ueſica & canales ureteres uocati ueluti incenduntur. Ægerrimè autem tortuoſi calculi exeunt: quoſdam enim & hamatos uidi, in meatibuſque adnatas quaſdam calloſas duritias. Plerunque autem oblongi propter canalium rectitudinem figurantur. At colore nonnulli albicant, argillam referentes, taleſque ſæpius in pueris generantur: alij flaui ſunt inſtar croci, hi uerò in ſenibus reperiuntur, quibus & in renibus creari ſolent: crebrius enim pueris in ueſica lapilli oboriuntur. Concretionis autem cauſæ geminæ ſunt. In ſenibus frigidum corpus, & craſſus ſanguis. Frigidum uerò craſſas materias celerius cogit: indicio ſunt aquarum natura

calida

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

calidarum fontes. Hæ nanque refrigeratæ in tophaceum lapidem condenſantur. At in pueris multum à ſanguine limum elixatum generandi calculi ueluti ſedem ignis habet. Igitur in calculi creatione talis eſt affectio. Cæterum nonnulli ſunt, qui per quoſdam circuitus ſanguinem mejunt, hujuſmodi affectus hæmorrhoidum profluuio ſimilis eſt, ſimilis eſt quoque corporis conſtitutio. Nam ualde palleſcunt, torpent, ignaui ſunt, cibum faſtidiunt, cruditate laborant: & cum excretus eſt ſanguis, languidi ſiunt, membra reſoluuntur, caput uerò leuius & agilius redditur. At ſi per circuitum nihil ſanguinis effluxerit, capitis dolore uexantur, oculorum acies hebet, tenebræ eis obureſantur, uertiginem patiuntur. Inde alij infiniti in comitialem morbum incidunt, tumidi, ueluti caligine perfuſi, aquam intercutem patientibus ſimiles: alij morbo atræ bilis, aut neruorum reſolutione tentantur. Nam ex conſueti profluuij ſanguinis retentione huiuſmodi mala proueniunt. Siquidem à renibus defluat ſanguis mundus, lotio non permixtus, plærunque tamen cum ueſicæ urina *circumfuſus* emanat. Nonnunquam & ex renum *diſruptione* ſanguis fertur multus collectim. Verum cogitur, & in grumos denſatur: utque in ſanguine extra corpus effuſo fieri aſſolet, interdum utique & in ueſica congelatur: quando atrociter urina ſupprimitur. Ruptionem uerò ulcera diuturna, atque uix ſanabilia ſequuntur. Indicia ſunt ramentum, aut membranula araneæ inſtar rubida egrediens, aut pus album mejendo profuſum, modo purum & ſincerum, modo cum urina permixtum. Ab iiſdem & abſceſſus dignoſcendi ſunt, ſi ueſperi febres acceſſerint & rigores: dolores circa lumbos, & pruritus. At ſi ruptus fuerit, grumi purulenti carniſque formam

πηγαί. ἀποψυχθέντα γὰρ, εἰς πωρωειδέα λίθον πήγνυται. παιδίοισι δὲ πολλὸν ὑπὸ τοῦ αἵματος τὸ ἰλυῶδες ἑψηθὲν, γενέσιος ὅκως πῦρ τὴν ἕδραν ἴσχει. λίθων μὲν οὖν ἀμφὶ γενέσιος τοιῆδε πάθη. μετεξετέροισι ἐν περιόδοισι οὐρέουσι αἷμα, τοῖσι ἀπὸ αἱμορροΐδων ἰκέλη ἥδε ἡ *ξυμφορή. ὁμοίη δὲ καὶ ἡ τοῦ σκήνεος κατάστασις, ἔξωχροι, νωθροὶ, ἄπρηκτοι, ἀπόσιτοι, ἄπεπτοι. κὴν μὲν ἐκκριθῇ, ἔκλυτοι, πάρετοι τὰ μέλεα. κεφαλὴν δὲ κοῦφοι καὶ ἐλαφρότεροι. ἢν δὲ ἐς τὴν περίοδον μηδὲν ἐκρυῇ, κεφαλαλγέες, ἀμαυροὶ τὰς ὄψιας, σκοτώδεες, ἀμφιδινεύμενοι. ἐντεῦθεν ἐπίληπτοι μυρίοι ἄλλοι οἰδαλέοι, ἀπαχλυούμενοι, ὑδρωπώδεες. ἄλλοι δὲ μελαγχολώδεες, ἢ παράλυτοι. ἐπισχέσιος γὰρ αἱμορροίης ξυνήθεος, ἀποτκα τῆδε. ἢν μὲν οὖν ἀπὸ νεφρῶν ἐκρέῃ τὸ αἷμα καθαρὸν, ἀμιγὲς οὔροισι, τὰ πολλὰ ἐκρέει ἀπὸ κύστιος τῶν οὔρων τὸ αἷμα. φέρεταί κοτε, καὶ ἀπὸ ῥήξιος τῶν νεφρῶν πολὺ ἀθρόον. ἀτὰρ ἢ δὲ πάγον ἴσχει, καὶ γίγνονται θρόμβοι ὡς ἔξω χυθέν. ἐπάγη κοτὲ καὶ ἐν κύστει. εὖτε ἰσχουρίη γίγνεται δεινή. ἐπὶ δὲ τῇ ῥαγῇ ἕλκεα συμβαίνει χρόνια καὶ δυσαλθέα. τέκμαρ δὲ ἐυελκὶς, ἢ ὑμένιον. εὖτε ἀράχνιον ἐρυθρὸν ἐκκριθὲν, ἢ πύον λευκὸν οὐρηθὲν, ἄλλοτε μὲν καθαρὸν, ἀμιγὲς, ἄλλοτε δὲ οὔροισι ξυμμεμιγμένον. τοῖσδε χρὴ καὶ ἀποστάσιας διαγιγνώσκειν, ἢν προσγένωνται. πυρετοὶ ἐς ἑσπέρην καὶ ῥίγεα. πόνοι ἀμφὶ τὴν ὀσφῦν. κνησμοί. ἢν δὲ καὶ ἐκραγῇ, θρόμβοι *πυώδεες,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

σαρκοειδέες, ἀτὰρ ἢ δὲ λευκοῦ πύου ἀπόστασις. Τὰ δὲ ἕλκεα, δακνώδεα, ἄλλοτε μὲν καθαιρόμενα, ἄλλοτε δὲ ῥυπαρὰ ὄντα. δηλοῖ δὲ τὸ πύον. ἀτὰρ ἢ δὲ οὖρα κάκοδμα, * ἢ ἄνοδμα. ἔαρ μὲν οὖν αἱμορραγίας τίκτει καὶ ἀποστάσιας. χειμὼν δὲ καὶ φθινόπωρον, λίθους. ἢν δὲ ἐπὶ λίθοισι ἕλκεα γένηται, ἀναλθέες μὲν αἱ νοῦσοι, ταχείη τηκεδὼν καὶ θάνατος.

ἤδη.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ἘΝ κύστει.

Κεφάλ. δ.

Τῶν ἐν τῇ κύστει νούσων οὐδὲν εὐηθές. τὰ μὲν ὀξέα φλεγμασίῃ καὶ τρώμασι, σπασμῷ καὶ πυρετοῖσι ὀξέσι κτείνοντα. ἕλκος δὲ καὶ ἀποστάσιες, ἢ παράλυσις, ἢ λίθος μέγας μὲν, ἀναλθὴς δέ. οὔτε γὰρ θρύπτεται, ἢ πόσει, ἢ φαρμάκῳ, * ἢ ἀμφιθρύπτοιτο, οὔτε ἀσινέως τέμνεται. χρὴ γὰρ καὶ τὰ λεπτὰ τῆς κύστιος ξυνταμνεῖν. τὸ δὲ αὐθήμαρ ἔκτεινε, ἢ ὀλίγαις ἡμέρῃσι σπασμοῖσι καὶ πυρετοῖσι θνήσκουσι. ἢν δὲ μὴ τάμῃ, εἰς οὔρων σχέσιν, καὶ πόνοισι, καὶ πυρετοῖσι, ἢ * τηκεδόσι σμύχεται ὥνθρωπος. ἢν δὲ μὴ κάρτα μέγας ὁ λίθος ἔῃ, σχέσιες μὲν * οὔρων ξυνεχέστεραι. ἐς γὰρ τὸν αὐχένα ῥηιδίως ἐμπίπτων ἀποέργει οὔρων ἔξοδον. τάμνειν δὲ εἰ καὶ τῶν μεζόνων ἀσφαλέστερον. ἀλλὰ τέμνεται κύστις, κἢν τις τὸν τοῦ θανάτου κίνδυνον ἐκφύγῃ, ῥοιάδος γίγνεταί οἱ πάθος. κἢν ἀκίνδυνον ἔῃ, ἀλλ᾽ οὐ φορητὸν ἐλευθέροισι ἀέναον ἐκρέειν οὖρον, κἢν βαδίζῃ, * κἢν εὕδῃ, ἀτερπὲς δὲ ἢν βαδίζηται. οἱ δὲ κάρτα

ἢ ἀμφιθρύπτῳ. — τηκεδόσι. — πύρεσι. — καὶ ἢν.

repræſentantes eijciuntur: quin etiam & albida ſanies excernitur. Vlcera uerò mordacia ſunt, modo repurgata, modo ſordentia: id pus manifeſtat: urina quoque aut olida, aut nihil olens. Ver ſanguinis profluuia & abſceſſus parit: hyems autem, autumnuſque calculos. Quòd ſi à calculis ulcera facta ſint, inſanabiles inde morbi naſcuntur, cita colliquatio, morſque adueniunt.

DE VESICÆ AFfectibus.

Caput IV.

VEſicæ morborum nullus placidus eſt. Quippe acuti inflammatione, uulneribus, conuulſione, febribuſque acutis interficiunt. Vlcus uerò & abſceſſus, aut reſolutio, aut lapis magnus tolli nequit: neque enim potione, aut medicamento frangitur, aut circumteritur, neque præter noxam exciditur. Opus enim eſt & tenues ueſicæ partes ſimul cædere. Id uerò aut eodem die hominem perdit, aut paucis diebus conuulſionibus, febribuſque conſumit. Niſi excidatur autem præter urinæ concluſionem doloribus, febribuſque, aut liquationibus homo contabeſcit. Sin haud ita magnus ſit calculus, frequentius lotium cohibetur. Nam facilè in ceruicem delapſus lotij tranſitum obſtruit. Securius autem quàm grandiores exciditur, ſed ueſica quoque neceſſariò ſauciatur, cumque mortis periculum euaſerint, in fiſtulam Græci Rhœada uocant, prolabuntur. Quod licet periculo uacet, ingenuis tamen hominibus non eſt tolerandum, perpetuum ſc. urinæ profluuium, ſiue quis ambulet, ſiue dormiat, ambulantibus uerò maximè injucundum. Valde

parui,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

parui autem plerunque citra noxam exciduntur. Quod ſi ueſicæ inhæſerit calculus, ex colliquationibus patefiet: ſed neque dolorum, neque grauitatis expertes ſunt, licet urinam expeditè reddant; ſin minus, & urinæ difficultas accedet. Omnes uerò calculos ex ſabuloſis urinæ ſubſidentijs depræhendes: & quòd iſtis uirilia ſæpius arriguntur. Quando enim mejunt, ſubeſtque calculus, dolent, tractant, attrahuntque pudenda, tanquam calculum cum ueſica exemturi. Anus quoque uitij particeps redditur pruritu laborans. Prominet uerò & rectum inteſtinum ui, contentionibus, imaginatione perinde, ac ſi jam lapis excernatur. Ambo enim inter ſe copulantur anus & ueſica: quorum uno affecto, & alterum afficiatur neceſſe eſt. Propterea inflammato podice urinæ exitus clauditur: & ueſica exacerbata ſedes non deijcit, licet aluus admodum ſicca non ſit. Tales utique ſunt ex calculis labores. At ſanguinis effluuium tametſi non admodum citò enecet, tempore tamen procedente infinitos jugulauit. Ab eo uerò grumi creantur, lotij ſuppreſſio, & matura mors non ſecus, atque à calculis fieri compertum eſt. Quamuis enim ſanguis tenuis flauuſque eſt, neque ualde craſſus, neque concretus: ueſica tamen longo tempore congregat, ac eadem calefaciens & elixans cogit conſpiſſatque, atque ita grumus ef- * ficitur, & urinæ interclusio, quam Græci Iſchuriam uocant, inferendæ morti potentiſſima. His accedit dolor acutus, ignis acer, lingua arida, & ab his delirantes moriuntur. Sin autem à uulnere dolor excitetur, uulnus utiq; mortiferum eſt: ulcus uerò & ſi non protinus interficit, febribus tamé, aut

σμικροὶ τὰ πολλὰ τάμνονται ἀσινέως. ἢν δὲ ξυμπεφύκῃ τῇ κύστει λίθος, διάδηλος μὲν τοῖσι *μελεδώνεσι, ἀτὰρ οὐδὲ ἀσινέες πόνοισι καὶ βάρεϊ, κἢν αὖ ἡ δυσουρίης ἄτερ. ἢν δὲ μή, καὶ δυσουρέει. ξύμπαντας δὲ τοὺς λίθους διαγνοίης αὐτοῖσι τῶν ψαμμίων ἐν τοῖσι οὔροισι ὑποστάσεσι. ἀτὰρ ἢ δὲ πρόκοποι τὰ αἰδοῖα γίγνονται. εὖτε γὰρ ἀπουρέουσι, κἢν ὕπεισι καὶ ὁ λίθος ὀδυνέονται, καὶ ἀμφαφόωσι, καὶ ἕλκουσι τὰ αἰδοῖα, ὅκως τὸν λίθον ξὺν τῇ κύστι ἐξαιρεύμενοι. ξυμπαθοῖ δὲ καὶ ἕδρη κνησμώδης γιγνομένη. περιπετὴς δὲ καὶ ἄρχος βίῃ καὶ ἐντάσεσι φαντασίῃ. ἐκκρίσει δὲ ὡς δῆθεν τοῦ λίθου. ἄμφω γὰρ συγκέενται ἀλλήλοισι ἕδρη τε καὶ κύστις. ὧν ἑκατέρου διὰ τόδε καὶ ἐπιφλεγμασίῃ ἀρχοῦ, ἰσχουρέει κύστις, καὶ ἐπὶ τῇσι τῆς κύστιος ἀκίσιου * δίνῃσι ἕδρη, κἢν μὴ ἐπίξηρος ἡ γαστὴρ ἔῃ. τοῖα μὲν ἄλγεα τὰ λίθων. αἱμορραγίη δὲ κἢν μὴ κάρτα ὀξέως κτείνῃ, χρόνῳ δὲ ἐξείλυσε μυρίους. οἱ δὲ ἀπ᾽ αὐτέης θρόμβοι, ἰσχουρίη, ὀξέες ὄλεθροι, ὁκώσπερ οἱ λίθοι. καὶ γὰρ *ἢν τὸ αἷμα λεπτόν τε καὶ ξανθὸν καὶ μὴ παγχὺ ᾖ εὐπαγές, ἀλλ᾽ ἡ κύστις ἐς πολλὸν ἀλίζει χρόνον, καὶ ἥδε θερμαίνουσα καὶ ἕψουσα πηγνύει. καὶ ὧδε γίγνεται θρόμβος. ἰσχουρίη μὲν οὖν δυνατωτάτη κτεῖναι. προσεπιγίγνεται δὲ τουτέοισι ἄλγος ὀξύ, πῦρ δριμύ, γλῶσσα ξηρή, καὶ ἐπὶ τοῖσδε παράφοροι θνήσκουσι. ἢν δὲ ἐπὶ τρώματι ἄλγος ἐκφανῇ, τρῶμα μὲν *ὀλέθριον. τὸ δὲ ἕλκος κἢν μὴ ἀρχῆθεν κτείνῃ, πυρετοῖς ἢ φλεγμονῇ ἀνήκεστον γίγνεται

* μελεδώνεσιν ἄλλως μελεδῶσι.

* ἀλίθου

* ὀλέθριον

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

νέ) λεπτὴ μὲν τὸ πάχος κύστις. νεῦρον δ' ὡς τὴν φύσιν. τάπερ οὐδὲ σαρκοῦται οὔτε ῥηϊδίως ἐπουλοῦται. ποτὶ καὶ τὸ οὖρον χολῶδες, δριμὺ, δακνῶδες τοῦ ἕλκεος, ἡ ξυνὴ δίαιτα. ἡ δ' ἐν μὲν τῇσι πληρώσεσι διαστέλλεται, ἢν δὲ κενωθῇ, ξυνίζει. πάσχει οὖν ἄρθρου πάθει ἐν ἐκτάσει τε καὶ κάμψει. ἄρθρῳ δ' οὐκ εὐαλθὲς ἕλκος οὐδέν. καὶ * ἔμπυος δ' ἐξ ἀποστάσιος γίγνεται. κύστιος σημήϊα, τάπερ ἐπ' ἄλλοισι μὲν * ἐπιφλέγμασι. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ πυρετοῖσι καὶ ῥίγεσι ἡ ἀπόστασις, κίνδυνοι δ' οἱ αὐτοί. πύον δὲ ἀλλ' εἰς παχὺ, λευκὸν, οὐ κακόδμον ἐκδιδοῖ, εὐήθεα τὰ ἀπὸ τῶνδε ἕλκεα. ἢν δ' ἐπινέμηται, τρυγώδεα, μυξοποιὰ, κάκοδμα οὐρέουσι. τῶν τοιῶνδε οὐ βραδύνει θάνατος. δακνώδεα μὲν τὰ οὖρα. ὀδυνηρὴ δ' ἡ πρόεσις αὐτῶν, διαΐσσει δὲ ἡ ὀδύνη μέσφι ἄκρου τοῦ καυλοῦ. βλάπτει δ' αὐτέους πάντα καὶ τἀναντία, καὶ πλησμονὴ καὶ κένωσις, καὶ ἀργίη καὶ κίνησις, καὶ λουτρὰ, καὶ ἀλουσίη, καὶ τροφὴ καὶ ἀτροφίη, καὶ γλυκέα καὶ ὀξέα. ἄλλων ἄλλα μὲν ὠφελεύντων. ἄλλα δὲ βλαπτόντων εἰς ἓν συμβῆναι μὴ δυναμένων.

* ἔμπυον.
* ἐπιφλεγμασίῃσι.

ΠΕΡΙ ΓΟΝΟΡΡΟΙΑΣ.

Κεφαλ. ε.

Ἀνώλεθρον μὲν ἡ γονόῤῥοια, ἀτερπὲς δὲ καὶ ἀηδὲς μέσφι ἀκοῆς. ἢν γὰρ ἀκρασίη καὶ πάρεσις τὰ ὑγρὰ ἴσχῃ καὶ γόνιμα μέρεα ὅκως διὰ ψυχέων ῥέει ἡ θορή, οὐδὲ ἐπισχεῖν ἐστὶ αὐτέην οὐδὲ ἐν ὕπνοισι. ἀλλὰ γὰρ ἤν τε εὕδῃ, ἤν τε ἐγρηγορέῃ, ἀνεπίσχετος ἡ φορή, ἀναίσθητος δὲ ἡ * ῥοὴ τοῦ γόνου

* ῥοὴ τοῦ γόνου.

inflammatione inſanabile redditur. Tenuis quidem eſt craſſitudine ueſica, neruus autem ſubſtantia. Quocirca neque carnem contrahit, neque facilè ad cicatricem ducitur. Accedit & urina bilioſa, acris, mordax ulceris, communis uictus. Veſica enim cum repletur, diſtenditur: cum inanis eſt, ſubſidit. In extenſione igitur & contractione eundem, quem & articulus, affectum patitur. In articulo uerò nullum ulcus bene ſaneſcit; ſuppurationem autem ex abſceſſu contrahit. Veſicæ ſigna eadem ſunt, quæ & in alijs membris inflammatis. Nam etſi febribus rigoribusque ſuccedat abſceſſus, eadem pericula impendent. Verum ſi pus craſſum, album, non tetri odoris ejiciat; ab his orta ulcera benigna ſunt. At ſi depaſcantur, fæculentam, mucidam, graueolentem urinam reddunt. Hujuſmodi ægrotantibus non tarda mors aduenit. Mordax quidem urina eſt, & cum dolore eſt ejus emiſſio. Ad ſummum uſque colem dolor peruenit. Ipſos utique omnia etiam contraria lædunt, & ſaturitas, & inanitio, & otium, & exercitatio, & lauatio, & illuuies, & ſaturitas, & jejunitas, & dulcia & acida: cum alia alios lædant, alios juuent, in unum autem conuenire non poſſint.

DE SEMINIS profluuio.

Caput V.

Mortis quidem periculo uacat Genituræ profluuium, injucundum tamen eſt, & uel auditu inſuaue. Nam ſi intemperies & reſolutio humida occupat, genitaliaque membra (ut à frigidis contingere ſolet,) profluit ſemen: neque ipſum uel in ſomnis cohibere poſſumus. Verum ſeu quis dormiat, ſeu uigilet, continens profuſio eſt, *neque genituræ fluor ſenſu percipi-*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

percipitur. Ægrotant quoque & tali morbo mulieres, ſed partibus illis prurientibus, & cum uoluptate nonnullis genitura profunditur: quin etiam uirilem coitum impudenter appetunt. Viri autem nequaquam pruriunt: nam quod effluit, humidum, tenue, frigidumque eſt, ſine colore, infœcundum. Qui enim genitale ſemen refrigerata natura emiſerit? Quòd ſi iuuenes hoc uitio laborent, omnes ſenilem corporis habitum induant neceſſe eſt: quippe qui ſegnes fiant, reſoluti, exanimes, torpentes, hebetes, imbecilli, recurui, ignaui, pallentes, albidi, effœminati, à cibis abhorrentes, frigidi, membris graues & ſtupidi, cruribus impotentes, & ad omnia remiſſi & languidi. Multis ſanè id genus ægrotatio ad neruorum reſolutionem (paralyſim Græci uocant) uiam ſtrauit. Quomodo enim neruorum facultas non afficiatur, cùm natura ad uitæ generationem faciens refrigerata ſit? Atqui & genitura uitalitatem impartiens nos uiros efficit, calidos, articulatos, hirſutos, uocales, animoſos, ad intelligendum operandumque ualentes: id uiri teſtantur. Contrà uerò quibus non ineſt uitalis genitura, rugoſi ſunt, debiles, acutæ uocis, glabri, imberbes, effœminati: eunuchi id manifeſtant. Si quis autem uir & ſeminis profundendi abſtinens fuerit, robuſtus eſt, audax, neque uel feras expaueſcens: teſtimonio ſunt ex athletis temperantes. Nam & illi, qui natura quibusdam præſtant, ob intemperantiam deterioribus multò pejores fiunt: contrà natura deteriores ex temperantia præſtantioribus longè meliores euadunt. Neque ſanè ab alio quopiam, quàm à genitura robuſtum animal generatur. Vitalis itaque genitura ad ſanitatem, ad robur, ad animi fortitudinem, & ad generandum mirificè confert. A Satyriaſi in ſeminis profluuium corporis ſtatus deuoluitur.

γίγνεται. νοσέουσι δὲ καὶ γυναῖκες τήνδε τὴν νοῦσον, ἀλλ' ἐπὶ κνησμοῖσι τῶν μορίων καὶ ἡδονῇ προχέεται πᾶσι ἡ θορή. ἄταρ καὶ πρὸς ἄνδρας ὁμιλίῃ ἀναισχύντῳ. ἄνδρες δὲ οὐδ' ὅλως *ὀδάξονται. τὸ δὲ ῥέον ὑγρὸν λεπτὸν, ψυχρὸν, ἄχρουν, ἄγονον. πῶς γὰρ ζωογόνον ἐκπέμψαι σπέρμα ψυχρὴ ἐοῦσα ἡ φύσις. ἢν δὲ καὶ νέοι πάσχωσι, γηραλέους χρὴ γενέσθαι πάντας τὴν ἕξιν, νωθώδεας, ἐκλύτους, ἀψύχους, ὀκνέοντας, κωφοὺς, ἀσθενέας, ῥικνοὺς, ἀπρήκτους, ἐπώχρους, λευκοὺς, γυναικώδεας, *ἀποσίτους, ψυχροὺς, μελέων βάρεα, καὶ *νάρκας σκελέων, ἀκρατέας, καὶ ἐς πάντα παρέτους. ἥδε ἡ νοῦσος ὁδὸς ἐς παράλυσιν πολλοῖσι γίγνεται. πῶς γὰρ οὐκ ἂν τῶν νεύρων ἥδε ἡ δύναμις πάθοι τῆς ἐς ζωῆς γένεσιν φύσιος ἀπεψυγμένης. καὶ ἡμέας ἄνδρας ποιέει ζώουσα ἡ θορὴ θέρμους, εὐάρθρους, λασίους, εὐφώνους, εὐθύμους, κραταιοὺς νοῆσαί τε καὶ ῥέξαι. δηλοῦσι οἱ ἄνδρες. οἷσι δὲ οὐκ ἔνεστι ζώουσα ἡ θορὴ, ῥικνοὶ, ἀσθενέες, ὀξύφωνοι, ἄτριχες, ἀγένειοι, γυναικώδεες. δηλοῦσι οἱ εὐνοῦχοι. ἢν δέ τις ἀνὴρ καὶ ἐγκρατὴς ἔῃ τῆς θορῆς, κραταιὸς, εὔτολμος, *ἀλκῆς μέσφι θηρίων. τέκμαρ δὲ ἀθλητῶν οἱ σαόφρονες. καὶ γὰρ καὶ οἱ φύσι τινῶν *κρέσσονες ὑπ' ἀκρασίης πολλὸν τῶν χειρόνων γίγνονται χερείονες. πολλὸν δὲ οἱ φύσει χερείους ὑπὸ *ἐγκρατίης γίγνονται *κρεσσόνων κρέσσονες. ἄταρ οὐδὲ ζῶον ἐξ ἄλλου γίγνεται κραταιὸν, ἢ θορῆς. μέγα οὖν καὶ ἐς ὑγιείην, καὶ ἐς ἀλκὴν, καὶ ἐς *ἀψυχίην, καὶ ἐς γένεσιν ζώουσα ἡ θωρή. ἀπὸ σατυριήσεως ἐς *γονοῤῥοίης ἀπόσκηψιν ἡ κατάστασις.

* ὀδεύξονται.
* ἀπόσιτοι. ψυχροί.
* νάρκαι σκελέων ἀκρατέες. Ϛ ἐς πάντα παρετοί.
* ἀλγίης.
* χρέσσοντες.
* ἀκρατίης.
κρέσσον μὲν οὖν κρέσσ. ἄλλως. κρέσσων μθ.
εὐψυχίην.
γονοῤῥοιῶν.

Περὶ

ΠΕΡΙ ΣΤΟΜΑΧΙΚΩΝ

Κεφάλ. ς.

Στόμαχος ἡδονῆς καὶ ἀηδίης ἡγεμών. καρδίης καίριον γειτόνευμα ἐς τόνον καὶ θυμὸν, ἢ ἀθυμίην, τῆς ψυχῆς συμπαθείη. ἥδε στομάχου πρώτιστα δύναμις. τὰ δὲ μὲν οὖν μοι ἄλλῃ λέλεκται. ἀπότοκοι ἡδονῆς μὲν, εὐπεψίη, εὐσαρκίη, εὐχροίη τοῦ σώματος, ἀηδίης δὲ τουτέων τ' ἀναντία, κοτὲ καὶ ἀθυμίη μὴ ἔχων προφάσιν. μελαγχολώδεσι δὲ κἀποσιτίη· ἣν οὖν ὅδε νοσέῃ, μῖσος καὶ
φαί. ἀποστροφὴ τῶν γευμάτων, οὐκ* ἢν προσαίρωνται μόνον, ἀλλὰ κἢν ἀθέητα
κρίνῃ. *μὲν ᾖ τὰ σιτία. ἀναπεμπάζονται
φ δ' οἱ αὐτῇ. *δὲ ναυτίῃ, ἢ ἀπορίῃ, ἢ πλάδῳ, ἢ καρδιαλγίῃ. καὶ σιαλοχόοι δὲ, καὶ ἔμετοι ἐ-
τρύχει. νίοισι. κἢν ὁμῶς τὸ σῶμα *τείρῃ, κἢν γαστὴρ μείνῃ κενεὴ τῶνδε, τὸν πόνον ῥηΐτερον φέρει τῆς προσάρσιος. ἢν δὲ καὶ ὑπ' ἀνάγκης κοτὲ ἐς τὴν ἐδωδὴν ἴῃ, πολλὸν κάκιον. ὁ δὲ πόνος
λιπῆναι. τοῦ λιμοῦ ἐν τῷ στόματι *λελῆσθαι ἀργός, καταπιεῖν μέζων ὀδύνη. ἀταρ καὶ οὐχὶ πρὸς μὲν τὰ οἰκεῖα τοιῶσδε. ἐς δὲ τὰ ἀλλόκοτα χρηστῶς.
φύσει. ἀλλαγὴ τῶν κατὰ* φύσιν ἐς τὸ ἔμπαλιν. ἀχθηδὼν ἐς πάντα, καὶ φυγὴ, καὶ μῖσος σιτίων. ἐπὶ δὲ τοῖσι μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων χωρίοισιν, ἄλγος. πολὺ δὲ καὶ μέζον, ἢν προσφέρωνται καὶ καταπίνωσι. ἄση, ἀπορίη, ὄψιες ἀμαυραὶ, ὤτων ἦχοι, βάρεα κεφαλῆς, νάρκη μελέων. καὶ τὰ
γυ̃α γῆα λύονται. παλμὸς, ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι, φαντασίη τῆς ῥάχιος ἐς

DE STOMACHI affectibus

Caput VI.

Stomachus delectationis, triſtitiæque princeps eſt, *cordis uicinia ad tenorem, animiq́; alacritatem ſiue abiectionem, ob animæ conſenſum plurimum ualet. Hæc prima eſt & præcipua ſtomachi facultas.* Hæc mihi alio loco dicta ſunt. *Voluptatem hæc pariunt,* bona concoctio, carnis conueniens incrementum, floridus corporis color. *Triſtitiam* uerò iſtorum contraria Nonnunquam & animi abiectionem cum alimento caret, inducit, atra bile uexatur, cibum refugit. Cum itaque ſtomachus ægrotat; eſcas odit, & abominatur, non modò cum offeruntur, uerum etiam ſi non in conſpectum dentur, ſed eas memoria repetant, aut anxietate, aut madore ſtomachi, aut ejus oſtioli dolore perciti, & ſaliuam effundunt quidam, & uomitibus lancinantur, corpusque ſimul ab his uexatur. Quòd ſi uentriculus iſtorum uacuus eſt, dolorem, quàm cibi ſumtionem, facilius tolerat. Sin autem interdum ad alimentum capiendum accedere cogitur, id multò pejus eſt. Labor quidem famis eſt, *in cibis ore conterendis angor: in deuorandis dolor maior adeſt.* Cæterùm non erga uſitata quidem ita ſe habet, erga aliena uerò optimè; ſed quæ naturaliter habent, in contrarium mutata ſunt: & omnia grauatim ferè: fugaque adeſt, & odium alimentorum. In interſcapulis præterea dolor inhæret: ſed longè major ſi edant, deuorentque, faſtidiunt: animi pendent: uiſus hebetatur: aures ſonant: caput grauatur: membra torpent: crura, brachiaq́; reſoluuntur: palpitant præcordia: dorſum imaginatur

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

uerſis crura moueri: aliàs alio, huc atque illuc ſeſe ferri exiſtimant, ſeu ſtent, ſeu jaceant: quemadmodum à uentorum flatu harundines, aut arbores agitantur: pituitam frigidam, aqueam reijciunt. Quando uerò & in bilioſis redundat bilis, iſtorum oculi tenebris caligant; ſiticuloſi non ſunt, etſi à cibis ſitire uidentur: uigilant; tardi ſunt: dormitant, non uero tamen ſomno: *ijs*, qui ſopore graui (Coma Græci appellant) occupantur, ſimilia patiuntur, macie confecti, ualdè pallentes, debiles, reſoluti, animæ deliquium patientes, animo conſternati, meticuloſi, quieti, repente tamen iraſcentes, ualdè melancholici. Nonnunquam enim in atram bilem, quam Melancholiam Græci nuncupant, id genus ægrotantes inciderunt. Talem utique ſtomacho impartiente animæ affectum eſſe oportet. Verùm homines compatibilium membrorum ignari, in quibus hæc grauiſſima uitia fiunt, ſtomachum eſſe cauſam opinantur. Magnum autem ad ea, quæ dico, probanda teſtimonium cordis contiguitas eſt, ubi omnium principatus collocatur. In medio enim pulmone cor ſedet: horum autem medium ſtomachum conjungit: ambo uerò dorſo inſerta ſunt. Propter hanc itaque cordis uiciniam & dolor ille excitatur, quem Cardialgiam Græci nominant, & reſolutio, & morbi melancholici. Nempè morbi cauſæ & aliæ ſunt plurimæ: præcipua uerò pus multum à uentre per ſtomachum effuſum. Familiare eſt etiam, id uitium illis, qui tenui uictu, & duriore coacti ſunt uti: quin etiam illis, qui, ut erudiantur, laborant, & ejus cauſa multa perferunt, quibus ineſt diuinæ ſcientiæ cupiditas: qui cibi parſimonia, & uigilijs macerantur: qui doctos ſermones, & res graues meditantur: qui uictum pleniorem & uarium contemnunt: ſed famem

τὼ σκέλεε κινευμένης. ἄλλοτε ἄλλη τῇδε κἀκεῖσε φέρεσθαι δοκέουσι, κἢν ἑστήκωσι, κἢν κατακέωνται. ὅκως ὑπὸ αὔρης ἀνέμων κάλαμοι, ἢ * δένδρεα. φλέγμα ψυχρὸν, ὑδαρὲς ἀποβλύζουσι. ἐπὴν δὲ καὶ χολὴ ἢ πικροχόλοισι, σκοτώδεες, ἄδιψοι. κἢν ἐπ' ἐδέσμασι διψῆν δοκέωσι, ἄγρυπνοι, νωθροὶ, * νυσταλέοι. οὐχ ὕπνῳ * ἀτρεκεῖ. κωματώδεες, ὁμοιοπαθέες, ἰσχνοὶ, ἔξωχροι, ἀσθενέες, ἔκλυτοι, λειποδρανέες, ἄψυχοι, δειλοὶ, ἡσύχιοι. ἐξαπίνης δ' * ὀργίλοι. κάρτα μελαγχολώδεες. καὶ γὰρ ἐξώκειλάν κοτε ἐς μελαγχολίην οἱ τοιοίδε. τάδε μέντοι τῆς ψυχῆς τοῦ στομάχου * ἐνδιδόντος, * εἶτε δεῖ τὴν πάθην. οἱ δὲ δὴ ἄνθρωποι οὐκ εἰδότες τὰ ξυμπαθέα μέρεα, ἐφ' οἷσι τὰ δεινότατα γίγνεται, τὸν στόμαχον αἴτιον * ἡγεῦνται. μέγα δὲ ἐς πίστιν ὧν λέγω, ἡ ξυνάφεια τῆς καρδίης, ἔνθα πάντων ἡ ἀρχή. μέσον γὰρ ἐνίζει τῷ πνεύμονι ἡ καρδίη. ἡ δὲ τούτων μεσότης τὸν στόμαχον συνάπτει. ἄμφω δὲ προσπεφύκασι τῇ ῥάχει. διὰ τόδε πρὸς τὴν καρδίην γειτόνημα, καρδιαλγίη, καὶ ἔκλυσις καὶ τὰ μελαγχολώδεα. αἰτίαι δὲ τῆς νούσου, καὶ ἄλλαι μὲν μυρίαι, καιρίη δὲ, πύον συχνὸν, ἀπὸ κοιλίης διὰ στομάχου χυθέν. * ξύνηθες δὲ καὶ τοῖς ὑπό τε ἀνάγκαις ἐκδεδιῃτημένοις λεπτῇ καὶ σκληροτέρῃ διαίτῃ. ἀτὰρ καὶ τοῖσι ἐς παιδείην πονεῦσι, καὶ ἐς τὴν δὲ τλήμοσι, οἷσι θείης μὲν μαθήσιος ποθὴ, * ὀλιγοσιτίη δὲ καὶ ἀγρυπνίη, καὶ μελεδώνη λόγων τε καὶ πρηγμάτων σοφῶν. οἷσι ὑπεροψίη μὲν διαίτης ἁβρῆς καὶ ποικίλης, λιμὸς

δὲ ἢ

† δένδρεα.
* νυσταλέοι
* ἀτρεκέα.
* ὀργίλοι
* ἐνδιδόντες. * εἶναι.
* ἡγεῦνται.
ξυνήθεσι.
ὀλιγοποσίη.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἡ τροφή, καὶ ὕδωρ ποτόν, καὶ ἐν ὕπνῳ ἀϋπνίη. οἷσι μαλθακὴ μὲν εὐνὴ ἀστρώτος χαμαί. ἀμφίβλημα δὲ εὐτελές, ἀμπεχόνη ἀραιή, τὸ δὲ τέγος κέραμος, ὁ κοινὸς ἀήρ. πλοῦτος δὲ ἐννοίης θείης, περιουσίης τε χρῆσις. τάδε γὰρ αὐτέοισι ἀγαθὰ γίγνεται ἔρωτι παιδείης. καὶ εἰ προσαίρονται, εὐτελὲς μὲν σιτίον, οὐδὲ ἐς κόρον ἐδωδῆς, ἀλλ' ἐς ζωὴν μοῦνον. οὐκ ἐπ' οἴνῳ θώρηξις, οὐ θυμηδίη. οὐ ῥέμβος καὶ περίοδοι, οὐ σωμάτων ἄσκησις, οὐδὲ σαρκῶν περιβολή. τίνος γὰρ οὐκ ἂν ἀπάγοι παιδείης ἔρως; πατρίδος, τοκήων, κασιγνήτων ἑωυτῶν μέσφι θανάτου. τοῖσδε οὖν τηκεδὼν μὲν τοῦ σκήνεος, ἄχροοι, καὶ ἐν νεότητι γηραλέοι, καὶ ὑπ' ἐννοίης κωφοί. ψυχὴν δὲ ἀμειδέες, ἀμείλιχοι, στομάχου δὲ κακοσιτίη. ταχὺς ὁ κόρος τοῦ ξυνήθεος, εὐτελέος καὶ ἑτοίμου τροφῆς, ἀηθείη δὲ ποικίλης ἐδωδῆς. ὄκνος δὲ πάντων γευμάτων. ἢν δὲ καὶ λάβωσί τι τῶν ξένων, βλάβη. ἀπόστροφοι εὐθὺς ἐς πάντα. εἰ δὲ ἐστι στομάχου χρονίη νοῦσος, φλεγμοναί γε καὶ ῥεύματα, καὶ καρδιωγμός, ἢ πόνος, στομαχικὸν οὐ κικλήσκεται πάθος. θέρος ἄγει τήνδε νοῦσον. ἔνθα καὶ πέψιος καὶ ὀρέξιος, καὶ πάντων ἀδυναμίη. ἡλικίη δὲ γῆρας, οἷσι καὶ δίχα πάθεος διὰ τὸ τοῦ βίου τέλος καὶ ἡ ὄρεξις ἐς τέρμα ἥκει.

ΠΕΡΙ ΚΟΙΛΙΗΣ ΔΙΑΘΕΣΙΟΣ.

Κεφάλ. ζ.

Κοιλίη σπλάγχνον πεπτήριον κάμνει τὴν πέψιν, ὁκότε διάῤῥοια τὸν

pro alimentis habet, pro potu aquam, & in ſomnis uigilant: *quibus molle eſt cubile humi ſineſtrangulis, uile indumentum,* tunica lacera: ipſorum uerò tectum eſt communis aër: *diuitiæ autem, diuinæ intelligentiæ atque copiarum abundantiæ uſus.* Hæc utique ipſis eruditionis amore bona comparantur. Cumque cibum, & illum quidem ignobilem accipiunt; id uitæ tantum, *non ut cibis ſatientur, ſed ut uitam ſuſtineant duntaxat: non uino indulgent: non exhilarantur: non uagantur & obambulant, non exercent corpora: non fiunt carnulentiores.* A quo enim diſciplinæ amor non auocet? à patria, à parentibus, à fratribus, à ſeipſis uſque ad mortem. His igitur corporis macies adeſt, decolor facies, & in iuuenta ſeneſcunt: & ob contemplationem ſtupidi habentur, animo autem ſeueri, non ridentes, immites ſunt. *Stomachus quoque ijs malè erga cibum affectus eſt: ac celeriter aſſuetoque ſatiantur: eoq; uili & ad manum, quòd uarijs dapibus non ſunt aſſueti,* & erga omnes cibos pigri ſunt. Quòd ſi aliquem inuſitatum cibum acceperint, læduntur, omnes alios protinus auerſantes. Iſte eſt ſtomachi longus morbus. Inflammationes uerò, deſtillationes, oris uentriculi morſus, (Cardiogmon Græci uocant) aut dolor, ſtomachalis affectus non dicitur. Hunc morbum æſtas affert, quando & concoctionis, & appetitus, & omniũ eſt impotentia. Inter ætates uerò ſenecta, quibus & abſque morbo ob uitæ finem & appetentia ad extremum peruenit.

DE AFFECTV uentriculi.

Caput VII.

VEntriculus concoctioni deſtinatũ uiſcus in concoquendo laborat, cũ alui profluuiũ, quẽ Græci Diarrhœã uocant,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

uocant, hominem premit, & eſt liquidi alimenti inconcocti profluuiũ: niſi à recenti & proxima cauſa unum aut alterum tantum diem permanente oriatur. Præterea & totus homo debilis redditur, quia corpus non alitur, unde longus morbus, Cœliacum quem uocant, efficitur, latinè uentricularis dici poteſt, ob concoquentis caloris imbecillitatem, friguſque uentriculi: cum liqueſcit quidem à calore alimentum, ſed non concoquit calor, neque in ſuccum proprium uertit, ſemicoctum imperfectumque relinquens, cum perfectionem aſſequi non poſſit. Id uerò concoctione deſtitutum ad prauum commutatur & colore & odore & conſiſtentia. Albus eſt enim bile priuatus color: olida excernũtur, & lutulẽta; liquida & inconſiſtens ob profligatam actionem ſubſtantia eſt, uirtutem modo atque principium coctionis præſeferens. Hac de cauſa uenter flatuoſus eſt, ructus aſſidui, tetri odoris. Quod ſi deorſum penetrent: ſtrident inteſtina, flatus erumpunt aſperi, humidi, argilloſi. Videtur autem ipſis tanquam humidum quoddam effluere. Dolor uentriculi grauis eſt, aut ſubinde punctiones referens, gracilis uerò, & emaciatus homo redditur, pallidus, iners, nihil ex negotijs uſitatis ualenter efficiens: ſed cum ambulat, membra labaſcunt, temporum uenæ exertæ ſunt. Siquidem ob alimenti penuriam tempora habent concaua: atque in omni corpore uenæ inſignes apparent: non modo enim morbus iſte non concoquit, uerum ſtatim neque in molem corporis diſtribuit. Nam haud ſolum concoctionis, ſed etiam digeſtionis uitium mihi eſſe uidetur. Porrò ſi in incremento morbus ſit, materias ab omni corpore in uentriculum rurſus adducit: tunc ea jam eſt corporis eliquatio, os eſt aridum, ſuperficies

ἄνθρωπον ἴσχει. καὶ ἔστιν ὑγρῆς τροφῆς ἄπεπτος ἡ διάρροια. ἀλλ᾽ ἢν μὴ ἐπὶ σχεδίου τῆς αἰτίης γίγνοιτο τόδε ἐς μίην ἢ δευτέρην ἡμέρην μούνην. πρὸς δὲ, καὶ ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἀσθενέει, ἀτροφίῃ τοῦ σκήνεος. χρονίη νοῦσος ἡ κοιλιακὴ γίγνεται. ἀτονίῃ τοῦ πέσσοντος θερμοῦ, καὶ ψύξει τῆς κοιλίης. εὖτε λύεται μὲν ἐς θερμὸν ἡ τροφή. ἀλλ᾽ οὐκ ἐκπέσσει θερμὸν, οὐδὲ ἐς χυμὸν οἰκεῖον τρέπει, ἡμιτελέα δὲ λείπει ἀδρανείῃ τοῦ τέλεος. ἡ δὲ ἀφεθεῖσα τῆς ἐργασίης ἐς κακὸν ἀλλοιοῦται καὶ χροιῇ, καὶ ὀδμῇ, καὶ συστάσει. λευκὴ μὲν γὰρ καὶ ἄχολος ἡ χροιή. κάκοδμα δὲ καὶ βορβορώδεα. ὑγρὴ δὲ καὶ ἀσύστατος ἀπραγίῃ. μοῦνον δὲ ἀρετὴν ἴσχουσα τῆς πέψιος τὴν ἀρχήν. διὰ τόδε φυσώδεες ἐς τὴν γαστέρα ἐρυγαὶ ξυνεχέες, κακώδεες. ἢν δὲ καὶ κάτω προΐσωσι, τρύζει μὲν τὰ ἔντερα, φῦσαι δὲ διεξιᾶσι δασεῖαι, ὑγραὶ, ἀργιλώδεες. φαντασίαι δὲ ἐπ᾽ αὐτέοισι ὡς *διεκθέοντος ὑγροῦ. πόνος τῆς κοιλίης βαρὺς ὁκοῖον νύγμα, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. ἰσχνὸς δὲ καὶ ἄτροφος ἄνθρωπος, ὠχρὸς, ἀδρανής. οὐδέν τι πρῆξαι τῶν συνήθων εὔτονος. ἀλλὰ κἢν βαδίζῃ, λύεται τὰ μέλεα, φλέβες κροτάφων ἐπηρμέναι. ἀτροφίῃ γὰρ, κοιλοκρόταφοι. ἐπίφλεβοι δὲ καὶ παντὶ τῷ σώματι. οὐ γὰρ οὐ πέσσει μοῦνον ἡ νοῦσος, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐς τὸν ὄγκον ἀναδιδοῖ. δοκέει γάρ μοι οὐ τῆς πέψιος μοῦνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναφορῆς τὸ πάθος ἔμμεναι. ἢν δὲ καὶ ἐπ᾽ αὐξήσει ἡ νοῦσος γίγνηται, ἄγει καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ παντὸς εἰς τὴν κοιλίην πάλιν, εὖτε ἤδε ἡ τηκεδὼν τῆς ἕξιος. αὐαλέοι δὲ τὸ στόμα, ἄνικμοι

* διεκθέοντα.

K δὲ τὴν

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

διὲ τὴν ἐπιτολὴν, ἀνίδρωτες, κοιλίη ἄλλοτε πυριφλεγὴς ὡς *ἀπ' ἀνθρακος. ἄλλοτε δὲ ὡς ἀπὸ κρυστάλλου ψυχροσάγδης. ὁκότε δὲ καὶ αἵματι τίσι ἐσχάτοισι ἐν *σκυβάλοισι ἐπιρρέει ξανθὸν, ἀκρεῖον, ἀμιγὲς, ὡς δοκέειν φλεβὸς στόμιον ἀνεῶχθαι. ἀνεσθίει γὰρ τὸ δριμὺ τὰς φλέβας. μήκιστον καὶ δυσαλθὲς κακόν. καὶ γὰρ ἢν δοκέῃ πεπαῦσθαι ἄνευ φανερῆς προφάσιος, παλινδρομέει ἐσαῦθις, ἢν ἤδη καὶ ἐπὶ σμικρῇ ἁμαρτωλῇ, παλίνορσος ἥκει. ἐς περίοδον γοῦν ἥδε φοιτῇ. γέρουσι ξύνηθες τὸ κακὸν, καὶ γυναιξὶ μᾶλλον ἢ ἀνδράσι. παιδίοισι δὲ διάρροια μὲν ξυνεχὴς, ἐφημέρῳ ἀκρασίῃ τροφῆς. ἀλλ' οὐ κοιλίης κύτει ἡ νοῦσος. τίκτει δὲ θέρος τῶν ἄλλων ὡρέων μᾶλλον. μετόπωρον δεύτερον, χειμὼν δὲ ὁ ψυχρότατος, ἢν ἄγχου σβέσει τὸ θερμὸν ἥκῃ ἐπὶ χρονίῃ δὲ νούσῳ, καὶ ἤδε, καὶ δυσεντερίη, καὶ λειεντερίη τίκτεται. ἀλλὰ καὶ χανδὸν ψυχροποσίη κοτὲ ξυνέστησε τὴν νοῦσον.

*ὑπ'

*κυμβάλοισι.

ſqualida, nihil ſudant: uentriculus nonnunquam ut ab ardenti carbone peruritur, aliàs tanquam à cryſtallo conglaciatur. Interdum uerò ſanguis in extremo uitæ diſcrimine conſtitutis in dejectionibus flauus defluxit, purus, non permixtus: ut uenæ oſtiolum patefactum eſſe uideatur. Acredo nanque uenas exedit. Longiſſimum & difficulter curabile uitium eſt. Etenim ſi abſque manifeſta cauſa deſiiſſe uidetur; iterum inuadit, ubi & ex leui errore jam denuò ſuboritur. Per circuitum igitur morbus iſte reuertitur. Senibus hoc malum familiare eſt, & mulieribus magis quàm uiris. Pueris autem uentris effluuium aſſiduum eſt, ob quotidianam cibi intemperantiam, ſed non uentriculi debilitate morbus aduenit. Ex anni temporibus æſtas hoc malum ſæpius affert, ſecundo autumnus: deinde hyems frigidiſſima, ſi proximè ad extinctionem calor deueniat. Diuturnum quoque morbum & affectus iſte, & difficultas, & læuitas inteſtinorum conſequuntur. Verum & largiſſimus frigidæ potus interdum hanc labem progenuit.

ΠΕΡΙ ΚΩΛΙΚΩΝ.

Κεφάλ. η.

Κωλικοὶ δὴ κλείνονται εἰλεῷ καὶ στρόφῳ ὀξέως. πάνυ μὲν οὖν αἴτια μυρία ἴσχει τῆς διαθέσιος. σημήϊα, βάρος μὲν ἐπ' ἀσιτίῃ, ἐνθάδε τὸ πάθος. μάλιστα δὲ κραίνει, ὄκνος πουλὺς, νωθέες, ἀπόσιτοι, ἰσχνοὶ, ἄγρυπνοι, οἰδαλέοι πρόσωπα. κἢν μὲν πρὸς τῷ σπληνὶ νοσέῃ κῶλον, μελάγχλωροι. λευκόχλωροι δὲ, ὁκόσοι πρὸς ἥπατι, ξυμπαθείῃ τῶν ἄγχιστα σπλάγχνων. ἢν δὲ προσαιρέωνται τροφὴν καὶ ἐπὶ σμικρῇ καὶ

*ὅλη.

DE COLICIS, ID EST, inteſtini plenioris morbo laborantibus.

Caput VIII.

COlici ſanè uoluulo & ſtropho, id eſt, torminibus celeriter necantur, longè plurimæ ſunt hujuſce morbi cauſæ. Signa uerò hæc ſunt, grauitas in *jeiunio, (quando quis ſe à cibis abſtinet)* ubi affectus maximè urget: pigritia multa adeſt, tardi ſunt, cibos refugiunt, graciles, uigiles, facie tumidi. Quod ſi propè ſplenem ægrotet colon, id eſt, laxius inteſtinum colorē habent nigrū cum uiridi mixtum: albū uerò cum uiridi, ſi propè jecur. Ab his enim proximis uiſceribus malū cōmunicatur. Sin autem cibū acceperint, quantumuis paucū &

flatu

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

flatu uacantem, mirum in modum tum inflantur, & difflandi quidem cupiditas eos inceſſit, ſed inferius exitus intercluditur: ſuperius uerò ructus uiolenter tentati neq; ipſi finē aſſequuntur. Si qua uerò parte flatus ui erūpunt, uiroſi planè odoris ſunt ſurſum petentes, & acidos ructus excitātes. Renes & ueſica in partē hujus doloris adducuntur: & urina cohibetur. Iſtis alia pro alijs accedūt. Miraculū autē his majus eſt, quòd in teſtes & cremaſteras, id eſt, ſuſpenſores inopinatus dolor inuadit. Nō paucis medicorū hæc morbi communicatio in occulto eſt: ſiquidem nonnunquam & ſuſpenſores execeuunt, propriam morbi cauſam eos continere opinati. Quocirca & his pro alijs alia fiunt. Ab hoc quoque uitio alia prodeunt, abſceſſus, & ulcera non mitia, aqua intercus, & phthiſis, morbi inſanabiles. Nam à frigore & craſſis humoribus, & longè glutinoſa pituita propoſiti inteſtini *morbus* exoritur. Quin etiā & ætate, & tempore, & regione frigida, & aſpera hyeme prouenit.

ἀφύσῳ κάρτα φυσώδεες, καὶ προθυμίη μὲν ἐς διαπνοήν, * ἀδιέξοδοι δὲ φῦσαι, ἐρυγαί τε * ἄνω βιώμεναι, ἀτὰρ καὶ αἵδε ἀτελέες. ἢν δέ πη περήσῃ βίῃ, φῦσαι βρομώδεες μὲν αἱ ἄνω, καὶ ὀξυερευγμώδεες. νεφρὸς καὶ κύστις ξυμπαθέα πόνῳ, καὶ ἰσχουρίη, τελέουσι ἄλλα ἀντ' ἄλλων. θῶυμα δὲ τουτέων μέζον, ἐς ὄρχιας καὶ κρεμαστῆρας ἀδόκητον ἄλγος ἐπιφοιτῇ. πολλοὺς τῶν ἰητρῶν ἥδε ἡ ξυμπαθείη λήθει. καὶ γὰρ καὶ ἐξέταμόν κοτε τοὺς κρεμαστῆρας, ὡς ἰδίην ἔχοντας αἰτίην. ἀλλὰ γὰρ καὶ τελέουσι * ἀντ' ἄλλων ἄλλα. γίγνονται δὲ καὶ ἀπότοκοι τοῦδε νοῦσοι, ἀποστάσιες μὲν καὶ ἕλκεα οὐκ εὐήθεα. ὕδεροι δὲ καὶ φθίσιες, ἀναλθέα. ἐπὶ γὰρ ψύξει καὶ χυμοῖσι παχέσι καὶ φλέγμασι πολλῷ κολλώδεσι ξυνίσταται ἡ νοῦσος. ἀτὰρ καὶ ἡλικίῃ καὶ * ὥρῃ ψυχρῇ ἐπιφοιτῇ, χώρῃ, καὶ χείματι καρτερῷ.

* ἀδιεξ. * ἄνω μενεθύμαι. * ἄλλα ἀντ' ἄλλων. * ὥρῃ.

DE DYSENTERIA, ID eſt, difficultate inteſtinorum.

Caput IX.

SVperiora inteſtina ad cæcum uſque tenuia & bilioſa ſunt: atque inde Græce Cholades nominantur, poſthæc inferiora uſque ad inteſtini recti initium craſſa & carnoſa ſunt. In omnibus ulcera fiunt. Dyſenteria uerò eſt horum ulcerum ſpecies: iccirco & uarij exiſtunt morbi. Aliqua etenim ſuperficie tenus inteſtina radunt, excoriationem tantum facientia, & innoxia ſunt: ſed longè innocentiora, ſi in inferioribus inteſtinis conſiſtant: alia paulò etiam profundiora ulcera. Verum neque hæc immitia ſunt. Alia profunda non uno loco manentia, ſed exedentia

ΠΕΡΙ ΔΥΣΕΝΤΕΡΙΗΣ,

Κεφάλ. θ.

Ἐντέρων τὰ μὲν ἄνω λεπτὰ καὶ χολώδεα μέσφι τοῦ τυφλοῦ, * χολάδες ἐπίκλην. ἀπὸ δὲ τοῦ τελέων τὰ κάτω παχέα καὶ σαρκώδεα μέσφι τῆς ἀρχῆς τοῦ εὐθέος ἐντέρου. ἐγγίγνεται οὖν ἐν ἅπασι ἕλκεα. δυσεντερίη δὲ τῶνδε τῶν ἑλκέων αἱ ἰδέαι. διὰ τόδε ποικίλαι ἔασι αἱ νοῦσοι. τὰ μὲν γὰρ ἐπιπολῆς ξέει ἔντερα, ἀναδορὴν μούνην ποιεύμενα, καὶ ἔστιν ἀσινέα. ἀτὰρ δὲ ἀσινέστερα πολλὸν, ἢν (τὰ) κάτω ᾖ τὰ πάθη. ἄλλη δὲ εἰς μικρῷ μὲν ἐπὶ βαθύτερα τὰ ἕλκεα, οὐκ εὐήθεα δὲ καὶ τάδε. ἄλλα βαθέα καὶ οὐχ ἱστάμενα, ἀλλ' ἐσθιόμενα,

χολάδες.

ἀδενώδεα, ἕρπον. τὰ καὶ ἐπισφακελίζοντα, θανατώδεα. ἀτὰρ καὶ φλεβία ἐπὶ τῇσι νομῇσι γίγνονται *περίβρωτα, ἔν τε τοῖσι ἕλκεσι καὶ στάξιες αἱμορραγίας τὸ μέζον. ἄλλο εἶδος ἑλκέων, ὀχθώδεα, τρηχέα, ἀνώμαλα, τυλαίνια, ὡς ἐν ξύλῳ ὄζον εἴπομεν. *δυσαχθέα τάδε. οὔτε γὰρ ὠτειλὴν ῥηϊδίως ἴσχει. ῥηΐτερόν τε (γὰρ) λύονται. αἰτίαι δὲ δυσεντερίης μυρίαι, ἐπίκαιροι δὲ, ἀπεψίαι, ψύξιες συνεχέες, δριμέων πρόσαρσις, μυττωτοῦ κρομμύου αὐτοῦ, *σκορόδου, κρεῶν παλαιῶν δριμέων ἐδωδή. ἐφ' οἷσι ἀπεψίη, ὑγρὸν ἄηθες, κυκεὼν, ἢ *ῥυτέων πόμα, ἢ *οἷα κατὰ χώρην ἑκάστην ἀντὶ οἴνου γίγνεται δίψεος ἄκεα. ἀτὰρ καὶ πληγὴ, καὶ ψύξις, καὶ ψυχροποσίη, τίκτουσι ἕλκεα. αἱ δὲ ἐκκρίσιες καὶ τὰ ξυνεόντα τοῖσι ἕλκεσι ἕτερα καὶ ἕτερα, ἐπ' ἄλλοισι καὶ ἄλλοισι. ἢν μὲν γὰρ ἐπιπολῆς ἔῃ, ἄνωθεν μὲν λεπτὰ, χολώδεα, ἄνοσμα, πλὴν ὁκόσον ἀπ' *ἐντέρων. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ νήστιος, κατακορέα μᾶλλον, κροκοειδέα, κακώδεα. τὰ δὲ, καὶ ξὺν τῇ τροφῇ λελυμένη μὲν ἀλλὰ τρηχείη. ἄλλοτε κακοδμόν ἐστι, τὰ δὲ ἕλκεα σηπεδών. ἄλλοτε δὲ ἴσχει, ὡς ἀπὸ σκυβάλων μοῦνον ἡ ὀσμή. ἀπὸ δὲ τῶν κάτω ἐπὶ τοῖσι ἕλκεσι, ὑδατώδεα, λεπτὰ, ἄνοσμα. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον βαθέα, ἰχωροειδέα, ὑπέρυθρα, οἰνώδεα. ἢ ὅκως κρεῶν πλύμα. ἄλλοτε μὲν ἰδίῃ τάδε, ἄλλοτε δὲ ξὺν τοῖσι κοπρίοισι. καὶ τάδε ὑγρὰ λελυμένα τῷ περιρρόῳ, ἄχολα, ἄνοσμα. ἢ ξυνεστῶτα ξηρὰ ἐξίασι, ὀλισθηρὰ τῷ περιρρόῳ. ἢν δὲ μέζω καὶ λειότερα ἦ τὰ ἕλκεα, ἐπὶ μὲν τοῖσι ἄνω, χολώδεα, καὶ ἀφ' ὧν καὶ δι' ὧν ἐρ-

περίβρωμα. δυσαλθέα. σκόροδα. χυτέων. οἷον. ἐντέρων.

glanduloſa, ſerpentia, & ſphacelū inferentia, mortifera ſunt. Venulæ quoq; in hiſce ulcerū paſſionibus circūroſæ apparēt: & in his ulceribus ſtillationes ſanguinis largiores cernuntur. Alia eſt ſpecies ulcerum, quæ oris tumentibus aſpera ſunt, inæqualia, calloſa, ut in ligno Gemam dicimus, id genus ulcera uixmedicabilia ſunt: neque enim cicatricem facilè contrahunt, & facilius aperiuntur. Dyſenteriæ cauſæ plurimæ ſunt; principes autem cruditates, rēfrigerationes aſſiduæ, acrium ciborum aſſumtio, obſonij, quod Græci Myttoton uocant, Latini Moretum dicerent: cæpæ ipſius, allij, carnium uetuſtarum, acrium eſus: à quibus poſtea cruditas ſuperuenit. Super hæc humidū aliquod inuſitatū, ut mixtura illa, quæ Cyceon Græcè dicitur: aut potio Ryteon appellata: *potius bryteon, ut in lib. 1. c. 9. quæ potio ex uinaceis conficitur.* aut qualia in ſingulis regionibus loco uini fiunt contra ſitim remedia. Plaga præterea, & refrigeratio, & frigidæ potus inteſtina exulcerant. Excrementa uerò, & quæ cum ulceribus ſunt, alia atq; alia in alijs atq; alijs reperiuntur. Nā ſi in ſuperficie ſint; ex ſuperioribus quidem tenuia, biliosa, inodora, præter eum, qui ab inteſtinis fit, odorem: jejuni autem inteſtini excrementa puriora, crocea, mali odoris. Aliqua uerò & cum alimento liquato quidem, ſed aſpero exeunt. At modo grauis odor ab ulcerum putredine fit, modo ut à ſolo ſtercore prouenit. Ab inferiorum autem inteſtinorum ulceribus aquoſa, tenuia, ſine odore feruntur. Sin profundiora ulcera ſint, ſanioſa effluunt, ſubrubida, uinoſa, aut inſtar aquæ, in qua caro lota ſit: & hæc modo ſola, modo cum ſtercore, hocque liquidum eſt circumfuſo humore diſſolutum, non infectum bile, inodorum: aut compactum, ſiccumque, ſed ob humorem circum fluentem lubricum deijcitur. Cæterum ſi majora, leuioraque ulcera ſint, & in ſuperioribus inteſtinis: eorum ratione, à quibus, & per quæ tranſeunt,

ſeunt, biliosa effunduntur. Sedē enim uellicant. Nam bilis acris eſt, eoque magis ſi ab ulceribus effluat. Bilis uerò & inſtar unguinis pinguis eſt: ex profundioribus autē ulceribus, ſed inferioribus cruenta manant, craſſa, pituitoſa, carnoſa, non ualde pinguia, ramentoſa: utpote quæ ab inteſtinis abſtrahantur. Quin etiam & integræ inteſtinorum partes commixtæ ſunt. Excernuntur quoque & albida, craſſa, mucoſa, adipis conciſæ ſimilia, humore circumfuſa. Hæc utique à recto oblongo inteſtino feruntur. Nonnunquam ſanè mucoſa tantum, uellicantia, parua, teretia, mordaciaque egeruntur, crebro ſurgere cogētia, & deijciendi cupiditatem cum uoluptate afferentia, ſed quæ deijciuntur ualdè pauca ſunt. Teneſmus huic uitio nomen eſt. A cæco autem carnes longe rubicundæ, & grandes excernuntur, circumſcriptionem multo majorem habentes: in ipſo enim *profunda* fiunt ulcera, cruor etiam craſſus, fæculentuſque emanat: & hæc omnia multo quàm ante dicta fœdius olent. Cæterum poſtquam ſerpunt, & exedunt ulcera, & nullo remedio ullo in loco coërceri poſſunt, à ſuperioribus quidē non ſolum exquiſitè biliosa, ſed & crocina, ſpumea fæcem uini referentia, & nigra, iſatidis, & porri ſuccum repræſentantia, antedictis craſſiora: atque inſtar putredinis graueolentia deijciuntur. Alimentum nunc minus concoctum eſt, ſolum ut à dentibus uoracius contritum. At ſi inferiora inteſtina ulceribus erodentur, guttæ cruoris atræ, craſſa, carnoſa, rubida, grumoſa, nonnunquam nigra, multis modis uariantia, olida, non ferenda per ſedem expelluntur: humiditatumque exitus inuoluntarij fiunt. Nonnunquam oblongum quiddam in pluribus non diſcretum, inſtar ſani inteſtini deijcitur: & ignaris rei ſuſpicionem præbuit inteſtini. At negotium ita ſe habet, inteſtinorum

χέεται. καὶ γὰρ τὴν ἕδρην δάκνει. δριμεῖα γὰρ ἡ χολὴ, καὶ ἐπὶ μᾶλλον ἦν ἀφ' ἕλκεος. καὶ ἡ χολὴ δὲ πίων ὅκως λίπας. ἐπὶ δὲ τοῖσι βαθυτέροις τοῖσι κάτω, αἱμάλωψ παχὺς σὺν φλέγματι, σαρκοειδέα, οὐ κάρτα πίονα, ξυσματώδεα ὡς ἀπ' ἐντέρων *εἶται. ἄταρ καὶ ὅλα συμμέμικται μέλεα. φέρεται λευκὰ, παχέα, μυξώδεα, στέατι ξυγκοπέντι ἴκελα ξὺν τῷ περιρρόῳ. τάδε μέν τοι ἀπὸ τοῦ εὐθέος τοῦ παραμήκεος ἐντέρου. ἄλλοτε δὲ μυξώδεα μοῦνον, ὀδαξώδεα, σμικρὰ, στρογγύλα, δακνώδεα ἐξαναστάσιας πυκνιὰς, καὶ προθυμίην ξὺν ἡδονῇ πεύμενα, ἐκκρίσιας δὲ κάρτα σμικράς. *τεινασμὸς τοῦδε ἡ ἐπίκλησις. ἀπὸ δὲ τοῦ *κωφοῦ φέρονται καὶ σάρκες ἐξέρυθροι καὶ μεγάλαι, περιγραφὴν πολλὸν μέζονα ἔχουσαι. βαθέα γίγνεται τὰ ἕλκεα, καὶ αἷμα παχὺ, τρυγῶδες. τάδε κάκοδμα τῶν πρόσθεν μᾶλλον. ἐπὴν δὲ ἕρπῃ καὶ ἐσθίῃ τὰ ἕλκεα, καὶ ἴσχηται μηδαμὰ ἐπὶ μηδὲν, ἄνωθεν μὲν πρὸς τοῖσι χολώδεσι τοῖσι κατακορέσι, κροκώδεα, καὶ ἔπαφρα, τρυγίζοντα, καὶ μέλανα, ἰσατώδεα, πρασοειδέα, παχύτερα τῶν πρόσθεν, κακώδεα, ὅκως ἡ σηπεδὼν διαχωρέει. τροφὴ νῦν ἀπεπτοτέρη, ὡς ὑπὸ ὀδόντων λάβρων τετριμμένη μοῦνον. ἢν δὲ τὰ κάτω ἀνεσθίηται, αἱμάλωπες μέλανες, παχέα, σαρκοειδέα, ἐξέρυθρα, *θρουβώδεα, ἄλλοτε μὲν μέλανα, *παντοίως ποικίλα, κάκοδμα, οὐ φορητὰ, ἀφέσιες τῶν ὑγρῶν ἀβούλητοι. ἀπελύθη κοτὲ καὶ εὐμήκες ἄκριτον κατὰ *πλεῦνα, ὅκως ὑγιὲς τὸ ἔντερον, καὶ δέος παρέσχεν ἀμφὶ *ἔντερον τοῖσι ἀγνοοῦσι τοῦ πρήγματος. τὸ δὲ ἐστι τιόνδε τῶν ἐντέρων ὅκως

* εἶναι.
πυκινὰς
* τεινεσμός
* κούφου.
* μηδέν.
θρομβώδεα
παντοίως
πλεύμονα.
* Ισ. ἀμφὶ ἐντέρου τοῖσι ἀγνοοῦσι τὸ πρῆγμα.

τῆς κοιλίης χιτῶνες ἔασι *δοιοί. ἀτὰρ καὶ ἀλλήλοισι ἐπιβάλλουσι οἵδε λοξοί. ἢν οὖν ἡ διπλόη λυθῇ, ὁ μὲν ἔνδον χιτὼν ἀποστὰς ἐς μῆκος, ἔξω χωρέει. ὁ δὲ ἐκτὸς, μίμνει μοῦνος, καὶ σαρκοῦται καὶ ἐπουλοῦται, καὶ ἀλθαίνονται, καὶ ζώουσι ἀσινέες. πάσχει δὲ τὸ κάτω μοῦνον, αἰτίη δὲ τῶν χιτώνων τὸ σαρκοειδές. ἢν δὲ αἷμα ἀπό του ἀγγείου φέρηται ξανθὸν, ἢ μέλαν, καθαρὸν ῥέει, ἀμιγὲς τροφῆς, ἢ σκυβάλων ἄτερ. εἰ δὲ ἐπίπαγος ἐπιπελάννυται πλαδέεσι ἀραχνίοισι ἴκελος. θρομβοῦται †ἢν ψυχθῇ. οὐ δὲ γὰρ ἡ πίστις αἵματος ἔκκρισις. τῷ δὲ ῥοίζῳ πολλῷ ξὺν πνεύματι μέζον τοῦ προεστάσιος ἡ φαντασίη τῆς ἐκκρίσιος. γίγνεται δέ κοτε καὶ ἐν κώλῳ πύου ἀπόστασις, οὐδέν τι τῶν ἄλλων τῶν ἔνδον ἑλκέων, ξυνοπρεπεστέρη καὶ γὰρ τὰ σημήϊα καὶ τὸ πῦον καὶ ἄλθεξις τῶν ἑλκέων, ἡ αὐτή. ἢν δὲ *ἐκκρίσιες σκληραὶ τῶν σαρκοειδέων ἔωσι τετριμμέναι τρηχέσι σώμασι ἴκελαι, ἡ ἀπόστασις οὐ τοῦ εὐήθεος τρόπου. ῥέει δέ κοτε πολλὸν ἀπὸ τοῦ κώλου ὕδωρ, δυσεντεριώδεα τρόπον. ὕδρωπος τόδε μυρίους ἐρρύσατο. τὰ μὲν ἕλκεα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὰ ἐν τοῖσι ἐντέροισι, τοιάδε. ἀτὰρ ἥδε καὶ ἡ τῶν δὲ ἰδέη, καὶ αἱ ἀπὸ τῶνδε ἐκκρίσιες, ὁκόσας ἔλεξα. φράζω δὲ καὶ τὰ ξυνεόντα ἑκάστοισι τῶν νοσευόντων, ἤντε εὐήθεα, ἤντε σιναρὰ ᾖ τὰ ἕλκεα. ἀθρόον μὲν οὖν εἰρήσθω, ἢν ἐπιπολῆς ἀναδορὴ, ἤντε ἄνω, ἤντε κάτω ἔῃ, ἄπυροι, ἄπονοι, ὀρθοστάδην ὑγιαζόμενοι, σμικρῇσι τῇσι διαίτῃσι ἑτεροίως. ἢν δὲ ἕλκος ἐγγένηται, ἐπὶ μὲν τοῖσι ἄνω, στρόφος δακνώδης, δριμὺς, ὡς ἀπὸ χολῆς θερμῆς σμικρῆς, ἔμπυοι ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε τὸ δὲ πλέον, ἔμπυον.

† γάρ.
* ὀκκρίσιες.

tunicæ perinde ac uentriculi geminæ ſunt, & altera alteri oblique ſuper iniecta eſt. Igitur cùm earum connexio diſſoluitur, interior tunica ſecundum longitudinem abſiſtens foras egreditur: exterior ſola intus remanet, & carnoſa efficitur, & cicatrice ſolidatur: ſaneſcuntque homines & noxa ſoluti uiuunt. Id uerò inferius inteſtinum ſolum patitur. In cauſa eſt tunicarum carnoſa ſubſtantia. Quòd ſi ex quopiam uaſculo cruor emanet flauus, aut niger; purus, non cum cibo aut ſtercore mixtus effunditur: uerum concretum quiddam latis araneolis ſimile extenditur. In grumum enim, cùm refrixit, obduratur: neque ſanguinem excretum eſſe crediderìs. Ob ſonum autem multum cum ſpiritu major quàm pro effectu, excretionis eſt apparentia. Interdum & in pleniore inteſtino purulentus abſceſſus efficitur, nulla nouitate ab alijs internis ulceribus differens. Etenim ſigna, & pus, & ulcerum medicatio penitus eadem ſunt. Si res duræ, carnoſæ contritis aſperisque corporibus ſimiles excernantur: abſceſſus non benigni moris ſignificatur. Nonnunquam ex laxo inteſtino aqua multa dyſenteriæ modo profluit, idque plurimos ab hydropico morbo liberauit. Vlcera quidem inteſtinorum (ut paucis dixerim) hujuſmodi ſunt. Cæterum & ipſorum formæ, & ab ipſis purgamenta tot ſunt, quot ſupra comprehendimus. Quæ ſingulis quoque ægrotantibus accidunt, explicabimus: ſeu placida, ſeu noxia ulcera ſint. Itaque collectim dictum eſto. Si exulceratio ſuperficietenus fuerit ſiue ſupra, ſiue infra: febrem non habent, nec dolorem: ac ſine decubitu tenui uictus ratione diuerſis modis ſaneſcunt. Sin ulcus altius deſcenderit, in ſuperioribus quidem mordacia tormina & acria ſunt tanquam à pauca calida bile. Alijs, atq; alijs temporibus ſuppurant inteſtina: plerunque uerò ſuppurant, aut

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

aut coctiones dimidiatæ ſunt, cibos tamen non horrent. Si inferiora ulcerata ſint, longe ſuperioribus ſunt ſalubriora. Hæc enim humiliora inteſtina multo carnoſiora ſunt alijs. Sin caua & depaſcentia ulcera in ſuperioribus graſſentur: febres acutæ concitantur, non emicantes, in uiſceribus demerſæ: extrema refrigerantur: cibus faſtiditur: uigilia adeſt: ructus malè olent: nauſeabundi ſunt: bilis uomitus, uertigo. Cumque multa expelluntur (ea uerò bilioſiora ſunt) tormina, atque alij dolores magis perſeuerant. His accedit uirium conſumtio, genuumque reſolutio: ardore æſtuant: ſitibundi ſunt & anxij: atra per nauſeam reijciūt: lingua eſt arida: pulſus puſilli, debiles: atque his germana ſunt, quotquot, de pernicioſis ulceribus mortifera expoſui. Oris etiam uentriculi dolore uſque ad animi deliquium torquentur. Quidam uerò neque ex eo deliquio in priſtinum reſtituti ſunt, ſed in tali affectu uitam finierunt, hujuſmodi calamitates & inferiorum inteſtinorum corroſionibus communes ſunt, ſi depaſcantur ulcera, neque eorum depaſtionem compeſcere ualemus, præterquàm quòd tormina doloreſque ſub umbilico inferius, ubi ulcera ſunt, percipiuntur. Formæ autem excrementorum tales ſunt, quales ſupra poſuimus. Verùm ſi inter initia parua ulcera ſint, in longumque tempus depaſtio producatur: alia alijs ulcera ſuperueniunt, aliquibus miteſcentibus, aliquibus in ſummum excreſcentibus. Quales enim ſunt in mari fluctus, talis eſt in ulceribus tempeſtas. Cæterum ſi quando natura reſiſtere potens fuerit, ſimulque & Medicus ſubuenerit, depaſcentia compeſcitur, mortiſque timor remouetur: inteſtina tamen dura, tumida, cicatricoſaque remanent, & non niſi longo poſt tempore

ἢ πέψιες ἡμιτελέες, οὐκ ἀπόσιτοι. ἢν δὲ
τοῖσι κάτω ἕλκεα γένηται, πολλόν τι ἀ-
σινέστερα τῶν ἄνω. καὶ γὰρ τὰ ἔντερα πολ-
λόν τι μᾶλλον τῶν ἄλλων σαρκοειδέα.
ἢν δὲ κοῖλα καὶ ἀνεσθίοντα ἐς τὰ ἄνω γέ-
νηται, πυρετοὶ ὀξέες, ἀλαμπέες, ἐν τοῖσι
σπλάγχνοισι ὑποβρύχιοι, περίψυ-
ξις, ἀποσιτίη, ἀγρυπνίη. ἐρυγαὶ κα-
κώδεες, ναυτίη. χολῆς ἔμετοι, σκοτοδί-
νη. ἢν δὲ πολλὴ μὲν ἡ φορὴ, χολωδε-
στέρων δὲ γίγνηται. ἐπίμονοι στρόφοι, καὶ
ἄλλοι πόνοι μᾶλλον. ποτὶ καὶ ἐκλύσι-
ες δυνάμιος, ὑπολύσιες γουνάτων,
καυσώδεες, διψαλέοι, ἀσώδεες,
ναυτίη μελαινῶν, γλῶσσα ξηρὴ,
σφυγμοὶ μικροὶ ἄτονοι. *τουτέων κ τούτων.
ἀδελφὰ, ὁκόσα ἐπὶ τοῖσι κακοειδέσι
ἕλκεσι ἔλεξα τὰ θανατώδεα, καρδι-
ώσσουσι μέσφι λειποθυμίης. μετεξέ-
τεροι δὲ, οὐδὲ ἐς ἀνάκλησιν ἐπαλινδρό-
μησαν. ἀλλ' οὕτως ἐξέθανον. τάδε τὰ
δεινὰ ξυνὰ καὶ τῇσι ἀπὸ τῶν κάτω ἐν-
τέρων διαβρώσεσι. ἢν νέμηται μὲν τὰ
ἕλκεα, ἄσχετος δὲ ἡ φορή. πλὴν ὁκόσον
οἱ στρόφοι καὶ οἱ πόνοι ὑπὸ τὸν *ὀμφα- κὀμφαλόεν.
λὸν κάτω, ἔνθα τὰ ἕλκεα. ἰδέαι δὲ αἵ-
δε τῶν ἐκκρίσεων, ὁκοίας ἔλεξα. ἢν
δὲ ἐπὶ τοῖσι πρώτοισι μικρὰ ᾖ, *ἀνα-
κωχὴ δὲ εἰς μακρὸν *ἢ νομῆς, ἄλλα ἢ νομή.
ἐπ' ἄλλοισι ἕλκεα γίγνεται, τῶν μὲν
πρηυνομένων, ἄλλων δὲ κορυφουμένων,
ὅκως ἐν θαλάσσῃ κύματα. τοιόνδε τὸ
τῶν ἑλκέων χῦμα. ἢν δέ ποτε
ἐπαρκέσῃ μὲν ἡ φύσις, συνασ-
κήσῃ δὲ καὶ ὁ ἰητρὸς, πέπαυται
μὲν ἡ νομὴ, καὶ *θάνατον οὐκ ὀρρω- θάνατος.
δέει. σκληρὰ δὲ καὶ ὀχθώδεα μίμ-
νει τὰ ἔντερα, καὶ *τῶνδε ἐς μακρὸν ὧν.
ἡ ἀλθε-

ἡ ἄλθεξις. αἱμορραγίη δὲ ἀπ' ἑλκέων, ἢν μὲν μεγάλης φλεβὸς ἢ *ἀρτηρίης ἔῃ, ὠκὺς ὁ θάνατος. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὴν χεῖρα δυνατὸν ἔσω *ἐσμάσασθαι, καὶ τοῦ ἄλγεος θίγειν, ἢ φάρμακον αὐτῷ τῷ ἕλκεϊ προσβάλλειν, καὶ τινὶ καὶ εἰ ἐπίσχοιτο ἡ αἱμορραγίη φαρμάκῳ, οὐκ ἀτρεκὴς τοῦ θανάτου ἡ φυγή. μετεξετέροισι γὰρ μεγάλης ἐσχάρης ἔκπτωσις, τῆς φλεβὸς τὸ στόμιον ἐς μέζον εὐρύνει, εὖτε καὶ θρόμβοι ἔνδον ἐγγίγνονται καὶ μίμνουσι ἔσω, ἄφυκτος ἡ νοῦσος. χρὴ οὖν ἀρχομένῃσι αἱμορραγίῃσι ἀρήγειν. δήλη δὲ ὡς ἐπίπαν γίγνεται μέλλουσα, εἰ καὶ μὴ πάμπαν εὔσημος. *ἄση ξύνεσι, ἀπορίη, βάρος τοῦ τόπου, ἔνθα ῥήσσεται, ἐρύθημα τοῦ προσώπου, ἢν μηδέκω ῥαγῇ. κἢν μὲν ἡ φλὲψ νεορραγὴς ἔῃ, ὡς ἐπίπαν μαλθάσσεται πάμπαν. ἢν δὲ πρόσω τοῦ χρόνου, χαλεπώτερον καὶ βραδύτερον. τοιάδε μὲν τὰ ἐντέροις ἕλκεα. γίγνεται δὲ θέρεος *ὥρη, δεύτερον φθινοπώρου, *ἧσσον ἦρος, ἥκιστα χειμῶνος. καὶ διάρροιαι μὲν παιδίοισι καὶ μειρακίοισι. δυσεντερίη δὲ ἀκμάζουσι καὶ νέοισι. γῆρας δὲ δυσαλθὲς καὶ ἐς ὠτειλὴν χρόνιον. τὰ δὲ ἀνεσθιόμενα γέρουσι, ἀήθεα. ἀτὰρ καὶ αἱμορραγίη ξύμφωνος γήρᾳ.

*ἀρτηρίη. *ἐσμάσασθαι. *ἴασῃ. *ὥρης. *ἧσσον.

ſaneſcunt. Verum enimuero cum ab inteſtinis cruor erumpit, ſi ex magna uena aut arteria exeat, matura mors aduenit: neque enim aut manum intromittere, doloremque attingere, aut medicamentum ipſi ulceri adhibere poſſumus. Quin etiam ſi medicamento ſanguinis profluuium coërcetur, non propterea tuta eſt, ac uera mortis euaſio: quandoquidem nonnullis magna cruſta (Eſcharam Græci uocant) decidens, uenæ oſtiolum patentius efficit. Vbi uerò & grumi intus concreſcunt, intusque remanent, ineuitabilis morbus eſt. Incipientibus igitur ſanguinis eruptionibus ſuccurrere oportet. Plerunque autem cum futuræ ſunt, licet non admodum claris ſignis, tamen ſeſe indicant. Anxietas enim adeſt, & animi ambiguitas: grauitas ea in parte eſt, quæ rumpitur: & facies rubet, ſi nondum ruptura facta eſt. Sin autem uena proximè reſciſſa eſt, plurimum uenter mollitur omnino: ſi ſatis temporis præterijt, difficilius atque tardius ſoluitur. Hujusce qualitatis ſunt inteſtinorum ulcera. Præcipuè naſcuntur æſtatis tempore, ſecundò autumni, minus uere, minimè hyeme. Pueris quidem, & adoleſcentibus uentris profluuia contingunt: difficultas autem inteſtinorum uiris & juuenibus. Senecta uerò ægrè medicabilis eſt, & ad ducendam cicatricem longum tempus requirit. At ulcera exedentia ſenibus inuſitata, ſanguinis uerò profuſio ſenectæ eſt conueniens.

ΠΕΡΙ ΛΕΙΕΝΤΕΡΙΗΣ.

Κεφάλ. ι.

Ἢν ἐπὶ δυσεντερίῃσι καὶ ἕλκεσι πλατέσι καὶ κάρτα βαθέσι τῶν ἄνω ἐντέρων ὠτειλαὶ ἐγγίγνωνται πυκναί, *παχεῖαι, στερέμνιοι, τὰ σιτία ἐκ τῶνδε ἐς τὰ κάτω παχέες διεκθέει ὑγρά, ἀδιάκριτα τοῦ τροφίμου. τὸ γὰρ τῶν ἐντέρων ἀραιὸν δι' ὅπερ ἐς τὴν ἄνω

DE LÆVITATE inteſtinorum.

Caput X.

Si à torminibus, & ab latis, ualdeque profundis ſuperiorum inteſtinorum ulceribus cicatrices crebræ, craſſæ, ſolidæque contrahantur: ſtercora ex his deorſum liquida, ab alibili indiſcreta prolabuntur. Inteſtinorum enim raritas, per quam ſurſum uerſus alimonia

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

alimonia diſcurrit, à cicatrice interclvſa eſt. Homo igitur nutricationis inopia laborat: & pallor adeſt, & infirmitas. Affectus iſte qui ab cicatrice ſit. Lienteriæ cognomen accepit, ab inteſtinis ſc. quæ Græci Entera uocant: & nunc quidem à cicatricibus morbus exoritur. Aliàs uerò inteſtina cicatricis expertia ſunt, ſed conſuetudo & exercitatio inteſtina profluuium pati edocent. *Si enim quod in iſtis eſt calidum refrigeratum neque concoquat, neque ad diſtributionem incitetur, ſed præ imbecillitate retinere non poſſit, omni confectione alimentum diſtribuitur.* Quod ſi ex tempore, & non ſtabilis, ſed leuis momenti purgatio fiat, ſimplex à cibis uomitus morbum ſoluit. Sin autem aliquo tempore prorogetur, & in ſede firma iſtorum cauſa permaneat, nihil opis uomitus affert. Morbus quoque longus, & malus habitus, *quem quis ſe erigendo ac ſtando comparauit*, lienteriam peperit. Aqua intercus nonnunquam in hanc ægritudinem feliciter commutata eſt, in malum ſc. ex malo, ſed melior eſt ſucceſſio.

φορὴν ἡ τροφὴ ἀναΐσσει, ἀπέκλεισεν ἡ ὠτειλή. ἀτροφίη οὖν τὸν ἄνθρωπον ἴσχει καὶ ἀχροίη καὶ ἀτονίη, ἐπίκλησιν τὸ πάθος λειεντερίη ἴσχει. τὸ ἐπὶ τῇ ὕλῃ λέγω τῶν ἐντέρων τοὔνομα. καὶ νῦν μὲν ἐξ ἑλκέων ἐστὶ ἡ πάθη. ἄλλοτε δὲ ἔντερα μὲν ὠτειλὴν οὐκ ἴσχει*. ἔθος δὲ καὶ μελέτη *διαρρυεῖσα ἐκδιδάσκει† τὰ ἔντερα. τὸ γὰρ ἐν τουτέοισι θερμὸν ἐὸν καταψυχθὲν κοτὲ μήτε *καταπέσσῃ, μήτε ἐς τὴν ἀναφορὴν *ἀναΐσσῃ. ἄκρατον δὲ ὑπὸ ἀσθενίης ἔῃ, διαδιδρήσκει πᾶν ἔργον ἡ τροφή. ἀλλ' ἢν ἐν σχέδιος καὶ μὴ ἑδραίη γένηται ἡ κάθαρσις ἀλλὰ φαύλη, ἁπλοῦς ἔμετος ἀπὸ σιτίων ἔλυσε τὴν νοῦσον. ἢν (δὲ) πρὸς ὠκέι χρόνῳ καὶ ἐν ἕδρῃ ἵζῃ ἡ αἰτίη τουτέων, οὐδὲν ὠφελέει. τίκτει δὲ καὶ χρονίη νοῦσος καὶ ὀρθοστάδην καχεξίην. ἄταρ καὶ ὕδρωπες κοτὲ ἐς τόδε ἀπέσκηψαν εὐτυχῶς, ἐς κακὸν μὲν ἐκ κακοῦ, ἀλλὰ κρέσσων ἡ διαδοχή.

* ἴσχει.
† ἴσ. διαρρέειν.
* τούτῳ οἷσι θερμόν.
* καταπέσσον.
* ἀναΐσσον ἄκρατος.
ἄλλως καταπέσσειν.
* ἄλλως ἀναΐσσειν.

DE VTERI morbis.

Caput XI.

MVlieribus uterus ad purgationem & partum bonus eſt, ſed morborum infinitorum, malorumque aceruum congerit. Neque enim ulceribus tantum, & inflammationi, & fluori obnoxius eſt, uerum etiam ſi totus repentè ſurſum uerſus moueatur, celerem interitum affert. Alibi quidem ſcriptum eſt, qui nám ipſius morbi pernicioſi acuti ſint. Diuturni uerò hi: fluor duplex, duritia, ulcera aliqua innoxia, aliqua maligna, exitus totius aut partis. Fluor ſanè ruber, aut albus eſt, forma decla-

ΠΕΡΙ ΥΣΤΕΡΙΚΩΝ.

Κεφάλ. ια.

Τῇσι γυναιξὶ ὑστέρη, ἀγαθὴ μὲν ἐς κάθαρσιν καὶ τόκον. ξυμφορὴ δὲ νούσων μυρίων τε καὶ κακῶν. οὐ γὰρ ἑλκέων ἢ φλεγμασίης ἢ ῥοῦ μοῦνον, ἀλλὰ κἢν ἐξαπίνης ὅλη ἄνω κινέηται, ὠκέως κτείνει. γεγράφαται μὲν οὖν ἐν ἄλλοισι, ὁκοῖα τῶν ἀπ' αὐτέων ἦν ὀλέθρια ὀξέα. τὰ δὲ χρόνια ῥόος διπλόος, σκληρίη, ἕλκεα, τὰ μὲν ἀσινέα, τὰ δὲ κακοήθεα, πρόπτωσις ὅλης ἢ μέρεος. ῥόος μὲν οὖν ἔρυθρος ἢ λευκόχροος. ἰδέα

δηλοῖ. ἐρυθρὸς μὲν ἢν αἷμα ξανθόν, καὶ αἱ τοῦδε ἰδέαι ἢ πελιδνόν, ἢ μέλαν, καὶ λεπτὸν ἢ παχὺ καὶ πεπηγός, * οἷτε θρόμβοι, ἢ λευκὸς ὡς ὕδωρ, ἢ ὠχρόξανθος ὡς χολή. παχὺς δὲ ὅκως ὑπόλεπτος, ἢ λεπτὸς ἰχὼρ καὶ κακόδμος. λευκὸς δὲ ὡς πύον, ὁ δὲ ἀτρεκὴς, ὡς λευκὸς ὀῤῥός. ἀτὰρ καὶ αἱμάλωψ κοτὲ τῷ πύῳ συνεκρέει. μυρίαι δὲ ἄλλαι παρὰ τὸ μᾶλλον τελέων καὶ ἧσσον ἰδέαι. περίοδος δὲ ἄλλοτε μὲν ἡ ἐπιμήνια κάθαρσις, ἀλλ' οὐκ ἐς τὴν ἀρχαίην ξυνίσταται προθεσμίην. οὐ πολλὸν μὲν τὸ αἷμα, ἐν δὲ πολλῇσι ἡμέρῃσι ἐκρέει. ὀλιγήμερος δὲ ἡ διάλειψις, ἀλλὰ καθαρή. ἄλλος περιόδου τρόπος, εἰς προθεσμίην δὲ, καὶ οὐκ ἐς πλῆθος * περὶ πλεῖστον ἡ πρώτη κάθαρσις. δὶς δὲ καὶ τρὶς καθαίρονται ἀνὰ πάντα τὸν μῆνα. ἄλλη ἰδέη ἄπαυστος μὲν ἡ ῥοὴ καὶ σμικρὴ ἐφ' ἡμέρης ἑκάστης, ἀλλὰ εἰς τὸν ὅλον μῆνα οὐ πάγχυ βαιή. οὐδὲ γὰρ ὑστέρη μύει τὸ στόμα, ἀλλὰ οἴγνυται, πάρεσιν ἐς ῥύσιν ὑγρότητος πάσχουσα. εἰ δὲ μήτε διαλείπει, μήτε σμικρὸν ἐκρέει, αἱμορραγίῃ * θνήσκουσι. σημήϊα δέ. πρὸς τῇσι χροιῇσι τοῦ ῥόου ἡ * χροιὴ τῆς ἀνθρώπου. ἄγρυπνοι, ἀπόσιτοι, ἀσώδεες, ἔκλυτοι ἐπὶ τὸ ἐρυθρὸν μᾶλλον, καὶ ὀδυνώδεες, καὶ * κάκοδμον ἐπ' ἀμφοῖν τὸ ῥεῦμα. ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἧσσον ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. ὁ μὲν γὰρ λευκὸς κακίων ἢν μέζων που ἡ σηπεδὼν ἔῃ. ἄλλοτε δὲ ὁ ἐρυθρὸς ἢν ἀγριαίνῃ ἡ διάβρωσις. ἀθρόον δὲ εἰρήσθω, μέλας μὲν ἁπάντων * κακίων, πελιδνὸς δεύτερον. ὠχρὸς δὲ καὶ λευκὸς καὶ πυώδης, μακρότεροι μὲν,

* οἷον. * ἐπί. * θνήσκουσα. * χρονιότης. * κάκοδμοι. † κακός.

declarat. Ruber quidem, ſi ſanguis flauus emanet, & hujus ſpecies: uel liuidus, uel niger & tenuis, uel craſſus & concretus, ut grumi. Albus, ut aqua, aut flauus cum pallido mixtus ut bilis; craſſus uerò aut ſubtenuis liquor, quem Græci Ichora uocant, & malè olens. Albus item, ut pus, ſed exquiſitè albus, ut album ſerum. Quin etiam gutta cruenta, nonnunquam cum pure ſimul effluit: mille aliæ ſunt ſecundum rationem majoris & minoris iſtorum ſpecies. Circuitus uerò modo eſt menſtrua purgatio, ſed non ad priſtinum præſcriptum diem reuertitur. Non multus quidem ſanguis, ſed per multos dies effluit. Paucorum autem dierum fit interpoſitio, ſed omninò pura. Alter eſt circuitus modus, ſed ad certum diem: neque plurimi ſanguinis eſt plerunque prima purgatio, bis autem ac ter purgantur per totum menſem. Tertia eſt quoque fluoris ſpecies, indeſinens quidem effluuium eſt, & ſingulis diebus modicum: ſed in totum menſem ſumma fit non admodum modica: neque enim uterus oſtium claudit, ſed hiat, ad effluxum humiditatis relaxationem patiens. Verum ſi neque intermittatur, neque parum effluat, ob ſanguinis effuſionem moriuntur. Signa utique hæc ſunt, præter humiditatis effluentis colores, ipſius hominis color, peruigilant, cibos oderunt, *faſtidioſæ ſunt*, diſſoluuntur in rubro profluuio magis, & dolore torquentur, & in ambobus quod effluit, mali odoris eſt, ſed modo magis, modo minus. Album enim profluuium pejus olet, ſi quando major adeſt putredo. Aliàs autem rubrum, cum ſæuius debacchatur eroſio. Breuibus ſanè dictum eſto; ater fluor omnium peſſimus eſt, deinde liuidus. Pallidus, albus & purulentus, diuturniores quidem ſunt.

cunt, aut quaſdam nouas & uanas imagines accipiunt, atque in ſumma lucem, aut quæ in luce ſunt, extimeſcunt; obſcuro loco eos continere præſtat. Sin ſecus ſe habeant, lucido. Bonum eſt autem ad lucem reſipiſcere, placarique inſaniam. Ne diu à cibis abſtincant: cibi uerò humidiores ſunto, paucioresque, & continui: nam cibi animum demulcent. Occaſio autem exhibendi cibi eſto in utriuſque remiſſionibus, febris uidelicet atque delirij. Quòd ſi ab inedia furant, & non deſinat febris; cibos dare non ualde febrim lædentes utile eſt. Nempe bonum eſt febrim deliriumque in acceſſionibus remiſſionibusque concordare, quò exhibendi cibi oportunum tempus inueniatur. In primis itaque conſiderandum eſt, ſanguis nec né mittendus ſit. Si mentis quidem alienatio unà cum febre à principio inuaſerit: uena in cubiti curuatura primo aut ſecundo die, media potiſſimum ſecanda eſt. Quòd ſi nonniſi tertio, aut quarto die delirium accedat: uſque ad primum decretoriorum dierum circuitum uenæ ſectio differenda eſt. *At ſi ultra conueniens tempus, ut puta ſexto aut ſeptimo die accedat, multum ante iudicationes in acutis morbis uacuandum aut pharmacis utendum*: aut alijs irritationibus utendum. Venæ quoque inciſor ne multum ſanguinis detrahat, licet à principio ſecet: *phreniticis* nanque malum eſt in ſyncopam facilè mutabile. Sin autem ægrotus ualdè repletus ſit, & iuuenis, plurimo cibo, & largiſſimo uini potu ſaginatus; hæc ad phrenitidem rationes non pertinent. Verùm iſtis & citra delirium multum ſanguinis hauriendum eſt:

longè

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

longè autem minus auferēdum, ſi ijdē phrenitici ſint. Verùmtamē audacius uena ſoluenda eſt, ſi à præcordijs, non à capite morbus oriatur: ibi enim uitæ principium eſt: caput uerò ſenſus, neruorumq; originis locus eſt, ſanguinēq; potius à corde trahit, quàm alijs diſtribuat. Igitur ſi membrum hoc affectum ſit, uenam cubiti ſcindere non conuenit: quippe in illis uitijs inanire uaſa oportet, à quibus non modica noxa prouenit. Quod ſi uires patiantur, ut quantum ſanguinis ſatis eſt, euacuetur; ſemel auferendum eſt: ne, dum repetendo tempus conteritur, exhibendi cibi occaſio elabatur: quandoquidem phreniticis continuæ febres ſunt, neque remiſſiones longas habent, ſed breues & latentes ſubleuationes. Cæterùm ſi ante mediocritatem defecerit æger, ad ſecundam remiſſionem differendum eſt, niſi longò tempore poſt uentura ſit. Quòd ſi non ſit; uires inſtaurando odoramentis, faciei tractatione, & pedum compreſſione protinus ſanguis detrahendus eſt: quantum uerò mittendum ſit, facultas oſtendet. Eſca humida omnibus quidem febricitantibus idonea eſt, ſed phreniticis maximè: aridiores enim ſunt, quàm ſi ſola adeſſet febris, neque mulſa danda, niſi bilioſi ſint: nam facilè à bilioſis naturis concoquitur. Far lotum cum aqua, aut mulſa conuenit. Bonum quoque eſt ex his ſorbitiones ſimplices præbere, quales ſatureia, aut apio, aut anetho incoctis fieri ſolent. Hæ nanque bonam ſpirationem conciliant, & urinam cient: conducit autem phreniticis lotij excretio. Omnia olera proſunt: ſed maluæ potiſſimum. Lentor enim bonus eſt & ad

πολλὸν δὲ μεῖον ἀφαιρέειν, ἢν οἱ δὲ ἔωσι οἱ φρενιτικοί. τάμνειν δὲ φλέβα τουτέων εὐτολμότερον, ἢν ἐξ ὑποχονδρίων καὶ μὴ ἀπὸ κεφαλῆς ἡ νοῦσος ἢ. ἐνθάδε γὰρ τῆς ζωῆς ἐστιν ἡ ἀρχή. κεφαλὴ δὲ, χῶρος μὲν αἰσθήσιος, καὶ νεύρων ἀφέσιος, αἷμα δὲ παρὰ καρδίης ἕλκει μᾶλλον, ἢ ἄλλοισι διδοῖ. ἢν ὦν πεπόνθῃ ἥδε, οὐ χρὴ τὴν ἐπ' ἀγκῶνι τάμνειν φλέβα. τάδε γὰρ πάθεα, κενεαγγέειν ἐφ' οἷσι ἡ βλάβη οὐ σμικρή. κἢν μὲν ἡ δύναμις ἀντέχῃ εἰς τὸ ἱκανὸν τοῦ κενώσιος, ἅπαξ ἀφαιρέειν, ὅκως μὴ ἐν τῇ διαστάσει τοῦ ἐπαφαιρέσιος διόλλυται τῆς τροφῆς ἡ ἐγκαιρίη. ξυνεχέες γὰρ τοῖσι φρενιτικοῖσι οἱ πυρετοὶ, καὶ οὐδὲ ἐπανέσιας μακρὰς, ἀλλὰ βραχείας καὶ ἀσήμους κουφισμοὺς ποιεύμενοι. ἢν δὲ πρὸ τοῦ ξυμμετρίης ἀπαυδήσῃ ὁ νοσέων, ἐς δευτέρην ἐπάνεσιν ὑπερβάλλεσθαι, ἢν μὴ ἐς μακρὸν ἐκπίπτῃ. εἰ δὲ μὴ, ἀνακαλεσάμενον ὀσμήσεσι καὶ ψαύσεσι προσώπου, καὶ πίεσι ποδῶν, αὐτίκα ἀφαιρέειν. γνῶμα δὲ τοῦ αὐταρκέος ἡ δύναμις. τροφὴ ὑγρὴ πᾶσι μὲν τοῖς πυρεταίνουσι. ἥκιστα δὲ φρενιτικοῖσι.* ἐπιξηρότεροι γὰρ πυρετῶν μούνων. (* ἐπιξηρότεροι.) οὐδὲ μελίκρητον, ἢν μὴ χολώδεες ἔωσι. εὔπεπτον γὰρ τοῖσι πικροχόλοισι. χόνδροι πλυτοὶ ξὺν ὕδατι ἢ μελικρήτῳ. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐκ τῶν δὲ ῥοφήματα διδόναι ἁπλᾶ, ὁποῖα θύμβρης ἢ σελίνου, ἢ ἀνήθου * ἐνεψημένων. (* ἐνεψημένων.) εὔπνοα γὰρ τάδε καὶ διουρητικά. σύμφορον δὲ φρενιτικοῖσι οὔρησις. λαχάνων πάντων μὲν, μάλιστα δὲ μαλάχης. ἀγαθὸν γὰρ τὸ γλίσχρασμα, καὶ ἐς

λειότητα γλώσσης καὶ ἀρτηρίης, καὶ ἐς τὴν τῶν κοπρίων διέξοδον. ἄριστον δὲ, καὶ τεῦτλον καὶ βλίτον, καὶ κορωνόπους, καὶ κολοκύνθη καθ' ὥρην, καὶ ὅ τι ἂν ἐφ' ἑκάστης ὥρης ἄριστον ᾖ. πτισάνης δὲ χυλὸς, ὑγρότατος μὲν ἐν πρώτοισι ὡς * εὐτροφώτερος ἔοι. ἔστι δὲ μᾶλλον παχύτερος, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος προήκοι χρόνον. ὑποστέλλεσθαι δὲ ἐν τῇσι κρίσεσι, καὶ μικρὸν τι πρὸ τῶν κρισίων. ἢν δὲ ἐς μῆκος ἡ νοῦσος ἴῃ, μὴ ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων. ἀλλὰ σιτώδεα διδόναι, ὡς ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων. εὖτε καὶ κρεῶν ἀκρέων καὶ πτηνῶν χρέος τὰ πολλὰ τοῖσι χυλοῖσι ἐντηκομένων. κάρτα γὰρ χρὴ τάδε ἐν τῇ ἑψήσει λύεσθαι. ἰχθύων οἱ πετραῖοι τῶν ἄλλων εἰς κρέσσον ἔστων. ἐπίπαν δὲ τοὺς ἐν τῇ * χώρᾳ ἀρίστους αἱρετέον. ἄλλη γὰρ ἄλλας φέρειν ἰχθύων ἰδέας πεπίστευται χώρη. * ὀπώρας οἰνώδεος ὑποστέλλεσθαι. κεφαλῆς γὰρ καὶ φρενῶν ἅψιν ποιέει. ἢν δὲ ἀνάγκη ἔῃ τῆς δυνάμιος ἢ τοῦ στομάχου βιαζομένων, ἑφθὰ ἐν μελικρήτῳ, ἢ ὀπτὰ ἐν στέατι, ὁκοῖον μῆλα δοτέον. τῶν ἄλλων θερμῷ ὕδατι ἕκαστον ἐκλύειν, ἢν ἐς μούνην τὴν τοῦ στομάχου παραμυθίην διδῷς. ἢν δὲ καὶ ἐς δύναμιν δέῃ, μὴ κάρτα τὸ οἰνῶδες ἐκλύειν. τροφὴ μὲν ὦν ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοιήδε. τέγγειν δὲ τὴν κεφαλὴν ἐς ἔμψυξιν λίπαϊ ἐλαίης ὄμφακος τετριμμένης. ἀλεαίνεσθαι γὰρ ἡ κεφαλὴ οὐ φιλέει φρενιτικοῖσι. ἢν δὲ καὶ ἀγρυπνίη καὶ φαντασίη ἔωσι, ῥοδίνου μίσγειν ἴσον ἴσῳ τὰ πρῶτα. ἔπι δὲ μᾶλλον τὸ ῥόδινον ἔστω πλέον ἐς στύψιν καὶ ἔμψυξιν τῆς κεφαλῆς. ἢν δὲ καὶ τὴν γνώμην πα-

εὐτροφώτερος. χώρῃ. ὀπώρης.

linguæ arteriæque læuorem, & ad ſtercorum deſcenſum optima eſt beta, blitum, coronopus, cucurbita, & quicquid ſuis temporibus optimum fuerit. Ordei uerò mundati cremor liquidiſſimus quidem imprimis nutribilior eſt: ſed tanto etiam ſpiſſior craſſiorque ſit, quanto plus temporis morbus progreſſus fuerit. Verùm in judicationibus & paulò ante judicationes cibus ſubtrahendus eſt. Si morbus longiori tempore producatur: cibos ne ſubtrahito, ſed triticea exhibeto, quò ſufficiat ægrotus: quando extremorum & uolatilium carnibus in cremore liquefactis plerunque opus eſt. Oportet enim hæc in elixando ualde diſſolui. Ex piſcibus ſaxatiles alijs præſtantiores ſunt: atque omnino regionis illius optimos deligito. Quippe aliam regionem alias piſcium ſpecies procreare creditum eſt. Vinoſæ naturæ fructus ſubtrahito: quoniam caput & mentem percutiunt. Verùm ſi neceſſitas urgeat, uiribus aut ore uentriculi labantibus; mala in mulſa elixa, aut in adipe toſta exhibeto, aliorum ſingula calida aqua diſſoluito, ſi roborandi duntaxat oris uentriculi cauſa exhibeas: ſin autem uires quoque inſtaurare opus ſit, non uſque adeo uinoſa facultas diſſoluenda eſt. Cibi quidem (ut ſemel dicam) hujuſmodi ſunto. Irrigandum uerò caput eſt refrigerandi cauſa oliuæ acerbæ contritæ unguine: nam caput in phreniticis calefieri nō amat. Quòd ſi uigiliæ & cogitationes ægrotum agitēt: roſacei parem modum in principio miſceto: adhuc uerò plus roſacei addendū, quo magis extra intraque caput roboretur ac refrigeretur. At ſi mens labefacte-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſactetur, & locutio euariet, ſerpylli comam oleis incoquito, aut hederæ ſuccum, aut ſanguinalis affundito. Si mentis uerò alienatio uehementius hominem turbet; peucedanum, & ſpondylium oleis inferuefacito, & aceti parum inſtillato: hæc enim halitus & caliditatem difflant, craſſaſque humiditates, quæ & ipſæ deliramenti cauſæ ſunt, diſcutiunt. Cauere autem conuenit, ne in ceruicem ac tendones madefactio deſcendat. Tendonibus enim atque neruis inimica eſt. Nempe irrigandi ſemper occaſio eſt, præterquam exacerbationis initio: rarius quidem in incremento, omnium uerò frequentiſſimè uigente morbo, cum maxime inſaniunt, tum maximè irrigandum eſt humore frigido: atque æſtiuo tempore multo magis refrigerato, hyeme uerò tepido. Vt miteſcat autem delirium; poſca, aut conyzæ decocto cum ſpongia facies fouenda eſt. Deinde œnanthino, aut crocino unguine *linienda:* quin etiam nares, & aures iiſdem imbuendæ. Hæc enim ſomnum alliciunt. Si quando iſti pernoctant, neque interdiu ſopiuntur, ſed penitus intenti ſunt oculi atque inſtar cornu rigentes, jactantur autem, & è lecto proſiliunt; his ſomnus & quies conciliandi ſunt: primum quidem caput roſaceo mero irrigando, aut amaracino cum ſucco hederæ, aut ſerpylli, aut etiam ſertulæ decocto. Magis autem ſoporiferum eſt papauer in oleo elixum capitis ſincipiti ſuperdatum, aut in aqua faciei per ſpongiam

ῥακινέωνται, καὶ τὴν φθέγξιν ἐξαλλάσσωνται, ἑρπύλλου κόμης ἐνεψητέον ἐν τοῖσι ἐλαίοισι, ἢ κισσοῦ χυλὸν ἢ πολυγόνου παραχυτέον. ἢν δ' ἐπὶ μᾶλλον ἡ παραφορὴ ἐξάπτηται, καὶ πευκέδανον καὶ σπονδύλιον τοῖσι ἐλαίοισι ἐνεψεῖν, καὶ ὄξεος παραχεῖν. ἀτμῶν γὰρ τάδε καὶ θέρμης διαπνευστικά, καὶ παχέων χυμῶν διαλυτικά, * ἅ τῆς παραφορῆς ξυναίτια. πεφυλάχθαι δὲ χρὴ τάδε, ὡς μὴ ἐς * τὴν αὐχένα καὶ τοὺς τένοντας ἡ τέγξις ἵκῃ. πολεμίη γὰρ τένουσι καὶ νεύροισι. καιρὸς δὲ πάσης τέγξιος, πλὴν τῆς ἐσβολῆς τοῦ παροξυσμοῦ. ἀραιοτέρη δὲ ἐν τῇ ἀναβάσει, πάντων δὲ μάλιστα ἐν ἀκμῇ. ἤδη αὖ ἐκμαίνωνται, τῇδε μάλιστα τέγγειν ψυχρῷ, καὶ ψυχομένῳ ἐπὶ μᾶλλον θέρεος ὥρῃ. χειμῶνος δὲ χλιαρῷ. εἰς δὲ τὸ πρηΰνειν τὴν παραφορὴν, ὀξυκρήτῳ, ἢ κονύζης ἑψήματι καὶ σπογγιῇ τὰ πρόσωπα πυριῆν, ἔπειτα χρίειν οἰνανθίνῳ ἢ κροκίνῳ λίπαϊ, καὶ τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα. τοῖσι δὲ διαχρίειν. τάδε μέντοι καὶ ὕπνου ἀγωγά. ἢν γὰρ παννύχιοι μὲν ἐγρήσσωσι, μηδὲ δι' ἡμέρης εὕδωσι, ἀτενέες δὲ τὸ ξύμπαν ἔωσι, ὀφθαλμοὶ δὲ ὁκοῖόν τι κέρας ἑστήκωσι, βληστρίζωνται δὲ καὶ ἐξανιστῶνται, ὕπνον αὐτέοισι καὶ ἠρεμίην μηχανέεσθαι, πρώτιστα μὲν διὰ τῶν τῆς κεφαλῆς τεγξίων, ῥοδίνου ἀκρήτου, ἢ ἀμαρακίνου, ξὺν χυλῷ κισσοῦ, ἢ ἑρπύλλου, ἢ καὶ μελιλώτου ἐναφεψήματι. ἐπὶ μᾶλλον δὲ ὑπνωτικὸν, μήκων ἀφεψηθεῖσα * ἐν λείπασι, ἔς τε τὸ τῆς κεφαλῆς βρέγμα, ἢ ὕδατι ἐς τὸ πρόσωπον ξὺν σπογγιῇ.

ὑποτι-

* τὸ.

* τὴν.

* λίπαι.

ὑποτιθέναι δὲ χρὴ καὶ αὐτὰς ὅλας, εἰ εἶεν νεοδρεπέες. χλωρὰς τῖσι ὑποκεφαλαίοισι. παχύνει γὰρ καὶ ὑγραίνει τὸ πνεῦμα, ξηρὸν τε καὶ λεπτὸν ἐόν, καὶ ὀμίχλην τῇσι αἰσθήσεσι παρέχον. βαρὺ δὲ καὶ *νωθὲς ὁ μίχλη, ἥπερ ὕπνου ἀρχή. ἢν δὲ μεζόνων δέωνται, καὶ αὐτὸ τὸ μηκώνειον ἐς τὰ μέτωπα ξὺν ὕδατι χρίειν. ἢ δὲ ὑπαλείφειν τὰς ῥῖνας, καὶ ἐς τὰ ὦτα *ἐγχέειν. ψηλαφίη ποδῶν εὐαφὴς ξὺν λιπαϊ, *ψαῦσις τῆς κεφαλῆς. ἀνηπικὸν δὲ καὶ κνῆσις μάλιστα κροτάφων τε καὶ ὤτων. καὶ γὰρ καὶ τὰ θηρία ἐς ἀνάπαυλαν ὀργῆς τε καὶ θυμοῦ κνήσι ὤτων τε καὶ κροτάφων δάμνονται. ὕπνου δὲ ἀγωγὰ ἑκάστου καὶ τὰ ξυνήθεα. ναυτίλῳ μὲν ἡ ἐν ἀκάτῳ κατάκλισις, καὶ ἐν θαλάσσῃ περιφορὴ καὶ αἰγιαλῶν ἦχος καὶ κυμάτων κτύπος, ἀνέμων τε βόμβος, καὶ θαλάσσης καὶ νηὸς ὀδμή. μουσικῷ δὲ ἔπι ἐθισμὸς αὐλῶν ἐφ᾽ ἡσυχίῃ, ἢ ψαλμὸς *λύρης, ἢ πηκτίδος, ἢ μελέτη παίδων σὺν ᾠδῇ. διδασκάλων δὲ νηπιάχων μύθων προσομιλίη. ἄλλοισι δ᾽ ἄλλα ὕπνου θελκτήρια. τῇσι δὲ ὑποχονδρίοισι καὶ τῇ κοιλίῃ ἐμβρέγματα, καὶ ἐπιπλάσματα, ἢν φλεγμονὴ καὶ σκληρίη ἐπαίρηται, καὶ φῦσα, ἔλαιον δρυπετέος ἐλαίης μὴ ὠμῆς ἐμβάλλειν. παχὺ γὰρ καὶ γλίσχρον καὶ ἀλεαῖνον. τόδε ὦν χρέος ἐν φλεγμασίῃ, ἐνεήσθω δὲ ἐν αὐτῷ ἄνηθον, κόνυζα, ἀγαθὸν δὲ ὁμοῦ τὰ πάντα. ἢν δὲ καὶ φῦσα ἐνῇ, κυμίνου καὶ σελίνου τῶν καρπῶν, ἢ δὲ ὁκόσα οὔρων καὶ φυσέων ἀγωγά. καὶ νίτρον ἐνσείσαντα ἐμπάσσειν. ἢν δὲ τὸ ἧπαρ τὴν

* νωθέες

* ἐγχεῖν.

* ψαύσι.

λύρα

impoſitum. Ipſæ quoque integræ herbæ (ſi proximè lectæ fuerint) uirides ceruicalibus ſubijciendæ ſunt. Craſſant enim, madefaciuntque ſpiritum aridum tenuemque: & caliginem quandam ſenſibus obducunt: graue autem & torpens eſt caligo: id uerò eſt ſomni principium. At ſi ualentioribus auxilijs egebunt; & ipſa papaueris lachryma ex aqua frons inungenda. Quin etiam nares ea liniendæ, & in aures infundenda eſt. Contrectatio pedum ſuauis ex oleo: capitisque attactus efficax eſt, ſed potiſſimum ſi tempora, auresque ſcalpantur. Nam & ferarum iram furotemque aurium & temporum mollis attrectatio coërcet. Cuique uerò uſitata ſomnum accerſunt. Nautis in cymba decubitus, & maritima nauigatio, & littorum ſonus, & undarum murmur, uentorumque bombus, & maris nauiſq; redolētia. Muſico quoq; tibiarum exercitatio quietem affert, aut lyræ cantus, aut cytharæ, aut meditatio puerorum canentium. Ludi autem magiſtro puerilium fabellarum enarratio. Atque ita alijs alia animum demulcentia ſomnum inſinuant. Cæterùm præcordijs ac uentri madefactiones ac cataplaſmata adhibeto, ſi phlegmone ſubſit, atque durities, flatusque diſtendat: oleum quoque ex oliua benè matura nequaquam acerba inijcito: id enim craſſum eſt, & uiſcidum, & calefaciens. Hæc utique in inflammatione facienda ſunt. Inijciatur uerò in ipſa anethum, aut conyza: bonum quoque eſt, ſi ſimul omnia. Quòd ſi adſit etiam inflatio, cumini & apij ſemina adijcito, & quæcunque lotium flatusque prolectant: hæc non & nitrum cribratum inſpergito. Verum ſi in jecore

uitium

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

uitium doloŕque fuerit, lanas ab oue ſordidas accipito, oleum uerò acerbum, aut roſaceum, & ſapam Græcam, aut Creticam admiſceto: ſertulamque incoquito, atque omnibus in unum ſuccum permixtis jecur irrigato. Ad lienem uerò oleum cum aceto benè facit: aut ſi magis, quàm prius turbet; poſca, & pro lanis ſpongia mollis adhibeatur. Nam mirum in modum his gaudet miteſcitque lienis. Porrò ſi præcordia interius ſint, ſurſumque trahantur, & circum tenta cutis ſit; optimum hoc remedium erit loco unguinis, aut unà cum ipſo craſſo tantundem oportunuum eſt. Cunila uerò & ros marinus incoquantur. Anethum quoque non injucundum erit. Quòd ſi cataplaſmatis tempus erit idoneum, oleis quidem ijſdem in ijſdem affectibus utendum eſt. Materia ſit autem lini ſemen, fænum græcum, ordei tenuis farina. Bonum eſt autem & faba, & eruum, ſi uenter intumeſcat: pariter & milium torrefactum, in ſacculo poſitum leue molleque fomentum eſt. Pinſitum uerò & aqua intercutem laborantibus cum melle & oleo & lini ſemine cataplaſma bonum eſt. Flores autem & herbæ & ſemina quæcunque à me in irrigationibus poſita ſunt: & in cataplaſmatibus eadem ſunto. Mel uerò & cum ipſis bonum eſt, ut arida cogantur, miſceanturque ſquallentia, atque ut calor diutius permaneat: ipſum quoque ſolum bonum eſt pro cataplaſmate ſemicoctum, & ad irrigandum, ſi cum aliquo humore

πεῖσιν καὶ τὴν ὀδύνην ἴσχει, εἴρια μὲν ἔστω *οἰσύπῳ πιναρὰ ἀπὸ τοῦ οἰός. ἔλαιον δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφακίου, ἢ ῥόδινον. μίσγειν δὲ χρὴ σίραιον ἑλληνικὸν, ἢ κρῆτα, καὶ συνέψειν *μελίλωτον, μίξαντά *τε ἐς ἕνα χυλὸν τὰ πάντα *καταιονεῖν τὸ ἧπαρ. σπληνὶ δὲ τὸ ἔλαιον σὺν ὄξεϊ ἔστω, ἢ εἰ μέζον ἢ πρὶν δονέει, ὀξύκρητον, καὶ ἀντὶ εἰρίων σπογγίη ἁπαλή. μάλα γὰρ τοῖσδε ὁ σπλὴν χαίρει τε καὶ πρηΰνεται. ἢν δὲ τὰ ὑποχόνδρια εἴσω ᾖ, ἠδὲ ἄνω εἰρύεται, καὶ τὸ δέρμα περιτείνηται, ἄριστον μὲν ἀντὶ τοῦ λίπαος, ἢ ξὺν αὐτέῳ παχεῖ ἐπικαίριον ἴσον. κόνυζα δὲ ἔστω καὶ λιβανωτὶς τὰ συνεψήματα, καὶ ἄνηθον οὐκ ἀτερπές. ἢν δὲ ἐπιπλάσσειν εὐκαιρίη ἔῃ, τοῖσι μὲν ἐλαίοισι τοῖσι αὐτέοισι χρέεσθαι, ἐπὶ τοῖσι ὁμοίοισι. ὕλη δὲ λίνου σπέρμα, καὶ *πίλις, καὶ *ἄλητον κριθῆς λεπτόν. ἀγαθὸν δὲ καὶ κύαμος, καὶ ὄροβος, ἢν ἐξοιδαίνῃ ἡ γαστήρ. κέγχρος δὲ φωχθεῖσα ἐν μαρσύποισι, πυρίημα κοῦφον καὶ μαλθακόν. ἀληλεσμένη δὲ καὶ ὑδερώδεσι ξὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ καὶ λίνου σπέρματι, ἐπίπλασμα ἀγαθόν. ἄνθη δὲ καὶ βοτάναι καὶ σπέρματα ὅσα μοι ἐν τοῖσι ἐμβρέγμασι λέλεκται, καὶ ἐν τοῖσι ἐπιπλάσμασι ἔστω τὰ ἐόντα. μέλι δὲ καὶ σὺν αὐτέοισι μὲν ἀγαθὸν ἐς σύστασιν τῶν ξηρῶν, καὶ ἐς μίξιν τῶν αὐχμηρῶν, καὶ ὡς ἡ θέρμη ἐς πολλὸν διαρκέῃ. ἀγαθὸν δὲ καὶ αὐτὸ μοῦνον, καὶ ἐπίπλασμα ἢ μέεφθον, καὶ ἔμβρεγμα ξὺν τινὶ τῶν ὑγρῶν λυθέν, μαλθάξαι

* πῆσιν.
* οἰσυπηρὰ
* μελίλωτον
* ες.
* καταιονέειν.
* πῖλος.
* ἄλητον ἀντὶ τοῦ ἀλφίτου.

μαλθάξαι ἀλεῖψαι, φυσέων καὶ οὔρων ἀγωγὸν, πρηῦναι πρίσιας. τάδε γὰρ καὶ μελίκρητον ποιέει ποθὲν, καὶ τυλέων* πλέονα καὶ κρέσσονα, εἴσω παρελθὸν ἀρτηρίῃ καὶ πνεύμονι, καὶ θώρηκι καὶ κοιλίῃ. ξυνεχέως δὲ τὴν κοιλίην ἐρεθίζειν βαλάνοισι ἢ διαχρίσοισι. ἐπιξηραίνονται γὰρ πολλὰ, ἔστε τὴν ὁλκὴν τῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. ἀτὰρ ἠδὲ ἐς διαπνοὴν τῶν ἐν τῷ θώρηκι ἀτμῶν, καὶ ἐς κρίσιν τῶν ἐν τῇ κοιλίῃ. ἢν δὲ καὶ πολλῶν ἡμερῶν ἡ γαστὴρ ἐπίσχηται, κλύζειν χρὴ μελικρήτῳ, καὶ ἐλαίῳ, καὶ νίτρῳ. ἢν δὲ μὴ αὐξίως ὑποκαταστῶσι αἱ τῆς φλεγμονῆς πρηδόνες, σικύην θέντα ἐντάμνειν, ἔνθα ἂν ἡ φλεγμονὴ κρατέῃ καὶ μέζων ἔῃ. μίην δὲ ἢ δευτέρην, ὅκως ἂν τάτε φλεγμαίνοντα σημαίνῃ, καὶ ἡ δύναμις κελεύῃ, ἀτὰρ καὶ τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος. τοῖσι δὲ τεκμαρτέον. ἀμετρίη γὰρ συγκοπῆς αἰτίη. ἐς μὲν ὧν ἡμέρην μίην ἢ δευτέρην, τέγξις ἡ ἑωυτὴ, ἐς δὲ τὴν τρίτην κηρωτὴ σὺν τινὶ λίπαϊ τῶν ἐμβρεγμάτων. ἔπειτα ἐπιθήματα, ἐν φλεγμασίῃ μὲν ἢν ἐπέωσι, ὕσσωπος, τῆλις ἑφθὴ ἐν μελικρήτῳ, τερμίνθου τοῦ φυτοῦ ῥητίνη, κηρός. τὰ δὲ ἔλαια ἐπὶ τοῖσι αὐτέοισι τὰ ἑωυτά. ἢν δὲ μὴ τουτέοισι ἐπανίῃ μηδὲν ἡ παραφορὴ, *κουρὴ τῆς κεφαλῆς χρέος, ἢν μὲν μήκισται εἶεν αἱ κόμαι, τὰ πρώτιστα ἐς ἥμισυ. εἰ δὲ βραχύτεραι, ἐν χρῷ ἔπειτα μεσηγὺ ἀναλαβόντα τὴν δύναμιν, σικύην

* πτίσι

* κουρῇ.

liquetur: mollit enim, calefacit, flatus lotiumque euocat, & ardores obtundit. Nam hæc quoque mulſa epota præſtat: hiſque plura & meliora, ſi interius arteriam, pulmones, pectus, & uentrem ſubeat. Aſſiduè uerò aluus irritanda eſt glandulis, aut illitionibus (ſæpius enim ſiccescit,) ut à capite materiæ detrahantur, & à pectore halitus diſſlentur, & alui purgamenta excernantur. Quòd ſi multis diebus uenter ſuppreſſus fuit, ipſum mulſa, oleo, & nitro ſubluere opus eſt. Verum ſi non ſatis phlegmones exhalationes deſierunt; cucurbitulam affigens incidito, qua parte phlegmone extumuit, & major apparet: unam autem, aut duas affigito, prout phlegmone ſignificauerit, & uires præceperint: & ſanguinis detrahendi copiam ab his conjectare oportet. Exceſſus enim ſyncopæ autor eſt. Primò quidem, aut altero die madefactio eadem eſto. Tertio uerò ceratum cum aliquo ex oleis ad irrigandum aptis imponito. Deinde epithemata in inflammatione ſi facultas ſit, ex hyſſopo, fænograeco ex mulſa decocto, terebinthi arboris reſina, & cera: olea uerò in iiſdem eadem. Quòd ſi nihil iſtis delirium remittat: tondere caput neceſſe eſt: ſi longiſſimi crines ſint, primum dimidij: ſi breuiores, ad cutim. Poſtea prius refectis uiribus cucurbitula

uertici

uerticiſ capitis affigenda eſt, ſanguiſque hauriendus: uerum prius inanis cucurbitula interſcapulo adhibeatur. Cæterùm quoniam thoracem in omnibus acutis morbis medicari oportet: nam prorſus ipſe cum corde & pulmone laborat: primum quidem ob ſpiritus modo calidi, modo frigidi neceſſitatem, præterea ab ardenti febri, & tuſſi, & humorum prauitate, & neruorum communione, & oris uentriculi noxa, nec non ſuccingentis membranæ, & ſepti tranſuerſi uitio: (cor enim ſi maiori aliquo malo oppreſſum ſit, nunquam ſaneſcit:) in Phreniticis utique & hæc imprimis mitiganda ſunt. Siquidem nonnullis mentis alienatio ab aliquo eorum, quæ in pectore ſunt, uitio exoritur. Ea uerò ſunt, ſpiritus calidus & ſiccus, ſitis acris, ignis intolerabilis, qui undique in thoracem confluit, & prauitas quidem à domeſtico calore commutato & major & moleſtior prouenit. Ab alijs etiam membris in thoracem contributio fit. Extrema nanque frigida ſunt, caput, pedes, ac manus: ſuper hæc autem thorax eſt. Igitur humectandi refrigerandique auxilio eget. Humectatio quidem fit ex oleo, in quo chamæmelum, aut nardus incocta ſit. Æſtate uerò & ſapa græca benè faciet. At ſi epithematibus uti deceat; palmulæ uino auſtero maceratæ, deinde contuſæ in placentam cum nardo, polenta, atque œnanthe ſuaue pectori cataplaſma fuerint. Refrigerant quoque mala pinſita cum maſtiche & ſertula: quæ omnia cera & nardo excipiantur. Sin autem & os uentriculi torpeat, & à cibis abhorreat; ſuccum abſinthij, aut

κατὰ τῆς κορυφῆς προσβάλλειν, ἠδὲ ἀφαιρέειν αἷμα. κούφη δὲ προτέρη ἐς τὰ μετάφρενα *κεκολλήσθω. ἐπεὶ δὲ καὶ θώρηκα ἐν πάσῃσι τῇσι ὀξείῃσι νούσοισι ἀκέεσθαι χρὴ, πάντη τὸν κάμνοντα ξὺν καρδίῃ καὶ πνεύμονι, πρώτιστα μὲν ὑπ' ἀνάγκης τῆς ἀναπνοῆς, ἄλλοτε μὲν θερμῆς, ἄλλοτε δὲ ψυχρῆς. ἔπι δὲ ὑπὸ πυρετοῦ καυσώδεος καὶ βηχὸς, καὶ ὑγρῶν πονηρίης, καὶ νεύρων κοινωνίης, καὶ στομάχου συμφορῆς, ὑπεζωκότος τε καὶ διαφράγματος κακίης. καρδίη γὰρ ἢν πάθῃ μέζον τι δεινὸν οὔποτε ἀκέεται. ἐπὶ δὲ τοῖσι φρενιτικοῖσι καὶ μάλα χρὴ τάδε μειλίσσειν. παραφορὴ μὲν γὰρ μετεξετέροισι ἔκ τινος τῶν ἐν τῷ θώρηκι. ἀναπνοὴ θερμή τε καὶ ξηρὴ, δίψος δριμὺ, οὐκ οἰστὸν πῦρ, *τῷ πάντη ἐς θώρηκα ξυῤῥέειν. καὶ κακίη μὲν, ἀπὸ τοῦ οἰκείου θάλπεος τετραμμένου. μέζων τε καὶ δυσφορωτέρη ἡ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐς θώρηκα ξύνδοσις. ἄκρα γὰρ ψυχρὰ κεφαλὴ, πόδες τε καὶ χεῖρες. ὕπερθεν δὲ τῶνδε ὁ θώρηξ. καὶ δέεται ὧν *ἀρηγεῖν ὑγρασίῃ καὶ ψύξει. τέγξις μὲν ὦν ἔλαιον ξὺν χαμαιμήλῳ ἑψηθὲν, ἢ νάρδῳ. θέρεος δὲ καὶ σίραιος ἑλληνικός. ἢν δὲ καὶ ἐπιθέτοισι δέῃ χρέεσθαι, φοίνικες ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ δευθέντες. ἔπειτα λεῖοι ἐς μάζαν τετριμμένοι, ξὺν νάρδῳ, ἀλφίτοισι, οἰνάνθῃ, προσηνὲς θώρηκι ἐπίπλασμα. ψυκτικὸν δὲ καὶ μῆλα θλασθέντα ξὺν μαστίχῃ καὶ μελιλώτῳ. πάντα δὲ κηρῷ καὶ νάρδῳ ἀναλαμβάνειν. ἢν δὲ καὶ τὸν στόμαχον ἔχῃ νάρκη, καὶ ἀποσιτίη, ἀψινθίου χυλὸν ἢ

* κεκολλῆσθαι.

* τὸ.

† ἀρήγειν.

κόμην

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

κόμην τρῖσι δὲ ξυλλεαίνειν. καὶ τῷ δὲ ἑψηθέντι ξὺν λίπαϊ καταιονεῖν τὸ ὑποχόνδριον. πιπίσκειν δὲ καὶ τὸ ἀπόβρεγμα, ἢ χυλὸν αὐτέου πρὸ τῆς τροφῆς, *ὁκόσον κυάθους δύο τοῦ ἀποβρέγματος, ἢ κύαθον πικροῦ τοῦ χυλοῦ ξὺν ὕδατος κυάθοις δύο. ἢν δὲ καὶ καῦσος ἔχῃ τὸν στόμαχον, οὐκ ἀπὸ τῆς καταστάσεως *τῆς νούσου, ἀλλ' αὐτοῦ μούνου ἀπὸ χυμῶν δριμέων καὶ ἁλμυρῶν, ἢ ὑπὸ χολῆς δακνομένου, καὶ δίψει *αὐαινομένου, ὑδρομιγὲς γαλακτοτέον ἐν τροφῇ, ὅσον ἡμικοτύλιον τοῦ γάλακτος ἐν ὕδατος κυάθῳ ἑνί. ῥυμφάνειν δὲ αὐτέου τὸ πλεῖστον. βραχὺ δέ τι καὶ σὺν ἄρτῳ ἀναλίσκειν. ἢν δὲ καὶ καῦσος ἔχῃ τὸν ἄνθρωπον, καὶ δίψος καὶ ἀπορίη, καὶ μανίη, καὶ ἐπιθυμίη ψυχροῦ ὕδατος, διδόναι, μεῖον μὲν ἢ ὁκόσον ἐν καύσου νούσῳ ἄνευ φρενίτιδος. τῶν δὲ γὰρ ἀμφὶ τῶν νεύρων ὀῤῥωδέειν χρή. διδόναι ὦν ὁκόσον ἐς στομάχου ἄκος. ὀλίγον δὲ ἀπαρκέει, βραχυπόται γὰρ οἱ φρενιτικοί. ἢν δὲ καὶ εἰς συγκοπὴν τράπωνται. γίγνεται γὰρ καὶ τόδε. τῆς μὲν γὰρ δυνάμιος λυομένης, ἱδρῶτι δὲ χεομένου τοῦ ἀνθρώπου, πάντων δὲ εἰς τὸ ἐκτὸς τὴν φορὴν ποιευμένων τῶν ὑγρῶν, καὶ τοῦ τόνου λυομένου, καὶ τοῦ πνεύματος, ἔστε ἀκηδίην (μὲν) τῆς παραφορῆς, δέος δ' εἰς ἀτμὸν λυθῆναι καὶ ὑγρασίην τὸν ἄνθρωπον. ἄλκαρ μοῦνόν ἐστιν οἶνος, θρέψαι μὲν ὠκέως κατ' οὐσίην, καὶ πάντῃ μέχρι περάτων μολεῖν. τόνῳ δὲ προσθεῖναι τόνον, καὶ πνεῦμα νεναρκωμένον ἐγεῖραι, ψύξιν ἀλεῆναι, στῦψαι πλάδον, φερομένων ἔξω καὶ ῥεόντων κρατῆσαι, ἡδὺς

* τῆ κυαμοῦ ἀλλ' ἐσφαλμένως, ὡς δοκεῖ.
* κυάμου.
* τῆς.
διαινομένου.

comam unà cum his terito, ipſo etiam in oleo incocto præcordia irrigato: & aquam, in qua maduit, aut ipſius ſuccum ante cibum propinato duos ſc. aquæ illius cyathos, *aut amari ſucci cyathum cum aqua cyathis duobus.* At ſi os uentriculi ardor malè habet, non ratione morbi, ſed ipſum duntaxat ab acribus ſalſisque humiditatibus, ſiue à bile mordetur, atque ſiti perareſcit; lac aquæ ad mixtum in cibis exhibendum, heminæ uidelicet dimidium uno aquæ cyatho temperatum: atque ita hujuſce lactis plurimum ſorbeat: nonnihil etiam cum pane aſſumat. Verùmtamen ſi ardor hominem torqueat, & ſitis, & anxietas, & furens inſania, & frigidæ cupiditas, propinanda quidem frigida eſt, ſed non tanta, quanta in ardore morbo abſque phrenitide propinatur. In iſtis enim timendum neruis eſt. Itaque danda eſt, ut ori uentriculi ſubueniatur. Pauca uerò ſatis eſt: parum enim potant phrenitici. Cæterùm ſi in Syncopam prolabantur, nam & hoc incidere ſolet, uiribus euaneſcentibus, in ſudorem liqueſcente homine, omnibus humoribus extrorſum impetum facientibus, tenore ac ſpiritu fatiſcentibus; tunc cura delirij poſthabetur. Sed cum metus ſit, ne in uaporem, humiditatemque homo diſſoluatur; unicum ſubſidium uinum eſt. Celeriter enim ſubſtantiam alendo inſtaurat: & quoquo uerſus ad extremitates uſque permeat: tenori tenorem apponit: & ſpiritum torpentem expergefacit: frigiditatem calore temperat: laxantem madorem adſtringit: extrorſum erumpentia atq; diffluentia coërcet: olfactu ſuaue delectat:

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

delectat: uires demum fulcire ad uitam prorogandam poteſt: atq; in inſania ad animum demulcendum optimum eſt. Hæc omnia epotum uinum ſimul præſtat. Iracundia nanque molleſcente animo conquieſcit: atque ipſimet ad recreandas uires cibos accipiunt: quin etiam ſeipſos ad uoluptatem replent. Nempe ſi jam plus temporis morbus extrahitur, & febris ignaua eſt, & delirium in fatuitatem uertitur, & præcordia non uſque adeo læſa ſunt, aut tumore, aut inflatione, aut duritia, ſed in capite potiſſima morbi cauſa eſt; audacter lauare oportet, atque ſæpius caput perfundere: habitus nanque ſanabitur: & caput difflabitur: & omne corpus exhalabit. Atque ita ſiccitas obtunditur: & ſenſus caligo diſcutitur: & mens ſtabilis, atq; inconcuſſa firmatur. Hæc utique ſunt tollendi morbi præcepta.

CVRATIO VETERNOSORUM.

Caput II.

VEternoſi in luce & ad Solis radios collocentur: morbus enim nihil aliud eſt, quam tenebræ & magis in loco calido habeantur: ipſius enim cauſa eſt inſita frigiditas. Cubile agitabile ſit, ſtragulæ ueſtes, parietum picturæ, omnia ſint uaria, quæcunque uiſum proritare queunt: multus habeatur ſermo: pedes premendo tractentur: uellantur pili: membra ſcalpantur. Si altus ſopor obtineat, uociferandũ eſt: iracundè increpãdus eſt æger, ijs quæ timere conſueuit deterrẽdus, quæcunq; prius optabat expectabatq;, añunciãda ſunt: omnia ad ſopo-

μὲν ὁ σ. εὐφραίνεσθαι ἐς ἡδονήν. κραταιὸς δὲ στηρίξαι δύναμιν ἐς ζωήν. ἄριστος δὲ μειλίξαι θυμὸν ἐν παραφορῇ. τάδε μέντοι ποθεὶς ἅμα πάντα πρήσσει. θυμόν τε γὰρ πρηΰνονται μαλθάξει φρενῶν, καὶ ἐξ ἑωυτέων ἐς δύναμιν τρέφονται. ἀτὰρ ἠδὲ ἑωυτέοισι ἐμπνέουσι ἐς ἡδονήν, προσώτω μὲν ἤδη πολλὸν ἥκει χρόνου. ὅταν δὲ ὁ πυρετὸς νωθὴς ἔῃ, ἀτὰρ ἠδὲ ἡ παραφορὴ ἐς μωρώσιν τρέπηται, τὸ δὲ ὑποχόνδριον μὴ πολλάν τι πρὸς βλάπτηται, ἢ ὄγκῳ, φυσήσει, σκληρείῃ, κεφαλὴ δὲ τὸ πλέον ἔχῃ τῆς αἰτίης, χρὴ τολμέοντα λούειν, ἠδὲ καταιονεῖν πολλόν τι τὴν κεφαλήν. ἥτε γὰρ ἕξις ὑγιανθήσεται, καὶ ἡ κεφαλὴ διαπνευσθήσεται, καὶ τὸ ξύμπαν σκῆνος διηθμιασθήσεται, ὧδε γὰρ τὸ μὲν ξηρὸν ἀμβλύνεται, καὶ καθαρεύεται τῆς ὀμίχλης ἡ αἴσθησις. ἡ δὲ γνώμη εὐσταθὴς ἠδὲ ἔμπεδος μίμνει. τάδε μέντοι τῆς λύσιος τῆς νούσου γνώματα.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΛΗΘΑΡΓΙΚΩΝ.

Κεφαλ. β.

Ληθαργικοῖσι κατάκλισις ἐν φωτὶ καὶ πρὸς αὐγήν· ζόφος γὰρ ἡ νοῦσος. ἢ δὲ ἐν ἀλέῃ μᾶλλον. ψύξις γὰρ ἔμφυτος ἡ αἰτίη. κοίτη εὐαφὴς, στρώματα, τοιχογραφίη ποικίλα πάντα ὁκόσα περ ἐρεθιστικὰ ὄψιος, λαλιὴ, ψηλαφίη ξὺν πίεσι ποδῶν, τιλμοὶ, κνεσμοί. ἢν βαθὺ κῶμα ἴσχῃ, ἐμβόησις, νουθεσίη ὀργίλη, δεῖμα ἐφ' οἷσι δειμαίνει. προσαγγελίη τῶν ὁκόσα ἐπόθεε καὶ προσεδόκεε. πάντα ἐς ἐγρήγορσιν,

γορσιν, ἐναντίως τοῖσι φρενιτικοῖσι. ἀμφὶ δὲ καὶ * κενώσιος ληθαργικῶν, τάδε χρὴ γινώσκειν. ἢν μὲν ἐξ ἑτέρης νούσου. ὁκοῖόν τι φρενίτιδος διαδέξηται ἡ λήθη, φλέβα μὲν μὴ τάμνειν, μηδὲ ἀθρόον ποθὲν κενοῦν αἷμα· ὑποκλύζειν δὲ τὴν κοιλίην, μὴ τοῦ κοπρώδεος εἵνεκε μοῦνον, ἀλλ' ὅκως τι καὶ ἄνωθεν ἀντισπασθῇ, καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὀχετευθῇ. πλέον οὖν ἔστω ἁλῶν τε καὶ νίτρου. ἄριστον δὲ τῷ κλύσματι, εἰ καστόριον ἐμπάσσοις. ψυχρὸν γὰρ τὸ κάτω ἔντερον ληθαργικοῖσι, καὶ πρὸς ἔκκρισιν νεκρῶδες. ἢν δὲ μὴ ἐκ διαδέξιος νούσου, ἀλλ' ἑωυτοῦ ἄρχηται ὁ λήθαργος, καὶ δοκέῃ πεπληθῶς ὁ νοσέων, ἢν μὲν αἵματος, φλέβα τὴν ἐπ' ἀγκῶνι τάμνειν. ἢν δὲ φλέγματος ὑδαλώδεος, εἴτε ἄλλων χυμῶν, καθαίρειν χρὴ κνεώρῳ σὺν τῇ πτισάνῃ. ἢ ἐλλεβόρῳ μέλανι ξὺν μελικρήτῳ, πρὸς τῇσι ἀρχῇσι, ἢν μετρίως βούλῃ. ἢν δὲ μεζόνως, τοῦ φαρμάκου τῆς ἱερῆς
γρ. β. καλευμένης νήστει διδόναι ὁλκῆς * β. ξὺν μελικρήτου κυάθοις τρισὶ, καὶ περιμείναντα καθήρασθαι. τότε διδόναι σιτία, ἢν καιρὸς ᾖ. ἢν δὲ μὴ, εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην ἡ τροφή. εὐκαιρίη δέ κοτε καὶ ἐν ἑσπέρῃ γίγνεται τῆς ἱερῆς ὁλκῆς. * α.
γρ. α. ὕδατι, ἢ μελικρήτῳ λυομένη κυάθοις δύο. ἀτροφίη κακόν. κακὸν δὲ καὶ πολυτροφίη. χρὴ ὦν ὀλιγοσιτίῃ χρέεσθαι (ἐς) ἑκάστην ἡμέρην. ἀθρόον δὲ μὴ ἀσιτεῖν. ὑπομνήσιός τε γὰρ ἡ δι' ἀλέης τῷ στομάχῳ χρέος ἀνὰ πᾶσαν τὴν ἡμέρην. ἄταρ καὶ ἡ τροφὴ ἔστω λεπτύνουσα, καὶ διαχωρητικὴ ἐν ζωμοῖσι μᾶλλον ἢ
γρ. κογχρίδι. ὀσπρίοισι, ἀλεκτορίδι, * κεγχρίδι. λινο-

rem diſcutiendum contra, atque in phreniticis, molienda. Quod ad ueternoſorum euacuationem attinet; hæc nouiſſe oportet, ſi alteri morbo, utpote phrenitidi ſuccedat ueternus, uenam ne ſoluito: neque alicunde multum ſanguinem educito: ſed uentrem ſubluito, non ſolum ſtercoris educendi cauſa, ſed etiam ut aliquid à ſuperioribus partibus reuellatur, & à capite deriuetur. Igitur multum inſit ſalis & nitri. Optimum uero ſit, ſi ſublutioni caſtorium inſpergas. Imum enim inteſtinum ueternoſis frigidum eſt, & ad excretionem emortuum. Quod ſi non per ſucceſſionem, ſed ſuopte ingenio ueternus incipiat, & æger plenus eſſe uideatur: ſi ſanguinis, uena in cubiti curuatura ſecanda eſt: ſi pituitæ aquoſæ, aut aliorum ſuccorum, purgare opus eſt, cnico ex ordei cremore, aut nigro ueratro ex mulſa inter initia, ſi mediocriter purgare uelis. Sin autem copioſius, medicamenti, quod hieram, id eſt, ſacram uocant: pondo drachmas duas jejuno dato cum mulſæ cyathis tribus: atque tantiſper expectans, quoad purgatio confecta ſit; tunc cibos, ſi oportunum ſit, exhibeto: ſin minus: in poſterum diem alimentum differto. Nonnunquam ſanè & ueſperi hieræ drachma cum aquæ aut mulſæ cyathis duobus diſſoluta in tempore datur. Nempe inedia malum eſt, malum eſt & cibi multitudo. Igitur exiguo cibo uti ſingulis diebus oportet: neque ſubito ac penitus jejunandum eſt. Os enim uentriculi per totum diem refectione caloreque indiget. Quin etiam cibus eſto attenuans, & aluum leniens in juſculis magis quam leguminibus, gallina, conchride. *Cum herba uerò*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ba vero mercuriali concoquito: acetumque affundito, & ſuccis injicito, ſi forte ſucco ptiſanæ utendum ſit. Bonum autem ſpiritum reddit, urinamque citat fœniculum, apium, olera, aut horum ſemina. Item porrum acrimonia ſua proficit, & braſſica cum oleo & garo. Optime facit & cuminum dulce cum braſſica ad flatus *digerendos* & lotium euocandum. Veſica enim atque uenter in quolibet morbo irritant atque infeſtant. Irrigationes capitis tales fiant, quales & in phreniticis. Vtriſque enim ſenſus pleni halituum ſunt: quos refrigerando, adſtringendoque roſæ atque hederæ ſucco propulſare neceſſe eſt; aut digerere per tranſpirationem extenuantibus, exempli cauſa ſerpyllo aut aceto cum roſaceo. Si nerui doleant, & totum corpus, ſed multo magis extrema frigeſcant; caput ceruicemque caſtorio cum anethino oleo inungito, atque irrigato. Quin etiam ſpinam eodem, ſicyonio, aut gleucino, aut ueteri oleo admixto perfundito: nec non & *manus ab humeris uſque: pedes item ab inguinibus* perungendi ſunt. Nonnullis quoque ueſica eſt humectanda: quæ tanquam neruus patitur, & tanquam urinæ iter laborat: inſuper & humorum acredine uexatur: bilioſum enim lotium eſt. Sin autem major tremor adſit, & conuulſionem minetur neceſſario & ſicyonium oleum capiti ſuperfundendum: ſed breuis uſus eſto. Quod ſi præcordia inflammata ſint, cutis uero tumida, inflata diſtentaque, aut introrſum uergentibus præcordijs concaua efficiatur: madefactiones & cataplaſmata huiuſmodi ſint, cujuſmodi in capite de phreniticis comprehendimus. Cucurbitula minime utitor, ſi à phrenitide in hanc labem incidit: audacius uero cucurbitula uti poteris, ſi ab initio morbus iſte iuaſerit.

ζώσω δὲ ξυνεψείσθω, καὶ ὄξος παραχεέσθω, καὶ τοῖσι δὲ χυλοῖσι ἐμβάλλειν, εἰ ποιδέοι χυλῷ χρέεσθαι *πλισάνης. εὔπνοον δὲ καὶ οὔρων ἀγωγὸν, μάραθρον, ἢ δὲ σέλινον, τὰ λάχανα, ἢ τουτέων τοὺς καρπούς. ἀγαθὸν δὲ καὶ πράσον τῇ δριμύτητι, καὶ κράμβη ξὺν ἐλαίῳ καὶ γάρῳ. ἄριστον δὲ καὶ κύμινον γλυκὺ ξὺν κράμβῃ φυσέων καὶ οὔρων. ἐρεθιστικὸν ἡ γὰρ κύστις, καὶ ἡ γαστὴρ ἐν πάσῃ τῇ νούσῳ. τέγξιες τῆς κεφαλῆς, αἵπερ καὶ τοῖσι φρενιτικοῖσι. ἀμφοῖν γὰρ αἱ *αἰσθήσιες πλέαι γίγνονται ἀτμῶν, ἃς ἀπελαύνειν χρὴ ψύξει, καὶ στύψει *ῥοδίνου καὶ κισσοῦ χυλῷ. ἢ ἐξαλμίζειν ἐς διαπνοὴν τοῖσι λεπτύνουσι, οἷον ἑρπύλῳ, ὄξει σὺν τῷ ῥοδίνῳ. ἢν δὲ νεύρων πόνος ἔῃ καὶ ψύξις ὅλου, *πολλῷ δὲ μᾶλλον ἀκρέων, τῷ καστορίῳ ξὺν ἀνηθίνῳ λιπαίνειν, ἢ δὲ τέγγειν τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν αὐχένα, καὶ τὴν ῥάχιν χρίειν τῷ αὐτῷ ξὺν λίπαϊ σικυωνίῳ, ἢ γλευκίνῳ, ἢ παλαιῷ. ξυγχρίειν δὲ καὶ τὼ χεῖρε ἀπὸ τῶν ὤμων, καὶ τὼ πόδε ἀπὸ τῶν βουβώνων. τοῖσι δὲ μέντοι καὶ τὴν κύστιν καταιονέειν, καὶ ὡς νεῦρον πάσχουσαν, καὶ ὡς οὔρων ὁδὸν κάμνουσαν. ἀτὰρ καὶ τῇ δριμύτητι τῶν χυμῶν ἀχθομένην. χολώδεα γὰρ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μέζων ὁ τρόμος ἔῃ, καὶ κίνδυνος σπασμοῦ, καὶ *σικυωνίῳ ἐς τὴν κεφαλὴν ὑπ' ἀνάγκης χρέεσθαι. ὀλίγη δὲ ἥτω ἡ χρῆσις. ἢν δὲ καὶ φλεγμασίαι τῶν ὑποχονδρίων ἔωσι, καὶ πρήσιες καὶ φῦσαι, καὶ περιτάσιες τοῦ δέρματος, ἢ κοῖλον γίγνηται εἴσω *εἰρυομένου τοῦ ὑποχονδρίου, ἐμβρέγματα καὶ ἐπιπλάσματα, ὁκόσα *μοι ἐν φρενιτικοῖσι λέλεκται. σικύῃ ἥκιστα χρέεσθαι, ἢν ἀπὸ φρενίτιδος ἔωσι. εὐτολμότερον δὲ, ἢν ἀρχῆθεν ἡ νοῦσος ἐσβάλλῃ.

* πτισάνη. * ἀλθήσιες ἄλλως ἀλθήσεις. * ῥοδίνοις. * πολλοί. * σικυώνιον. * εἰρυομένη. * μοι.

ἢν δὲ γλῶσσα μελαίνηται, καὶ ὄγκος ἐν τοῖσι ὑποχονδρίοισι σημαίνῃ, ὑπ' ἀνάγκης τῇ σικύῃ χρέεσθαι. ἐπὴν δὲ πρὸς τῷ μήκεϊ τοῦ χρόνου κενωθήσονται τῇσι αἰσθήσεσι, τἄλλα δ' εὐπετέστερον φέρῃ, ἐπὶ τῇ κορυφῇ τῆς κεφαλῆς προσβάλλειν. ἄλυπον γὰρ τῇ δυνάμει τὸ ἐντεῦθεν κενοῦν. *ἄγειν δὲ καὶ φύσας ἄνωθεν καὶ κάτω. *φυσέων γὰρ συναγωγὸν λήθαργος, καὶ ἐν τῇσι κοιλίῃσι, καὶ ἐν τῷ ὅλῳ σκήνεϊ ἀεργίη, καὶ νωθίη, καὶ ἀψυχίη. διαπνευστικὸν δὲ κίνησις, ἢ δὲ ἐγρήγορσις. διαχρίειν οὖν πήγανον χλωρὸν τρίβοντα ξὺν μέλιτι καὶ νίτρῳ, ἀγωγόντε ἐστὶ μᾶλλον φυσέων ξὺν τέοισι, καὶ τερμίνθου ῥητίνης μέρος ἕν. καὶ πυρίη προκλητικὴ φυσέων ἢ πιναροῖσι θερμοῖσι ἐρίοις, τρηχέσι παλαιοῖς ῥάκεσι, ἢ σπογγιῇ ξὺν ὕδατι, ἔνθ' ὕσσωπον, ἢ ὀρίγανον, ἢ γλήχων, ἢ ῥυτὴ ἕψηται. ἄγοι δ' ἂν φύσας, ἢ δὲ ὁκόσα πρὸ τῶν σιτίων πίνεται, τάπερ καὶ φλέγμα καὶ χολὴν ἐν τοῖσι ἐντέροισι καὶ στομάχῳ ἄγει, *ὕσσωπον ἐν μελικρήτῳ *ἑψηθέν, δίκταμον τὸ κρητικόν, *ὀρίγανον. δριμέα μὲν, ἀγωγὰ δέ. ἀδίαντον, ἄγρωστις, τάδε μέν τι καὶ φυσέων καὶ οὔρων καταρρηκτικά. ἢν δὲ τρόμος χειρῶν καὶ κεφαλῆς ἔῃ, καστόριον πιπίσκειν δραχμῆς ὁλκῆς ἥμισυ, ξὺν μελικρήτῳ κυάθοις τρισὶ ἐς ἡμέρας πλεῦνας. ἢν δὲ μὴ πίνῃ τόδε, ἐκλύειν ξυμφορῆς ξὺν ἐλαίῳ, ἔνθα πήγανον *ἐνεζέσθη κυάθοις τρισί, τὸ διπλόον ἐς τὸ κάτω ἔντερον ἐγχέειν. καὶ τόδε ἐς πλεῦνας ἡμέρας. μετὰ δὲ τὸ ἐκ τούτου ξύμφορον. φύσας γὰρ ἄγει ἄνω τε καὶ κάτω. μετεξετέροισι δὲ καὶ οὖρα καὶ κόπριον. ἢν δὲ ἤ ποθεν εἰς τὸ πᾶν διαθέον ἥκῃ,

† ἄγει. * φύσιας.

* ὕσωπος. * ἑψηθεῖσα. * ὀρίγανος. δριμὺ μέν.

* ἐνέζεσε κυάθοις τρισίν.

Sin autem atra lingua ſit, & tumor in præcordijs appareat, cucurbitulam affigere neceſſe eſt. Poſtquam uerò interuallo temporis ſenſus purgati fuerint; & alia facilius feret; capitis uertici applicare. Quandoquidem ea parte euacuare ſine ulla uirium moleſtia poſſumus. Et flatus ſupra infraque eliciendi ſunt. Veternus enim flatus colligit, & in uentriculis, & in toto corpore ignauia, marcor, animæque defectus conſpicitur. Motus autem ac uigilia diſcutiendi facultatem habent. Rutam igitur uiridem cum melle & nitro contritam illinito: *cum his uerò magis quoque flatus digerit: ſi hæc adjungantur, & terebinthinæ reſinæ pars una.* Fotus quoque flatus prouocat aut cum ſordidis calentibuſque lanis, aut cum aſperis panniculis ueteribus atque attritis: aut cum ſpongia ex aqua, ubi hyſſopum aut origanum, aut pulegium aut *ruta* incocta ſit. Euocant autem flatus & quæcunque ante cibos propinantur: quæ utique pituitam bilemque ab inteſtinis & ſtomacho educunt. Hyſſopum in mulſa elixum, dictamum Creticum, origanũ. Acria quidem ſunt, ſed eductoria. Adiantum, gramenque flatus & lotia erumpere faciunt. Si manus & caput contremiſcant, caſtoreum dimidiæ drachmæ pondere ex mulſæ cyathis tribus ad plures dies bibendum eſt: ſi bibi uerò non poſſit, ad demoliendam calamitatem cum olei cyathis tribus, in quo ruta incocta ſit, duplum in imum inteſtinum infundatur: idque per plures dies faciendum. Vltra uerò utilitatem quæ ex hoc prouenit (nam ſupra infraque flatus expellit, & nonnullis urinam, ſtercuſque detrudit:) ſi forte in omne corpus dilabens

pene-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

penetrat, firmi atque robuſti nerui efficiuntur, & habitus ad calidum ſiccumque permutat: morborumque conſtitutiones conuertit. Optimè etiam proficit ſi in nares inſpiretur; nam & ea ex parte ſpiritus ſternutamentis educit. Et quemadmodum per ueſicam urinam expellit, ita & per nares mucum. Hos autem effectus hoc loco ſuaui caliditate præſtat, & meliùs quàm alia ſternutatoria, ſcilicet quàm piper, ueratrum, radicula, euphorbium. Nam hæc ad primum atque ultimum attactum immitia ſunt, & caput ſenſumque perturbant. Caſtoreum uerò paulatim adhibitum calefacit, cum & alioqui capiti conducat: quandoquidem nerui undique ex capite oriantur: morbis autem neruorum caſtoreum medetur. Cæterùm ipſum cum aliquo aut aliquibus ex ſupra comprehenſis admiſcere non ingratum fuerit. Nam ſi admixtum ſit, non protinus quidem caput mediocriter conturbauerit, diutius uerò caliditatem accenderit. Nares proritatione humidæ reddantur. Odoramenta applicentur acria quidem ad ſenſum, ſed facultate calida: quale ipſum caſtoreum eſt, aut thymbra, aut pulegium, aut thymum, uiridia aut arida aceto perfuſa. Acribus pharmacis pedes genuaque illinantur. Materia eſto calefaciens, & ex adiectione mordens: nam utroque ueternoſis opus eſt ad calorem excitandum atque uigiliam. Primum igitur urtica crura uerberato. Tenuiſſimæ nanque urticæ partes adhærentes non diu perſeuerant: ſed *pruritum doloris expertem* inferunt; mediocriter uerò ſtimulant, & tumefaciunt, & calorem excitant. Quod ſi hæc uehementiora fieri uolueris: lemniſtidis, atque

ἄτρομα, ἢν δὲ κραταιὰ τὰ νεῦρα γίγνεται
καὶ τὰς ἕξιας ἐς τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν ἀλ-
λοιοῖ, καὶ τὰς καταστάσιας τῶν νούσων
τρέπει. ἄριστον δὲ καὶ ἐς τὰς ῥῖνας ἐμ-
φυσῆν. καὶ γὰρ καὶ τῇδε πνευμάτων κα-
ταῤῥηκτικὸν πταρμοῖσι. καὶ ὁκοῖόν τι
κύστις ἀγωγὸν οὔρων, καὶ ῥὶν μύξης.
πρήσσει δὲ θέρμῃ προσηνεῖ τάδε τῇδε,
καὶ τῶν ἄλλων τῶν πταρμικῶν κρέσσον.
πεπέρεος, ἐλλεβόρου, στρουθίου, εὐφορ-
βίου. τάδε γὰρ ἐς τὴν πρώτην, ἠδὲ πυ-
μάτην θίξιν ἀπηνέα, καὶ ταρακτικὰ
κεφαλῆς τε καὶ αἰσθήσιος, ἐκ προσα-
γωγῆς δὲ τὸ καστόρειον ἀλεαίνει. κε-
φαλῇσι δὲ καὶ ἄλλως ξύμφορον, ὅπ-
περ τὰ νεῦρα πάντῃ ἐνθένδε προσφύε-
ται. νούσων δὲ νεύρων καστόρειον ἰητήρι-
ον. ἀλλὰ * ξυμμίσγειν τόδε τῶν γε- * ξυμμίσγειν
γραμμένων τινὶ, ἤ τισι, οὐκ ἄχαρι. ἢν
γὰρ μιγῇ, μὴ αὐτίκα μὲν κεφαλὴν
ξυμμέτρως ταράξαι. ἐς μακρὸν δὲ τὴν
θέρμην ἐξάψαι ὑγρῆναι, τὴν ῥῖνα
προσκλήσει. ὀσμαὶ δριμεῖαι μὲν ἐς
αἴσθησιν, ἐς δύναμιν δὲ θερμαί. ὁκοῖ-
ον αὐτὸ τὸ καστόριον, ἢ θύμβρα, ἢ γλή-
χων, ἢ θύμος, χλωρὰ, ἢ ξηρὰ δευ-
θέντα ὄξεϊ. δριμέων φαρμάκων χρί-
σιες κατὰ τῶν ποδῶν, καὶ γουνάτων.
ὕλη δὲ ἔσω ἀλεαίνουσα καὶ δάκνουσα ἐκ
προσαγωγῆς. ἀμφοῖν γὰρ χρέος λη-
θαργικοῖσι ἐς θάλψιν καὶ ἐγρήγορσιν.
τὰ πρῶτα μὲν οὖν καὶ κνίδῃ μαστίζειν τὰ
σκέλεα. προσίζουσα γὰρ ἡ ἄχνη, οὐκ ἐς
πολλὸν μὲν διαρκέει, ἄλυπον δὲ ὀδα-
ξισμὸν καὶ πόνον ἐνδιδοῖ. μετρίως δὲ
ἐρεθίζει τε καὶ παροιδίσκει, καὶ θερμασίην
προκαλέεται. ἢν δὲ ἐπὶ μᾶλλον ἐθελή-
σῃς τάδε τοι γίγνεσθαι, λημνίσιδος, ἢ δ' * λιμνήσιδος

N 3 εὐφορ-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

εὐφορβίου ἴσα ξὺν λίπαϊ γλευκίνῳ χρίειν. ἄριστον καὶ σκίλλης ὠμῆς λεπτοῖσι ἐκτρίβειν. χρὴ δὲ ἀπομάξαντα τῶν μελέων τὸ ἐλαιῶδες. ἄδηκτον γὰρ πᾶν δριμὺ ξὺν λίπαϊ, ἢν (μὴ) φαρμακῶδες ἢ κυπρίνῳ, ἢ γλευκίνῳ, ἢ σικυωνίῳ. ἢν δὲ ἐπὶ τουτέοισιν ἔτι βαθὺ κῶμα ἴσχῃ, σικυὸν χρὴ τὸν ἄγριον ξὺν ὄξεϊ τρίψαντα, σινήπιος ἴσῃ μάζῃ ξυμμίξαντα. τιθέναι δριμὺ δὲ τὸ ἐπίπλασμα, καὶ ὠκέως ἐρυθήματα ἐνθεῦξον, ὠκέως δὲ οἷδ' ἀλεηθερμῆναι. *εἰ κίνδυνος δὲ φλυκταινώσιος καὶ τρωμάτων, ξυνεχέως ἐπαίρειν τὸ ἐπίπλασμα, καθορέοντα μήτι τουτέων ξυμβῇ. τὰ δὲ μὲν ὦν ἐς τὸ νωθὲς καὶ νεκρῶδες αὐτέου καὶ ἐς πάντα καιρὸν, πλὴν τῇσι ἐσβολῇσι τῶν παροξυσμῶν. ἢν δὲ ἀναφέρῃ μὲν ἤδη τὴν αἴσθησιν, βάρος μέν τι ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἦχος, ἢ βόμβος ἔῃ, καὶ διὰ τοῦ στόματος ἄγειν φλέγμα, μαστίχην τὰ πρῶτα ἐς *μάσησιν διδόντα, ὡς ξυνεχὲς ἀποπτύοι. ἔπειτα δὲ αὖθις ἀσταφίδος ἀγρίης, κόκκου τοῦ τῆς κνίδης, πάντων δὲ μάλιστα σινήπιος, ὅτι τε ξύνηθες, ἀτὰρ ἤδε ὅτι τῶν ἄλλων μᾶλλον τόδε φλεγμάτων ἀγωγόν. κἢν μὲν καταπίῃ τις ἑκὼν, ἱκανὸν μὲν τὰ ἐν τῷ στομάχῳ λῦσαι. δυνατὸν δὲ καὶ ὑγρῆναι γαστέρα, καὶ φύσας ἀγαγεῖν. καὶ γάρ μοι κοτὲ ἐκ ξυντυχίης τάδε ξυνέβη, καταπιόντος τοῦ ἀνθρώπου κατὰ γνώμην τὴν ἐμήν. ἀγαθὴ δὲ διδάσκαλος ἡ πεῖρη. χρὴ δὲ καὶ αὐτὸν πειρῆν. εὐλαβίη γὰρ ἀπειρίη. χρὴ δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν μετὰ τὴν κουρὴν τὴν ἐν χρῷ, ἢν μὴ μέγα ἤδε ἀνύῃ, ξυρεῖν ἐς διαπνοήν.

* ἀκίνδυνος.

* μα[illegible]ησιν.

euphorbij pares portiones cum unguine gleucino illinito. Optimum quoque eſt ſcillæ crudæ laminis perfricare. Sed à membris omne oleoſum detergere oportet: quodlibet enim acre minimè mordax eſt admixtum cum unguine, *aut cyprino, aut gleucino, aut ſicyonio, ne iſta medicamentoſa putes.* Si præter hæc altus adhuc ſopor occupet: proderit ſyluaticum cucumerem ex aceto tritum, & æquæ ſinapis portioni admixtum imponere. Acre uerò id eſt cataplaſma, celeriterque ruborem concitat: celeriter quoque calefacere poteſt. Verum ne puſtulas uulneraque efficiendo periculum inferat, frequenter detrahendum eſt cataplaſma, atque nunquid horum acciderit, inſpiciendum. Hæc utique ad ipſius torporem, ac ueluti demortui languorem diſcutiendum quolibet morbi tempore præter exacerbationum inuaſiones molienda ſunt. Quòd ſi jam ſenſum recuperet, pondus tamen aliquod in capite inſit, & ſonus aut bombus obſtrepat; etiam per os pituita elicienda eſt. Maſtichen imprimis mandendam exhibe, ut continenter expuat: poſtea rurſum uuam taminiam, granum gnidium: ſed omnium maximè ſinapi, & quoniam uſitatum eſt, & quoniam inter alia magis pituitam educit: ac ſi quis ſponte ipſum deuorauerit, quæ in uentriculo ſunt, diſſicere poteſt: poteſt etiam aluum madefacere, & flatus excernere. Etenim hæc aliquando caſu mihi euenerunt: cum homo quidam me conſentiente ipſum deuoraſſet. Bonus autem magiſter eſt experientia: opus eſt uerò & ipſum periculum facere. *Timor enim & cautio imperitiæ cauſa eſt.* Caput quoque poſtquàm ad cutim detonſum fuit, niſi magnoperé proficiat; ut tranſpiret, radendum eſt: quin

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

quin etiam ad uſum acrium medicaminum, ut ejus, qui ex lemniſtide conſtat, aut hydar, aut thapſia, aut ſinapi, humidum ex aqua cum dupla panis portione in linteolo ueteri illitum capiti ſuperdandum eſt: cumque horæ ſpatio ibi permiſſum fuerit, ſpongijs calidis fouere oportunum fuerit. Item ex uſu erit & lauatio omnibus jam, aut ſaltem plurimis, & præcipuis ad morbi depulſionem adhibitis, adhuc tamen corpore torpente: ubi & geſtatio proderit, & frictio, & quælibet lenis corporis agitatio.

ἀτὰρ ἢν δὲ ἐς φαρμάκων δριμέων χρῆσιν, ἢ διὰ τῆς λημνίσιδος, ἢ *ὕδαρ, ἢ θαψίης, ἢ σίνηπι ὑγρὸν δὲ ἐξ ὕδατος ξὺν ἄρτῳ διπλῷ ἐς σεύχνον ἐγχεῖσαντα, ἐμπάσσειν τὴν κεφαλήν. φυλάξαντα δὲ ἐς ὥρην μίην, εὐκαιρίη ἀπὸ σπογγοῖσι θερμοῖσι πυριῆν. οὐκ ἀνωφελὲς δὲ καὶ λούειν ἤδη πάντων μὲν, ἢ τῶν γε πλείστων καὶ καιρίων τῶν ἐς τὴν νοῦσον λελυμένων. τοῦ δὲ νωθείης μενούσης, εὖ τε καὶ αἰώρης χρέος, καὶ τρίψιος, καὶ πάσης περιστικῆς κινήσιος. * ὕφαρ.

DE CVRATIONE tabis.

Caput III.

Iſtos ſanè ſi & tabes malè habent, ocyus ſuccurrendum eſt, ad balneum deducendo, & corpus dimouendo. Tabis quoque lac medela eſt, & nutricatio, & calefactio uentriſque humectatio, & ueſicæ lenitio. Quin etiam eadem huic uitio, quæ & catocho expediunt: ſimilis enim atque eadem eſt horum morborum ſpecies. Caſtoreum utique iſtis oportunius eſt atque lenius & potui datum, & illitum, & in inteſtinum infuſum. Mulieribus autem qualia his ſimilia ab utero uitia oriantur, in libro de muliebribus morbis à nobis diſputabitur.

ΜΑΡΑΣΜΟΥ ΘΕΡΑΠΕΙΑ.

Κεφάλ. γ.

Τοῖσι δὲ μέν τι κὴν μαρασμοῖς ἔῃ, ἀρήγειν θᾶσσον, ἰόντα ἐπὶ λουτρὰ καὶ κινήσιας. μαρασμοῦ μέν τι καὶ γάλα *ἰητήριον, καὶ θρέψαι, καὶ ἀλεῆναι καὶ ὑγρῆναι γαστέρα, καὶ κύστιν πρηῦναι. ἀτὰρ ἢν δὲ καὶ κατόχοισι ταυτὰ (τὰ) *ξυμφέροντα. ὁμοίη γὰρ καὶ ἡ ἐν αὐτῇ τῶν δὲ τῶν νούσων ἰδέη. καστόριον δὲ τουτέοισι καιριώτερόν τε καὶ εὐμενέστερον πιεῖν τε καὶ χρῖσαι, καὶ ἐς τὸ ἔντερον ἐνεῖναι. τῇσι δὲ γυναιξὶ, ὁκοῖα τουτέοισι ἴκελα πάθεα ἀπὸ ὑστέρης γίγνεται, ἐν τοῖσι γυναικείοισι λελέξεται. * ἐντίθεμεν. * ξυμφορα.

DE CVRATIONE Apoplexiæ.

Caput IV.

Apoplexia ualidus planè morbus eſt. *In totum enim mortem præſeferant: ſi & ægrotus ſenex ſit, quibus familiaris morbus eſt: non enim liberantur: tum propter mali magnitudinem, tum propter ætatis calamitatẽ.* Quibus autẽ notis

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΑΠΟΠΛΗΞΙΗΣ.

Κεφάλ. δ.

Ἀποπληξίη ἰσχυρὴ μὲν ἔη. ἅπαντα γὰρ ἔασι νεκρώδεες, ἢν δὲ καὶ ὁ νοσέων γηραιὸς ἦ, τοῖσι περ *ξυνήθες τὸ πάθος. οὐ γὰρ περιγίγνονται τῶτε μεγέθεϊ τοῦ κακοῦ, καὶ τῇ τῆς ἡλικίης ξυμφορῇ. ὅκως δὲ τεκμαρτέα τὰ με- * ξυνήθεσι.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

τὰ μεγέθεα, πρόσθεν μοι λέλεκται. ἢν δὲ νεηνίης, ἀσθενὴς ἀποπληξίη πέλει, ἰῆσθαι μὲν οὐ ῥηΐδιον, πειρῆσθαι δὲ ὦν. ἰσόρροπον μὲν ὦν ἰητήριον, ὡς μεγάλῳ πάθει μέγα βοήθημα φλεβοτομίη, ἢν μήτις ἐς ἁμαρτωλὴν εἴη τοῦ πλήθεος. δυσέκμαρτον δὲ τὸ μέτρον. ἢν γὰρ σμικρῷ πλέον ἀφέλῃς, προσαπέπνιξας τὸν ἄνθρωπον. ἐς γὰρ τὸ ζῆν τουτέοισι καὶ τὸ σμικρὸν αἷμα δυνατώτατον, καὶ (ἡ) ἀλέη τῆς ζωῆς τοῦ σκήνεος καὶ τῆς τροφῆς ἐόν. ἤντε μεῖον τῆς αἰτίης, οὐδὲν μέγα ὤνησας διὰ μεγάλου ἄκεος. ἔτι γὰρ ἡ αἰτίη μίμνει. κρέσσον δὲ ἐς τὸ ἔλασσον ἁμαρτάνειν. ἢν γὰρ καὶ δοκέῃ μὲν ἐνδέειν, χρησταὶ δέ τινες ὑποφάσιες γίγνοιντο, αὖθις ἐπανατάμνειν τὴν φλέβα. τάμνειν δὲ τὴν ἐν τῷ κοίλῳ τοῦ ἀγκῶνος, εὔροος γὰρ ἥδε ἐν τῷ λαιῷ. ξυντεκμαίρεσθαι δὲ ἐν τῇ σμικρῇ ἀποπληξίῃ καὶ τὰ πάρετα μέρεα, * εἰ ἐπ' ἀριστερά, ἢ δεξιὰ ἡ πάρεσις. ἀπὸ γὰρ τῶν ὑγιηρῶν ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν ἀφαίρεσιν χρὴ ποιεῖν. τῇδε γὰρ τὸ αἷμα εὔροον. τῇδε καὶ ἡ παροχέτευσις ἀπὸ τῶν σιναρῶν. ἢν μὲν ὦν ἄνευ φανερῆς προφάσιος ἀπόπληκτοι γίγνωνται, ὧδε χρὴ συλλογίζεσθαι ἀμφὶ τῆς ἀφαιρέσιος. ἢν δὲ ἀπὸ πληγῆς, ἢ καταφορῆς, ἢ * πέσιος ξυμβῇ, χρὴ ἀναβάλλεσθαι. μετεξετέροισι δὲ τόδε μοῦνον εἰς ἄκεσιν ἠδὲ ζωὴν ἤρκεσεν. ἢν δὲ μὴ δοκέῃ τάμνειν φλέβα, ψύξιος πολλῆς καὶ νάρκης, καὶ ἀναισθησίος ἀμφιχυθείσης τὸν ἄνθρωπον, ὑποκλύζειν ἐς κένωσιν τοῦ πλήθεος τῶν ἐν τοῖσι ἐντέροισι. τὰ πολλὰ γὰρ

* ἢ.

* πίσιος.

morbi magnitudo conjectanda ſit, antea à nobis poſitum eſt. Si iuuenis æger ſit; debilis eſt apoplexia, non tamen facilè remouetur. Tentanda igitur curatio eſt. Æquale ſanè adjutorium ut pote magno affectui magnum remedium miſſio ſanguinis eſt: niſi quis plusquàm conueniat, mittendo delinquat. Modum autem conjectare difficile eſt. Nam ſi paulò plus detraxeris, hominem planè ſtrangulaſti. Ad uitam enim tuendam his uel paucus ſanguis efficaciſſimus eſt: cum ſit uitæ corporisque alimenti fomes. Si minus detraxeris, quàm cauſa poſtulat; nihil magni permagnum auxilium contuleris: adhuc enim cauſa permanet. Sed præſtat minus detrahendo delinquere: nam ſi minus detractum eſſe uiſum ſit, aliqui uerò optimi ſucceſſus apparuerint; iterum uenam reſcindere congruens fuerit: ſcindenda autem eſt uena in concauo cubiti. Hæc enim in ſiniſtro fluida eſt. Simul quoque in puſilla apoplexia & reſolutæ partes conſiderandæ ſunt, in ſiniſtróne, an in dextro latere reſolutio ſit: à ſalubribus enim partibus (ut dicere mos eſt) ſanguinem haurire oportet. Hac enim ſanguis facilè delabitur: hac etiam à læſis partibus materia deriuatur. Igitur ſi abſque euidenti cauſa attoniti reddantur: ſic de ſecanda uena ratiocinandum eſt. At ſi ab ictu, aut delapſu, aut *compreſſione* in hanc labē inciderint, in aliud tempus res differenda eſt. Nonnullis uerò ad medelam atque uitam id ſolum ſatis fuit. Cæterùm ſi frigiditate multa, & torpore, & ſenſuum abolitione hominem occupante uena minimè ſcindenda uideatur: ſubluenda aluus eſt: ut multitudo ab inteſtinis extrahatur (plerunque enim

ex uo-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ex uoracitate & crapula in morbum talem prolabuntur) utque humores caput occupantes reuellantur. Sublutio planè acris eſto, pituitam, bilemque ſubducens. Igitur nitrum ſolum ne habeto, ſed etiam euphorbium trium obolorum pondere (qui eluendæ aluo modus uſitatus eſt:) & cucurbitæ agreſtis interanea, aut centaurij comæ decoctum ex oleo, aut aqua. Optima quoque ſublutio fuerit, mellis conſuetæ portioni ruta adjuncta, & cum unguine elixa, & terebinthi arboris reſina. Et ſal pro nitro, & hyſſopi decoctum. Quod ſi per hæc ſubſidia paulum excitatus homo fuerit, aut febre correptus, aut ſenſum ab illo marcore ſuſcipiens, aut arteriæ bono pulſu reſtituto, aut facie utcunque meliora ſignificante; ſpes ſalutis concipienda eſt, audaciusque ſubueniendum. Interim igitur roboratis uiribus, purgatorij medicaminis, quod ſacrum uocant, jejuno maxime quidem integra potio danda eſt: ſi uires prohibeant, dimidium cum mulſa. Et æger in lectica ſupinus collocatus agitandus eſt, ſenſim eum, qui ferunt, geſtantibus; frequenter uerò, quò laſſitudo arceatur, interquieſcat: ac ſi aluus liquida ſit, liberis admittito: ſin ſecus, aquæ, aut mulſæ cyathos duos potui dato. Sin autem & dum purgatur, nauſeabundus ſit; id ne prohibeto. Nam & illa diſtentio ad expergefaciendum uigorem quendam præſtat, & pituitæ uomitus morbi cauſam euellit. Senſum uerò, & caput, & neruos repurgat ſacrum quod uocatur medicamen.

ui

non defectu tantum, uerum etiam ſtrangulatu proſternitur. At ubi præ multitudine ſyncopa fiat, & inflammatio aliqua inſignis in præcordijs, aut jecinore appareat, nequaquam procraſtinare expedit, ſecanda igitur eſt uena caua in cubito: per minutas ſectiones, id eſt, ſcarificationem etiam ſanguis detrahendus eſt, quò facultas haud ita inſignem jacturam faciat. Copioſum enim ac ſubitum naturam uitiat. Quin etiam multò minus ſanguinis, quàm in alijs occaſionibus, hauriendum eſt. Nam in ſyncopa ſi uel minimum erroris committitur, ad interitum ducit. Protinus igitur ad uires inſtaurandas alimentum dare conuenit. Natura enim priorum repulſa, & nouorum adjectione lætatur. Vtique ſi miſſionem ſanguinis facultas non ſuſtinet, inflammationesque infeſtant, cucurbitula tunc multo ante morbi judicationem ei admouenda eſt. In judicatorijs enim diebus ſyncopa incidere ſolet: in ijſdem uerò circuitibus & naturæ judicant, & morbi interimunt. Si uini potandi neceſſitas homini incidit, diligenti conſideratione opus eſt: neque enim uſque adeò tuta eſt inflammationibus uini potio, ſiquidem uini potio inflammatione laborantibus dolores auget, inflammatione uacantibus naturæ incrementum affert, ſed ante, quàm ſemel, aut iterum cuburbitulam affixiſti, & ad membra relaxanda, & ad ſanguinis facilem exitum utilis eſt: nonnullis & poſt cucurbitulæ ſecundam affixionem benefecit. Hoc uerò in caſu & parſimonia utendū eſt. Nā & in cucurbitulæ uſu nimiæ ſanguinis effuſionis idem periculum adimus: euacuationibus autem per clyſterem duntaxat ad inueterata ſtercora eijcienda opus eſt:

ſed

ſed facultatis rationem habeto. Capitis irrigationes frigidæ quotquot mihi in ſermone de phrenitide relatæ ſunt, paulum mediocritatem excedentes adhibeantur Aër mundus, ad inſpirandumque frigidior deligendus. Viſus plantarum, picturæ, aquarumque aſpectu oblectandus: & hæc omnia jucundè ſuauiterque intuenda. Amicorum præſentium locutiones ſint joculares atque ridiculæ. Summa ſit in ægrotantis corpore quies, in animo hilaritas. Odoramenta ſuauia, quæ capitis ſenſum non grauent, adhibenda. Quin etiam grati odoris alimenta naribus offerantur, qualis polenta eſt aqua aut aceto reſperſa, aut panis calidus recentiſſimè coctus. Nempè uino haud copioſè os colluatur, neque prorſus denegetur. Potum frequentiorem, quàm alijs, & magis aſſiduè his concedito. Eſca per totum diem ſit leuis, concoctilis, plerunque triticea, nec non ægrotanti jucunda, licet paulò deterior: iſtis enim magis, quàm alijs gratificandum eſt: quandoquidem haud minimè ad ſtomachi reſolutionem id morbi genus aptum eſt. Inedia uerò aut fames nequaquam prodeſt: ſatis enim morbus ipſe omnia conſumere, & exhaurire poteſt. Porrò cùm jam circuitus ad judicationem peruenit, humiditas uerò jugulum frontemque irrorat, extrema algent, arteriarum pulſatus minimus eſt, frequentiſſimus ueluti repens, ac tenore debilis, tum paulum quid alimenti triticei ſumendum, uinumque euidenter deguſtādum eſt, ſed caput irrigationibus præmunire oportet pariter & ueſicam. Hæc uerò auxilia in tractatu de phrenitide à nobis memorata ſunt. Vinum utique non pleno ore, neque ad ſaturitatem uſq; ingurgitandū eſt. Aliqui ſanè importunè repleti, poſteà inappetentia, atq; cibi potuſque accipiendi impotentia uitâ exceſſere: multis autem ſatis largè ueſcentibus ,natura jam reſoluta

τῆς δυνάμιος δὲ φείδεο. (τέγξιες) κεφαλῆς ψυχραὶ, ὁκόσαι μοι ἐπὶ φρενιτικοῖσι λελέχαται, ὅκως δὲ μετρίης ὀλίγῳ μέζω. καθαρὸς ἠὴρ ψυχρότερος ἐς ἀνάπνευσιν. ὄψιος τερπωλὴ, φυτῶν, γραφῆς, ὑδάτων, ὡς ὁρῆσθαι τὰ πάντα ἡδέως. λαλιὴ τῶν παρεόντων φιλομειδὴς, ἡσυχίη, θυμηδίη τοῦ νοσέοντος. ὀσμαὶ εὐώδεες, ἀβαρέες ἐς κεφαλῆς αἴσθησιν. ἀτὰρ καὶ τῶν τροφέων ἔστωσαν ὀσμαὶ, ἀλφίτων ξὺν ὕδατι δευθέντων, ἢ ὄξει. ἄρτων θερμῶν νεοπέπτων. οἴνῳ δὲ μὴ κάρτα κλύζειν στόμα, μηδ' ἅμα εἴργειν. ποτὸν θᾶσσον καὶ συνεχὲς, ἢ τοῖσι ἄλλοισι. τροφὴ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην κούφη, εὔπεπτος, τὰ πολλὰ σιτώδης, ἢ δὲ καὶ ἡδεῖα, κἢν μικρὸν χείρων ἔῃ. τοῖσι δὲ γὰρ τῶν ἄλλων μᾶλλον χαριστέον. οὐχ ἥκιστα γὰρ τῷ στομάχῳ ἐς ἔκλυσιν ἡ νοῦσος *ἀμφύει. ἀσιτίη δὲ ἢ λιμὸς, οὐδαμά. ἱκανὴ γὰρ ἡ νοῦσος τὰ πάντα λαφύξαι. ἢν δὲ ἥκῃ μὲν ἤδη ἡ περίοδος ἐς κρίσιν, νοτὶς δὲ κληΐδα καὶ μέτωπον ἱζάνῃ, καὶ ἄκρεα ψυχρὰ, σφιγμὸς δὲ σμικρότατος, ἢ δὲ πικνότατος, ὁκοῖον ἕρπων, ἀμυδρὸς τὸν τόνον, μικρόν τι ἄρα λαβεῖν χρὴ σίτων, καὶ οἴνου *ἐναργῶς ἅπτεσθαι. χρὴ δὲ κεφαλὴν προησφαλίσθαι τέγξεσι, ἠδὲ τὴν κύστιν. λέλεκται δέ μοι τάδε ἄκεα ἐπὶ τοῖσι φρενιτικοῖσι. διδόναι δὲ οἴνου μὴ χανδὸν, μηδὲ ἄδδην. μετεξέτεροι δὲ *πλησμονῆς ἀκαιρίῃ, ἀνορεξίῃ τε καὶ ἀδρανείῃ τοῦ φαγεῖν τε καὶ πιεῖν, ἀπώλοντο. πολλοῖσι δὲ καὶ εὐσίτοισι ἐοῦσι, λελυμένης ἤδη τῆς φύσεος, οὐδὲν τὸ πλῆθος

ἐς

ἀμφύει, ἴσως ἐμφύει.

* ἐναργῶς?

* πλησμονῆ.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἐς τὸ μὴ θανεῖν *ἤρκεσε, ἐς μὲν τὴν γαστέρα καπόντων τῶν σιτίων, οὐκ ἀνιόντων δὲ ἐς τὴν δύναμιν ἀπὸ τῆς κοιλίης. ἔστω ὦν σιτία μὲν ποικίλα, τὰ πολλὰ σιτώδεα ὡς ῥυμφάνειν μᾶλλον ἢ μασσᾶσθαι. κἢν στερεὰ ἔῃ, ὀλισθηρὰ ἔσεσθαι γιγνέσθω. ὠὰ μὴ κάρτα ξυνεστῶτα, μηδ' ὀπτὰ ὅλα, τοῦ στερεοῦ γυμνά. ψωμοὶ διάβροχοι οἴνῳ, τὰ πρῶτα θερμώδεες δύο ἢ τρεῖς. ἐπὶ δὲ τοῖσι τὰ πάντα ψυχρά, ἢν μὴ ὑποικουρέωσι φλεγμοναί. οἶνος εὐώδης μὴ κάρτα στύφων. παχὺς δὲ ὡς ἥκιστα. ἑλληνικοὶ μὲν, χῖος, ἢ λέσβιος, ὁκόσοι τε *ἄλλοι νησιῶται λεπτοί. ἰταλῶν δὲ, συρεντῖνος, ἢ φουνδανὸς, ἢ φαλερῖνος, ἢ σιγνῖνος, εἰ μὴ σφόδρα στύφῃ. παραιτέεσθαι δὲ τῶνδε, τὸν κάρτα παλαιὸν ἢ νεώτερον. διδόναι ὦν τὰ πρῶτα θερμὸν, μὴ μεῖον κυάθων τεσσάρων πρὸ τῆς κρίσιος, μηδὲ κοτύλης πλεῖον, κἢν εὔποτος ἔῃ. ἐπὶ δὲ τῶνδε σιτίων διδόντα, εἰ τὰ τῆς φλεγμασίης παρήκοι, αὖθις ψυχρὸν ὀρέγειν, ὅκως ἐς ἄκος *δίψεος. πρὸς ἀνάγκην δὲ, μὴ μόνον μὲν ξὺν σιτίῳ δέ. *προνοέεσθαι δὲ χρὴ ὡς μὴ ἅψιν φρενῶν ὁ οἶνος ποιέεται καὶ ἐπὶ *τὸ δέσιν ἀνέχειν. κἢν ἐκ διαστάσιος εὕδειν θέλει, ἡσυχίη προσαλέη. ἢν δὲ πουλὺς μὲν ἱδρὼς ἐκρέῃ, σφυγμοὶ δὲ πρὸς ἀκινησίην, ὀξεῖα δὲ φωνὴ, ἄθερμα δὲ καὶ τὰ στήθεα, διδόναι τοῦ οἴνου ὁκόσον ἂν δύνηται πιεῖν. μοῦνος γὰρ οἶνος ἐλπὶς ἐς ζωὴν ψυχροῖς. καὶ οἶνος ἐὼν *ξυνήθης ἔῃ, ἄλλοτε μὲν πιεῖν ἄλλοτε δὲ (αὖ) σιτίον ξὺν οἴνῳ φαγεῖν ἐκ διαστήσιος μὲν, ἐς ἀνάπαυλαν

* ἤρκεσαν.
* ἄλλοσε.
* δίψεσι.
* προυπερηρεῖσθαι,
* φρεσὶ δὲ συνανέχειν.
* ξυνήθεις.

ad mortem euitandam alimentorum copia nihil profuit: in uentriculum quidem cibis delabentibus, ſed ad recreandas uires à uentre non aſcendentibus. Alimenta ſanè uaria ſint oportet, plerunque triticea, quò ſorberi potius, quàm mandi apta ſint, ſi ſolida ſunt, lubrica ſaltem efficiantur, Oua neque ualdè concreta, neque torrefacta ſint, ſed omninò ſoliditatis expertia. Panis buccellæ uino madentes & calefactæ duæ tresúe initio præbeantur. Poſt autem omnia frigida miniſtrentur, niſi forſan interius phlegmonæ deliteſcant. Vinum odoratum, haud ita multum adſtringens, quàm minimè craſſum deligatur, ex Græcis Chium aut Lesbium, & quotquot alia Inſulana tenuis ſunt temperaturæ: ex Italicis autem Surrentinum, aut Fundanum, aut Falernum, aut Signinum, niſi uehementer adſtringat. Atque ex his omnibus illud uitandum eſt, quod peruetuſtum, aut ualdè nouum ſit. Nempè detur primò calidum non minus cyathis quatuor ante judicationem, neque plus cotyla, ſiue hemina, quamuis bibax homo ſit. Deinceps cibo exhibito, ſi inflammatio permiſerit, iterum frigidum uinum, quod ſiti medeatur, propinandum. At ſi neceſſitas urgeat; uino non ſolo, ſed cum cibo utendum eſt. Verum ne mentem uinum lædat, cibus ante ſumendus eſt: & poſthæc abſtinendum. Si poſt aliquod temporis interuallum dormire uelit, quies concedenda eſt. Verùm ſi multus ſudor emanet, arteriæ jam micare deſinant, uox acutior reddatur, & pectus calore deſtituatur; uini quantum potare poſſit, concedendum. In ſolo enim uino refrigeratis ſpes uitæ poſita eſt. Vinum itaque ſit uſitatum, & modo id ægrotus tantum bibat, modo cibum cum uino aſſumat. Id autem per interualla

fiat

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſtat ad tollendam laſſitudinem, quæ tum ex morbo, tum ex cibo prouenit. Nam qui exiguas uires habent, & poſt aſſumtum cibum ualdè laborant. Igitur & ipſum decet forti eſſe bonoque animo, & medicum ſuaui oratione eum ad bonam ſpem cohortari, varioque alimento & uino opitulari: nec non & alia efficaci medela uti opus eſt, & ad ſudores coërcendos, & ad uires inſtaurandas, ut penè extinctæ reuiuiſcant. Quapropter pectoris ſiniſtræ mammæ palmulæ in uino maceratæ cum aloë & maſtiche ſuperdentur: ceratum uerò cum nardo factum iſta excipiat. Quòd ſi iſtud durum ſictumque fiat; aliud epithema imponendum: mala cotonea extracto ſemine, & quicquid durum eſt, contuſa polentæ odoratæ admiſceto: poſtmodum abſinthij & myrthi comam, acaciam quoque & mannam cribratas permiſceto: ſimulque omnia ſubacta œnanthino cerato excipito. Si per hæc ſudor non ſupprimatur, uuæ acerbæ ſuccus miſcellæ addendus eſt. Succus igitur iſte, quem Græci Omphacion uocant, cùm maxime acerbus eſt, & acacia, & gummi; & rhous eſculentus, & alumen, & palmulæ, & roſarum ſuccus benè olens ſimul omnia cum nardo & labruſca ex oleo pectori ſuperponatur. Hujuſmodi nanque epithema juxtà refrigerat & adſtringit. Decumbat uerò æger in aëre frigido, aut & ad urſam domus uergat. At ſi & frigida boreæ aura afflabit, malè ſpirantem animum excitabit. Moretur autem & propè uirentia prata, fonteſque, & obſtrepentes riuos: nam & ab his emanans bonus halitus,

τοῦ καμάτου, τοῦ ἐκ τε τῆς νούσου καὶ τῆς τροφῆς. ἐν γὰρ σμικρῇ τῇ ἰσχύϊ μογέουσι κάρτα καὶ ἐπὶ τῇ ἐδωδῇ. χρὴ ὦν αὐτόν τε ἀλκήεντα καὶ εὔθυμον ἔμμεναι, καὶ τὸν ἰητρὸν ἔπεσι μὲν παραφάσθαι ἐς εὐελπιστίην ἔμμεναι, ὡς δὲ ἀρήγειν *ποικίλῃ τροφῇ τε καὶ οἴνῳ. χρὴ δὲ καὶ τῇ ἄλλῃ ἰητρείῃ *ἐνέργῳ χρέεσθαι, ἔς τε τὴν τῶν ἱδρώτων κάθεξιν, ἔς τε δυνάμιος ἀνάστασιν ἐς τὸ ζώπυρον. ἔστω ὦν *ἐπίθημα τῷ θώρηκι ἐς τὸν ἀριστερὸν μαστὸν, φοίνικες ἐν οἴνῳ *λεῖοι, ξὺν ἀλόῃ, καὶ μαστίχῃ. κηρωτῇ δὲ ξὺν νάρδῳ πεποιημένῃ ἀνειλήφθω τάδε. καὶ ἢν τόδε ἀστηρὸν γίγνηται, ἄλλο ἐπιτιθέναι ἐπίθημα, μήλων ἐξελόντα τὸ σπέρμα, καὶ ὅ,τι περ ἂν σκληρὸν ᾖ, θλάσαντα ξυμμίσγειν ἀλφίτοισι εὐώδεσι. ἔπειτα *ἀψινθίου κόμην καὶ μυρσίνης, ἠδ' ἀκακίης καὶ *μάννης σεσησμένων ξυμμίσγειν. ὁμοῦ δὲ τὰ πάντα *φυράσαντα, κηρωτῇ ἀναλαμβάνειν οἰνανθίνῃ. ἢν δὲ ὑπὸ τῶνδε μὴ ἴσχηται ὁ ἱδρὼς, ὄμφακος χυλὸν εἰς φύρησιν ξυντεθὲν, ὀμφάκιον *ἀκμαῖον, καὶ ἀκακίη. καὶ κόμμι δὲ, ῥοῦς τὸ *ἐδώδιμον, καὶ στυπτηρίη, καὶ φοίνικες, καὶ ῥόδων χυλὸς εὔπνοος. ἅμα πάντα νάρδῳ τέ καὶ *οἰνάνθῃ, τῷ λίπαϊ ἐς τὸν θώρηκα τιθέναι. καὶ γὰρ τόδε ἐμψύχει τὲ καὶ στύφει. κατακεέσθω δὲ ἐν ἠέρι ψυχρῷ, εἴτε καὶ πρὸς ἄρκτον ὁ οἶκος. εἰ δὲ καὶ εἴη αὔρη βορέου ψυχρὴ ἐπιπνείουσα, ζωγρήσει κακῶς κεκαφηότα θυμόν. ἔστω δὲ καὶ εἰς *λειμῶνας καὶ πηγὰς, καὶ κελαρύζοντας ὀχετούς. καὶ γὰρ καὶ τὸ εὔπνοον τῶνδε

καὶ ἡ

Margin notes: * ποικίλου. * ἐνεργοῦ ἄλλως ἐνεργῷ. * ἐπιθήματι. † λεῖον. * ἀψίνθου. * μάνης. * φυρήσαντα. * ἐκμάκλου. ἐδώδιμα. οἰνάνθης. * λειμένα.

καὶ ἡ θυμηδίη, καὶ τὴν ψυχὴν θάλπει, καὶ τὴν φύσιν ζωγρεῖ. αὐτὰρ καὶ πρόκλησις τοῦ φαγεῖν τε καὶ πιεῖν. ἢν δὲ ὑπ' ἀπορίης μὴ τάδε τις εὐτυχῇ, μιμέεσθαι χρὴ καὶ αὔρην ψυχρὴν, πτόρθων εὐωδέων ἡδονῆς ῥιπίσι, καὶ ὥρην ἦαρος φύλλοισι, ἠδ' ἄνθεσι τοῖσι παρεοῦσι στορέσαντα τὴν γῆν. αὐτὰρ καὶ ἐπίβλημα ἔστω κοῦφον παλαιὸν, ὡς δέχηται μὲν τὸν * ἀέρα, διαπνέῃ δὲ τοῦ θώρηκος τὴν θέρμην. ἄριστον δὲ ὀθόνη παλαιή. * πάσιν δὲ αὐχένας καὶ * κληῖδα ἄλφιτα καὶ θώρηκα. τρέφειν μὲν τῷ εὐόσμῳ, τῷ δὲ αὐχμηρῷ συνέχειν. καὶ * ἀπαλαίῃ δὲ τοῦ σώματος τὸ ἀραιὸν ἐμπλάσσειν, ἀτὰρ καὶ τὰ πρόσωπα τῇ γῇ τῇ σαμίῃ, τῇ κρησέρῃ σεσησμένῃ ἐς ὀθόνην ἀραιὴν ἐνδήσαντα καταπάσσειν, ὡς διασήθηται ἐς τὰ μέτωπα καὶ τὰ μῆλα ἡ ἄχνη, καὶ * τίτανον ἐσβεσμένην, καὶ γύψον ὀπτὴν, σηθέντα ἐκ κρησέρῃ μικρῇ, ἐμβάλλειν ἐπὶ τοῖσι ἰκμαλέοισι. ἔστησε τε καὶ ἱδρῶτας, καὶ σπογγίη ψυχροῦ ἐς τὰ πρόσωπα προβληθεῖσα, πήξι μὲν τῶν διαρρεόντων ὑγρῶν, πυκνότητι δὲ τοῦ ἀραιώσιος. * διαχρίειν δὲ τὴν ἕδρην, ὅκως ἡ τοῦ ψυχροῦ φῦσα, καὶ τοῦ τροφῆς ἐκχέηται, ἢ δὲ ἀνακαλέσασθαι τῶν ἄκρων τὴν θέρμην, γλευκίνῳ, ἢ σικυωνίῳ λίπαϊ ξὺν πεπέρει, καὶ τῷ καστορίῳ καὶ νίτρῳ, καὶ κάχρυος σμικρὸν ἐντήκοντα, ὡς ποθίζει τὸ χρίσμα, καὶ διὰ τοῦ λιμνήστιδος ἠδ' εὐφορβίου, καὶ δάφνης τοῦ καρποῦ ἄλειμμα, ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεσθαι. ἀτὰρ καὶ βολβοὶ ὠμοὶ, οἱ σμικροί τε καὶ ἐρυθροὶ, ξὺν πεπέρει καὶ ὄξεος τρυγὶ λείῃ, ἄριστον ἐπίπλασμα τῶν ποδῶν,

ἠέρα.
πάσσειν.
κληῖδας ἀλφίτοισι,
παιπάλῃ.
τίτανος.
διαχρίειν.

& mentis delectatio, animam fouet & naturam ſuſcitat, uitæque reſtituit: quin etiam cibi potionisque deſiderium laceſſit. Cæterum ſi quis ob inopiam hæc aſſequi nequeat, imitari oportet & auram frigidam ramorum benè olentium uoluptuarijs flabellis, & tempus uernum folijs ac floribus præſentibus humum ſternentes. Operimentum quoque leue ſit & obſoletum; ut aërem quidem accipiat, calorem autem pectoris exhalare permittat. Optimum uerò eſt uetus linteum. Ceruices quidem & jugula & pectus polenta conſpergito: ut odoris ſuauitate nutriat, ſiccitate coërceat. Item & polline quidem corporis raras partes contegito: nec non & faciem terra ſamia lineo ſacculo cribrata, & raro linteolo incluſa reſpergito, ut minutiſſimus puluis in frontem & malas excutiatur. Calx præterea extincta, & gypſum exuſtum per lineum paruum ſacculum, quem Græci Criſeram uocant, tranſmiſſa ſudore madentibus inijciantur. Compreſſit ſudores nonnunquam & ſpongia ex frigida faciei admota: dilabentes enim humores coguntur, & cutis raritas conſpiſſatur. Prodeſt etiam ſedem inungere: ut frigidus flatus, & ab alimento exortus effundatur. Item reuocandus excitandusque eſt extremorum calor illitu gleucini olei, aut ſicyonij, quod ex agreſti cucumere efficitur, cum pipere, caſtorio, nitro, & cachry: modicum ceræ in eis eliquando, ut inunctio membris inhæreſcat. Illitio quoque ex adarce, limneſtida uocant, euphorbio, & lauri bacca calorem exuſcitat: pariter & bulbi erudi, illi inquam, qui exigui & rubri ſunt, cum pipere & aceti fece læuigata ualentiſſimum pedibus cataplaſma imponitur: ſed

intra

intra horæ ſpatium illud frequentiſſimè auferendum eſt. Inſtat enim periculum ulceris & ueſicarum. Porrò ab his ſpes affulget ita ægrotantem perniciem euaſurum. Quòd ſi omnia ſecundum rationem medicus præſtet, recteque omnia cedant, cum ſyncopa ſi inflammationes quoque adſint, diſcutiuntur: ſudor nuſquam effluit: calor in quamlibet corporis partem ad extremos uſque pedes, & ſummas nares diffuſus reuiuiſcit: facies uegeto colore decoratur: pulſatus in magnitudinem efferuntur, nihil tremuli, ſed uehementes: uox autem conſueta reuertitur, & canora eſt: ipſeque prorſus uiuidus efficitur. Laſſitudinem quidem haud exiguam percipit, uerùm dormire etiam conſpicitur. Atqui ſi ipſum ſomnus occupauerit, eibaria planè concocta erunt: ſenſus mali obliterabitur: naturæque uis egerminabit, & reuireſcet: cumque à ſomno expergiſcitur, bene ſpirat, leuis eſt, expeditus & robuſtus: reuocat autem in memoriam morbum ceu quoddam ſomnium. At nonnulli ſunt, quibus febres obſcuræ, tanquam morbi reliquiæ, remanent: nonnunquam & inflammationes modicæ, & lingua arida, & ſudoris priuatio: præterea rigent, torpent, diſſoluuntur. Hi ſanè in tabem prolabuntur. Tunc uerò tempus terendum non eſt quiete & uictu tenui: ſed ad motiones æger traducendus per geſtationes, frictiones, & lauacra: quò uitæ reſiduum à morte uindicetur, augeatur, ac recreetur. Propinandum uerò eſt etiam lac maximè mulieris, quæ proximè peperit, puerumq; nutrit. Hi nanq; alimento, ut nuper in lucem editi pueri, egent. Si lactis humani copia non datur, aſinæ, quæ non pridem peperit, lac accipito: tenue eſt enim ac fluxile hujuſmodi lac. Poſthæc ad reſumtionem & ad conſueta æger ducendus eſt.

CVRATIO CHOLERÆ.

καθ' ὥρην ξυνεχέστατα ἀείροντα. κίνδυνος γὰρ ἑλκέων, ἠδὲ φλυκταινώσιος. ἐπὶ τοῖσι ἐλπὶς τὸν ὧδε νοσέοντα διαδρῆναι τὸν ὄλεθρον. ἢν πάντα μὲν τὰ κατὰ λόγον ἰητρὸς ἔρδῃ, εὖ δὲ πάντα χωρέῃ, ξὺν τῇ ξυγκοπῇ καὶ εἰ φλεγμασίαι ἐπέασι ἐκλύονται. καὶ ἱδρὼς μὲν *οὐδαμᾶ, θέρμης δὲ ἀνάκλησις πάντῃ. ἀτὰρ καὶ ἐς ἄκρους πόδας, καὶ ἀνὰ ῥῖνα. τὸ δὲ πρόσωπον εὔχροον. σφυγμοὶ ἐς μέγεθος ἠρμένοι, ἄτρομοι, σφοδροί. φωνὴ δὲ *ξυνήθης, εὔφωνος, καὶ τὰ πάντα ζωώδης. κάματος οὐκ ἀγεννὴς, ἀτὰρ ἠδ' εὕδων ὁρᾶται, καὶ ἣν ἕλῃ μὶν ὕπνος, ἐξέπεψε μὲν τὰ σιτία, ἐξένηψε δὲ τὴν αἴσθησιν, ἀτὰρ ἠδ' ἐξεβλάστησε τὴν φυήν. κἢν ἐξ ὕπνου ἔγρηται, εὔπνοος, εὐσταλὴς, ἄτονος, ἀναπεμπάζεται δὲ ὅκωσπερ ὄναρ τὴν νοῦσον. μετεξετέροισι δὲ, πυρετοὶ ἀμαυροὶ ἐγκαταλείπονται, καὶ πῃ καὶ φλεγμασίαι σμικραὶ, καὶ γλῶσσα ξηρὴ, ἄνικμοι, ῥιγώδεες, νωθροὶ, διαλελυμένοι, οἷσι ἐς μαρασμὸν ἡ περιτροπή. εὖτε οὖν καταβλακεύειν χρὴ ἠρεμίῃ καὶ λεπτῇ διαίτῃ. ἀλλ' ἐς κινήσιας ἄγειν αἰώρης καὶ τρίψιος, καὶ λουτρῶν, ὅκως ἐκ τοῦ νεκρώδεος ἐνταθείη καὶ ἀνατραφείη τὸ ζώπυρον. διδόναι δὲ καὶ γάλα μάλιστα μὲν γυναικὸς νεοτόκου, καὶ κουροτρόφου. καὶ γὰρ οἵδε ἀνατροφῆς ὅκως ἀρτίτοκοι παῖδες δέονται. ἢν δὲ μὴ, ὄνου μὴ παλαιοτόκου. ἐξίτηλον γὰρ τὸ τοιόνδε γάλα. καὶ ἐπὶ τοῖσδε ἐς ἀνάληψιν ἄγειν, καὶ τὰ συνήθεα.

* οὐδαμᾶσι
* ξυνήθεος

ΘΕΡΑΠΕΙΑ *ΧΟΛΕΡΗΣ,

R Κεφάλ.

* χολέρης.

Κεφάλ. δ.

Ἐν χολέρῃ ἡ τῶν φερομένων ἐπίσχεσις κακόν. * ἄπεπτα γὰρ χρὴ ὧν ἡμᾶς, εἰ ῥηϊδίως αὐτόματα δέχεσθαι, ἢν δὲ μή, ὀτρύνειν, διδόντας ὕδατος εὐκρήτου * ῥυμφαίνειν, ξυνεχές γε μήν. ὀλίγον δὲ, ὅκως μὴ ἐντάσιες ἔωσι κεναὶ στομάχῳ σπασμώδεες. ἢν δὲ καὶ στρόφοι ἔωσι, καὶ ποδῶν ψύξιες, τέγγειν μὲν τὴν κοιλίην λίπαϊ θερμῷ ξὺν πηγάνῳ, καὶ κυμίνῳ ἑψηθέντι, ἐς τὰς τῶν φυσέων διακρίσιας. καὶ ἐπιτιθέναι εἴριον, καὶ τὼ πόδε λιπαίνοντα ἡσυχῇ τρίβειν, ἀμφαφόωντα μᾶλλον ἢ πιέζοντα. ἀτὰρ καὶ μέχρι τῶν γουνάτων γιγνέσθω τάδε, ἐς ἀνάκλησιν θέρμης. καὶ μέσφι μὲν κόπρεα κάτωθεν διαχωρέει, ἄνωθεν δὲ χωρέει χολώδεα, τάδε χρὴ ποιέειν. ἢν δὲ ὑπεληλύθῃ μὲν ὁ πᾶς παλαιὸς σῖτος, χολαὶ δὲ δίιωσι, καὶ χολώδης * ἔμετος, καὶ διάτασις ἔῃ, ἠδὲ καὶ ἄση, καὶ ἀπορίη, καὶ ἀδυναμίη, ψυχροῦ ὕδατος κυάθους δύο, ἢ τρεῖς διδόναι, ἔς τε τὴν τῆς κοιλίης στύψιν, ὅκως ἐπίσχῃ τὴν παλίρροιαν, ἠδὲ τὸν στόμαχον αἰθόμενον ἐμψύξῃ. ξυνεχέως δὲ τόδε, ἐπὴν τὸ ποθὲν ἐμέσῃ, πρήσσειν. ῥηϊδίως μὲν τὸ ψυχρὸν ἐν τῇ κοιλίῃ θάλπεται. ἀτὰρ ἠδὲ ἐξεμέει ὁ στόμαχος, ἀχθηδόνι τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ. ξυνεχέως δὲ ποθέει ψυχρὸν ποτόν. ἢν δὲ καὶ σφυγμοὶ μὲν ἐς τὸ μικρὸν ξυμπέσωσι, ἢ δὲ ἐς τὸ ξυνεχὲς καὶ πυκνὸν διώκωνται, ἱδρὼς δὲ περὶ μέτωπα καὶ κληῖδας, καὶ πάντῃ τοῦ σώματος σταγδὸν ῥέῃ, καὶ γαστὴρ μὴ ἐπίσχηται, καὶ ὁ

φ ἄπεισι. ῥοφαίνειν. ἀπελύθη ἔμετος.

Caput IIII.

IN Cholera eorum, quæ eijciuntur, ſuppreſſio mala eſt: cruda enim ſunt. Quare nos oportet ea facilè ſponteque exeuntia libenter permittere: ſi non exeant, incitare, aquam tepidam ſorbitioni dantes, aſſiduè quidem, ſed paucam, ne tentiones inanes in ſtomacho fiant conuulſioni ſimiles: ſi torquentur inteſtina, & pedes frigeſcunt, irriganda eſt aluus calido unguine, in quo ruta, cuminumque incocta ſint: ut flatus digerantur, diſſipenturque, lana quoque imponenda eſt, & pedes inungendo molliter fricare oportet, contrectando magis, quàm premendo. Sed genibus tenus hæc fiant: ut caliditas, quæ abierat, reuocetur. Hæc uerò tantiſper facienda ſunt, donec ſtercora per inferiora deijciantur, & ſuperius biliosa efferantur. Sin autem omnia antiqua ſtercora dejecta fuerint, & billioſi humores tranſierint, bilioſusque uomitus & diſtentio adſit, faſtidium, anxietas, uirium labefactatio; tunc frigidæ aquæ cyathi duo, aut tres propinandi ſunt ad uentris adſtrictionem: ut retrogradus humorum curſus cohibeatur: utque ſtomachus ardens refrigeretur. Aſſiduè uerò id, cùm potam aquam uomuerit, facito. Facilè quidem frigida in uentre incaleſcit: uerùm eam ſtomachus euomit à calida pariter ac frigida dolore affectus, ſemper autem frigidum potum expedit. Porrò ſi arteriarum motus ad paruitatem lapſi fuerint, nec non aſſiduè & frequenter micẽt arteriæ, ſudor circa frontẽ & jugula & qualibet corporis parte ſtillatim effluat, alui profluuiũ non ſiſtatur, &

uentri-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

uentriculus adhuc euomat cum diſtentione & animi deliquio; parum uini odorati & adſtringentis aquæ frigidæ infundendum eſt: ut præ odore ſenſus excitetur: ob ejuſque potentiam roboretur, & corpus ob nutricationem recreetur. Vinum enim celeriter ſurſum petit, ut retrogradum humorum fluxum coërceat. Tenue uerò eſt, ut facilè diffuſum naturæ ad ſanitatem recuperandam opem ferat: ualidum quoque, ut uires dilabentes fulciat, atque ſuſtineat. Inſpergenda eſt etiam nonnunquam recens & benè olens polenta. Verùm enimuerò ſi omnia urgeant, ſudor & tentio non ſtomachi modo ſed etiam neruorum, ſingultus inanis, & pedes contendantur, & aluus multa excernat, & homo caliget, & pulſatus arteriarum ad immobilitatem uergant, tunc hujuſmodi ægroti ſtatum præuertere opus eſt. Quòd ſi jam adſit, frigidæ ac uini multum præbendum eſt, & nequaquam meracius: ne fiat ebrius, ac ne lædantur nerui: ſed cum cibo, & panis buccellis madefactis. Præbere quoque aliam eſcam conuenit, qualis à me in capite de Syncopa tradita eſt, item fructus mollioris corticis, oporam Græci uocant, adſtringentes, ſorba, meſpila, mala cydonia, unam. Cæterum ſi omnia euomit, & ſtomachus nihil retinet, ad calidas potiones & cibaria recurrendum: nonnullis enim hæc mutatio uomitionem compeſcit: calida uerò calidiſſima ſunto. Sin horum auxiliorum nullum proficit, cucurbitula in interſcapulo affigenda eſt, atque infrà umbilicum. Verùm aſſiduè cucurbitulæ mutandæ ſunt: nam ſi diutius permaneant, dolorem cient, periculumque eſt, ne ueſiculas excitent. Profuit interdum & auræ motus ſuauis:

ςόμαχος ἐμέῃ ἐπὶ ξὺν τάσει καὶ λει-
ποψυχίῃ, καὶ οἴνου βραχὺ *ἐπιςάζειν (* ἐπιςάζειν)
τῷ ὕδατι τῷ ψυχρῷ, εὐώδεος, ςρυ-
φνοῦ, ἔς τε τὴν τῆς αἰσθήσιος † ἀνά- († ἀνάκλησις.)
κλησιν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς, καὶ ἐς τὴν τούτου
ῥῶσιν, ὑπὸ τῆς δυνάμιος, καὶ ἐς τὴν τοῦ
σώματος πρόσθεσιν ὑπὸ τῆς θρέψιος.
οἶνος γὰρ ὠκὺς μὲν ἐς τὴν ἄνω ἴξιν,
ὡς τὴν παλίρροιαν σχέθειν. λεπτὸς
δὲ, ὡς ῥηϊδίως χυθεὶς τῇ φύσει συνέ-
ξειν ἐρρῶσθαι. κραταιὸς δὲ ὡς δύναμιν
ςῆσαι ῥέουσαν. ἐπιπάσσειν δὲ καὶ ἀλ-
φίτων κοτὲ νέων, εὐπνόων. ἢν δὲ ξυνε-
πείγῃ πάντα ἱδρὼς καὶ ἔντασις οὐ τοῦ
ςομάχου μοῦνον, ἀλλὰ καὶ νεύρων,
λὺγξ κενεὴ καὶ πόδες ξυντιταίνων- (λύξ.)
ται, καὶ κοιλίη ὑποφέρῃ πολλὰ, καὶ ἀ-
χλυώδης ὁ ἄνθρωπος, σφυγμοὶ δὲ
πρὸς ἀκινησίην ἔωσι, τότε χρὴ φθά-
νειν τήνδε τὴν κατάςασιν. εἰ δὲ καὶ πα-
ρῇ, ψυχροῦ καὶ οἴνου πολλόν τι διδόναι.
μὴ ἀκρητεςέρου δὲ, διὰ τὴν μέθην καὶ τὰ
νεῦρα, ξὺν σιτίῳ, ψωμοῖσι διαβρό-
χοισι. διδόναι δὲ καὶ τῆς ἄλλης τροφῆς,
ὁκοῖα ἐν συγκοπῇ μοι λέλεκται, ὀπώ-
ρην ςύφουσαν, οὖα, μέσπιλα, μῆλα
κυδώνια, ςαφυλήν. ἢν δὲ τὰ πάντα
ἐμέῃ, καὶ ὁ ςόμαχος μηδὲν ἴσχῃ ἐς τὰ
θερμὰ καὶ ποτὰ καὶ βρώματα παλιν-
δρομέειν. μετεξετέροισι γὰρ ἔςησιν
ἡ μεταβολή. τὰ θερμὰ δὲ ἔςω θερμό-
τατα. ἢν δὲ μηδέν τι τούτων ἀρήγῃ,
σικύην ἐς τὸ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέ-
ων προσβάλλειν, καὶ κάτωθεν ὀμφα-
λοῦ τρέπειν. συνεχῶς δὲ τὰς σικύας
μεθιζάνειν. ὀδυνηρὸν γὰρ τὸ ἐπίμονον,
καὶ κίνδυνον φέρον φλυκταινώσιος.
ὤνησέ κοτε κίνησις * ὥρης εὔπνοος, (* οἷον αὔρης.)

ὡς καὶ τὸ πνεῦμα ζωγρῆσαι καὶ τὴν τρο-
φὴν ἐν τῇ κοιλίῃ σχέθειν, καὶ εὔπνοον καὶ
εὔσφυκτον τὸν νοσέοντα θέμεναι. ἢν
δὲ ἐπὶ μέζω γίγνηται τάδε, ἐπὶ τῆς
κοιλίης καὶ τοῦ θώρηκος πθέναι. καὶ τά-
δε ἔσω ὁκοῖα ἐς συγκοπὴν, φοίνικες
ἐν οἴνῳ δεδευμένοι, ἀκακίη, ὑποκυ-
στίς. τάδε ξὺν ῥοδίνῃ κηρωτῇ ἀναλα-
βόντα. ἐγχρίσαντα δὲ ἐς ὀθόνην, ἐπὶ
τὴν κοιλίην πθέναι, ἐς δὲ τὸν θώρηκα
μαστίχην, ἀλόην, ἀψινθίου κόμην
λείαν ξὺν κηρωτῇ *ναρδίνῳ, ἢ οἰνάν-
θης ἐπιπάσσαι ὅλῳ τῷ θώρηκι. ἐς δὲ
τοὺς πόδας καὶ τοὺς μύας ἢν σπῶνται,
σικυώνιον, γλεύκινον, ἢ παλαιὸν ἄ-
λειφα, ξὺν κηρῷ σμικρῷ χρίειν. ἐπι-
πάσσειν δὲ καὶ τοῦ κάστορος. ἢν δὲ καὶ
ψυχροὶ ἔωσι οἱ πόδες, καὶ τῷ διὰ τῆς
λημνίσιδος καὶ εὐφορβίου χρίειν ἀλείμ-
ματι, καὶ ἐρίοισι *ἀμφελίσσειν, καὶ
ψηλαφίῃ χειρῶν ἀπιθύνειν. ἀλλὰ
καὶ τὴν ῥάχιν καὶ τοὺς τένοντας, καὶ τοὺς
μύας, τῶν τε σιηγόνων τοῖσι αὐτέοισι
χρίειν. κἢν μὲν ἐπὶ τοῖσι ἴσχηται μὲν ὁ
ἱδρὼς, καὶ ἡ γαστὴρ, ὅ, τε στόμαχος δέ-
χηται τὰ σιτία, καὶ μὴ ἐμέῃ, σφυγμοὶ
δὲ μεγάλοι τε καὶ εὔτονοι ἔωσι, καὶ ἡ ξύν-
τασις ἀπολείπῃ, θέρμη δὲ (καὶ) πάντα
ἀναιρῇ, καὶ τὰ ἄκρα ἀδικῇ, ὕπνος δὲ
πάντα πέσσῃ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἢ τρίτῃ
*λύσαντα, *τρέπειν ἐς τὰ ξυνήθεα.
ἢν δὲ πάντα μὲν ἀπεμέῃ, ἱδρὼς δὲ
ἄσχετος ῥέῃ, ψυχρὸς δὲ καὶ πελιὸς γίγ-
νηται ὤνθρωπος, σφυγμοὶ δὲ πρὸς ἀ-
πόσβεσιν ἔωσι καὶ ἀπηυδήκῃ, ἀγαθὸν
ἐν τοῖσι τουτέοισι εὐπρεπέα εὑρέσθαι
φυγήν.

ναρδίν. ἀφελίσσειν. λούσαντα. τρέφειν.

ut & ſpiritus reuiuiſcat, & cibus in uentriculo remoretur: utque melius ægrotus ſpiret, meliusque arteriæ micent. At ſi hæc in peius labantur, uentri, pectorique talia imponenda ſunt, qualia & ad ſyncopam ſupra memorauimus: palmulæ uino madefactæ, acacia, hypocyſthis, hæc roſeo cerato excepta, linteoloque illita uentri imponito: pectori autem maſtichen, aloëm, abſinthij comam tritam cum cerato nardino ſuperdato: aut œnanthem toti pectori inſpergito. Pedes uerò & muſculos, ſi conuellantur; ſycyonio, gleucino, aut ueteri oleo cum exigua cera perungito, Caſtoreo quoque reſpergito. Porrò ſi frigidi etiam pedes ſint, unguine ex adarce & euphorbio inungito, & lanis obuoluito, & manuum palpitatione foueto. Quin etiam dorſi ſpinam, tendones, & muſculos; nec non & maxillas ijſdem inungere expedit. Quòd ſi poſt hæc ſudor & uenter ſuppreſſi fuerint, & ſtomachus cibos admittat, neque euomat, pulſus magni & ualidi ſint, & conuulſio deſinat, ſed calor ubique increſcat, & extrema infeſtet, ſomnus uerò omnia concoquat; ſecundò di eaut tertio ſoluendus (*lauandus*) eſt æger, & ad conſueta mittendus. At contrà ſi omnia uomitu reijciat, ſudor perennis effluat, frigeat laborans, & liuidus fiat, pulſus etiam propè extincti ſint, & uires cadant; cùm ita inquam ſe habuerint, inde honeſtam fugam capeſſere bonum eſt.

CVRA-

CVRATIO VOLuuli.

Caput V.

IN uoluulo dolor eſt perimens ob inteſtinorum phlegmonem: diſtentio adeſt,& inflatio: celerrima ac fœdiſſima pernicies impendet. Nonnulli enim deſperata ſalute ægrotantes mortem euidentem tantummodo formidant: aliqui uerò in uoluulo ob cruciatus acerbitatem mortem expetunt. Quocirca neque remedium ullum morbo inferius,neque debilius à Medico adhiberi opus eſt. Verùm ſi morbi cauſam inflammationem eſſe inuenerit: uenam in cubito magna ſectione aperiat: quò multus ſubitò ſanguis inflammationis alimentum, uel uſque ad animi deliquium effundatur. Etenim hoc uel ſedandi doloris, uel ſtuporis ac ſenſus priuationis initium eſt. In uoluulo autem recreatio eſt ac reſpiratio, uel ad breue tempus (licet præ ignorantia) tormenti dilatio. Quandoquidem hominibus ita uiuentibus mori beatum eſt: Medico autē cuiquam nobili mortem inferre nefas ducitur. Sed fas eſt interdum, cùm præſentia mala euadi non poſſe manifeſtè præuideat; grauitate capitis torpida ægrotum ſopire. Sin abſque inflammatione ob corruptionem, aut ingens frigus uoluulus prouenerit; uenæ ſectio dimittenda eſt: reliqua autem omnia facienda. Conſulendum eſt igitur,ut à potu aquæ tepidæ frequenter euomat, oleum multum bibat, deinde rurſum euomat, flatus inferius irritamentis educendi. Irritatoria quidem ſunt cyclamini ſuccus & nitrum, aut ſal: flatus autem euocant cuminum & ruta. Igitur his omnibus cum reſina terebinthi ſedem oblinere oportet, & ſpongijs fouere: aut hæc per clyſteres infun-

ΘΕΡΑΠΕΙΑ εἰλέου.

Κεφάλ. ε.

Ἐν εἰλεῷ πόνος ἐστὶ ὁ κτείνων ἐπὶ
φλεγμονῇ ἐντέρων ἢ *ἔντασις, καὶ † ὄγκωσις.
πρῆσις. ὤκιστος, ὁ δὲ κάκιστος ὄλεθρος.
μετεξέτεροι μὲν γὰρ ἀνελπίστως νοσέοντες, θάνατον προφανέα μοῦνον
ὀῤῥωδέουσι. οἱ δ' ἐν εἰλεῷ πόνοι, ὑπερβολῇ θανάτου ἔρανται. χρὴ ὦν μήτε
σμικρότερόν τι γίγνεσθαι τὸν ἰητρὸν τοῦ πάθεος, μήτε βραχύτερον. ἀλλὰ ἢν
μὲν φλεγμασίην αἰτίην εὕρηται, τάμνειν φλέβα. τὴν ἐπ' ἀγκῶνι μεγάλῃ
τῇ χάσει, ὅκως *ἀθρόως διεκχέῃ τὸ * ἀθρόον.
αἷμα τῆς φλεγμασίης ἡ τροφὴ, κἢν
μέσφι λειποθυμίης. τόδε γὰρ ἢ ἀπονίης ἀρχὴ γίγνεται, ἢ νάρκης ἐς ἀναισθησίην. ἀνάπνευσις δὲ ἐν εἰλεῷ, κἢν ὑπ' ἀγνοίης ἐς βαιὸν χρόνον ἔῃ τοῦ πόνου ἀμβολή. ἐπεὶ καὶ τὸ θνήσκειν τοῖς μὲν ὧδε πνέουσι εὐδαιμονίη. τῷ ἀρχιητρῷ δὲ οὐ θέμις πρήσσειν. θέμις δέ κοτε προ-
γιγνώσκοντα *σαφὰ τὰ παρεόντα ὡς * νηφῶν.
οὐ φύξιμα, καρηβαρέῃ νωθρῇ εὐνᾶσθαι. ἢν δὲ ἄνευ φλεγμασίης ἐπὶ διαφορῇ, ἢ ψύξει κραταιῇ γίγνηται ὁ εἰλεὸς, φλεβοτομίην μὲν ἴσχειν, τὰ δὲ λοιπὰ ἅμα πάντα πρήσσειν, ἐμέειν ἀπὸ ὕ-
δατος θαμινὰ, *συχνὸν πίνειν ἔλαιον. * εὔχνον.
εἶτα αὖθις ἐξεμέειν, φύσας ἄγειν κάτω ἐρεθίσμασι. ἐρεθιστικὸν μὲν κυκλαμίνου χυλὸς, καὶ νίτρον, ἢ ἅλες. φυσέων δὲ ἀγωγὰ, κύμινον, ἠδὲ πήγανον. χρὴ ὦν πάντα ὁμοῦ ξὺν ῥητί-
νῃ *τῇ τοῦ τερμίνθου διαχρίειν, τάδε καὶ † τῆς.
σπόγγοισι πυριῆν. ἢ τοῖσδε ὑποκλύ-

ζειν ξὺν ἐλαίῳ, καὶ μέλιτι, καὶ ὑσσώπῳ, καὶ κολοκύντης ἀγρίας τῆς σαρκὸς ἑψήματι. κἢν ἐκκριθῇ κόπρος, αὖθις ἔλαιον θερμὸν ξὺν πηγάνῳ ἐνιέναι. τόδε γὰρ ἢν εἴσω μίμνῃ, *πυρίημα τοῖσι ἐντέροισι εὐμενές. τέγγειν δὲ τὰ πονέοντα χωρία ἐλαίῳ ξὺν πηγάνῳ, καὶ ἀνήθῳ ἄδδην ἑψηθέντι. ἔστω δὲ καὶ πυρίη φακῶν τῶν κεραμηίων, ἢ χαλκέων, ἢ κέγχρου, καὶ ἁλῶν φωχθέντων. ἐπιπλάσματα πρὸς τοῖσι ξυνοῖσι, ἔστω αἴρης ἄλευρον, καὶ κύμινον, καὶ ὑσσώπου, ἢ ὀριγάνου κόμη. σικύαι δὲ κοῦφαι μὲν, συχναὶ δὲ, ἄλλη πρὸς ἄλλας τιθέμεναι ἐς τὸ ἐπιγάστριον, ἐς τὰς ἰξύας, μέσφι *βουβώνων. ἢ δὲ κατόπιν ἐς ἰσχία πρὸς νεφροὺς καὶ ῥάχιν. παντὶ γὰρ αὐτῆς πάντα πόνον ξυμφέροι. προπίνειν δὲ κυμίνου ἢ πηγάνου ἀφεψήματος, καὶ τοῦ σίνωνος. ἢ ξὺν τουτέοισι τῶν φαρμάκων τῶν ἀνωδύνων τινά. μυρία δὲ ἄλλοισι *ἀλλαπείρῃ γεγόνασι *τινά. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ δι' ἐχιδνῶν φάρμακον, μέζον τοῦ μέτρου πρὸς τὸ ξύνηθες ποθέν. ἢν δὲ μήτε ὁ πόνος ἐνδιδῷ, μήτε φῦσα, μήτε κόπριον ἀναδοίη, τοῦ καθαρτηρίου τῆς ἱερῆς ὑπ' ἀνάγκης διδόναι. ἢ γὰρ ἀπηλάθη ξὺν φλέγματι καὶ χολῇ τὸ φάρμακον, ἢ διῆλθεν ἐξάγον φύσας, σκύβαλα, φλέγμα, χολὴν τοῦ κακοῦ τὰς ἐνστάσιας, τροφὴ διεξάγουσα. ζωμοὶ ἀλλεκτορίδων, κογχαρίων, πτισάνης ὁ χυλὸς *κάθεφθος ξὺν πολλῷ λίπαϊ, ἀρχῆθεν προσεγχυθέντι τῆς ἑψήσιος. ἐχέτω ὧδε, κύμινον, λίτρον, πράσον ξὺν τῇ κόμῃ. ἢ ἰητρείη ξὺν ζωμῷ τινὶ διαχωρητικῷ,

φ πυρίημα. φ βουβῶν. φ ἄλλαι. φ τιναί. κ κάθεπτος.

dere cum oleo, melle & hyſſopo, & cucurbitulæ ſylueſtris carnis decocto. Quod ſi ſtercus excretum ſit; iterum oleum calidum cum ruta inijciendum: id enim ſi intus moretur, fomentum inteſtinis propitium eſt. Præterea dolentes locos oleo, in quo rutha & anethum abundè incocta ſint, perfundere conducit. Adhibeantur & fotus ex lentibus figulorum aut fabrorum ferrariorum, aut ex milio & ſale uſtulatis. Cataplaſmata uerò præter uulgata ſunto lolij farina, & cuminum, & hyſſopi aut origani coma. Cucurbitulæ quoque leues quidem, ſed frequentes, alia juxta alias abdomini & ilibus ad inguina uſque admoueantur: quin & à tergo coxendicibus ad renes uſque & dorſum: ubique enim quiſque omnia dolorem leuantia faciens juuat. Præbibat autem cumini, aut rutæ decoctum, & ſinonis, aut unà cum his aliqua ex anodynis appellatis medicamentis. Infinita autem alia ab alijs probata experimento inuenta ſunt. Bonum uerò eſt & ex uiperis medicamentum plus conſueta portione potui datum. Cæterùm ſi neque dolor remittitur neque flatus, neque ſtercus deijcitur; purgatorium pharmacum, quod hieram uocant, neceſſariò dandum eſt: aut enim ſimul cum pituita & bile pharmacum uomitu expellitur: aut deſcendit, flatum, dura ſtercora, pituitam, bilem ipſius mali fomenta ſecum educens. Alimenta exhibeatur aluum ducẽdi uim habentia, juſcula gallinarum, oſtreorum *(paruorum)* inſigni pulchritudine præditorum, ordei cremor cũ multo oleo decoctus, quod à principio ante decoctionẽ infuſum ſit: habeat uerò cuminum, nitrum, porrum cum coma. Aut medela adhibeatur cum aliquo jure uentrem ſubducente:

cochle

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cochleæ ualdè elixæ, *& ipſarum aut tellinæ ſuccus.* *Aqua* potui detur (ſi febricitet) cum aſaro, aut nardo, aut cachry excocta: nam hæc flatus eliciunt, urinam cient, & ſpirandi poteſtatem facilem reddunt. At ſi *pus* abſit, & uinum benè facit, ut inteſtina calefiant, utque uires labantes confirmentur. Prodeſt etiam feniculi radicis decoctum, ſi bibatur, & adianthum, & cinnamomum. Sin ad abſceſſum inflammatio conuertatur; huic opem ferre ſatius fuerit medicamentis abſceſſui conuenientibus utentem. Ea uerò in libris de longis morbis deſcripta ſunt: ubi colici affectus ſanatio traditur.

κοχλίαι ἄκρως ἑφθοί, καὶ αὐτῶν δὲ χυμὸς, ἢ τελλίνης. ὕδωρ ποτὸν, ἢν πυρεταίνῃ ξὺν ἀσάρῳ, ἢ νάρδῳ, ἢ κάχρυ ἑψηθέν. καὶ γὰρ φύσης ἀγωγὰ, καὶ οὐρητικὰ καὶ εὔπνοα. ἢν δὲ * ἄπυος ἔῃ, καὶ οἶνος ἔς τε τὴν τῶν ἐντέρων θέρμην, ἀτὰρ ἠδὲ ἐς ἀνάκλησιν τῆς δυνάμιος ἀρήγει, καὶ μαράθρου ῥίζης ἕψημα ποθὲν, καὶ ἀδίαντον, καὶ κινάμωμον. ἢν δὲ ἐς ἀπόστασιν τρέπηται ἡ φλεγμασίη, τῇδε ξυμβάλλειν ἄμεινον τοῖσιν ἐς ἀπόστασιν φαρμάκοισι * χρεόμενον. γέγραπται δὲ τάδε ἐν τοῖσι χρονίοισι. ἔνθα κολικῶν θεραπείη ἐγράφη.

* ἄπυον.

* χρεόμενον.

CVRATIO ACVTORVM jecoris uitiorum.

Caput VI.

IN jecore ſanguinis creatio eſt, & in totum ſanguinis à jecore emanatio: ac omninò jecur eſt ueluti ſanguis gelatus. Ideo phlegmonæ hoc loco acutiſſimæ fiunt. Hac enim in parte alimentum reſidet. Sin uſpiam alibi phlegmone conſtiterit, non uſque adeo acuta eſt: aduena eſt enim ſanguinis accurſus. In jecur autem non opus eſt aliunde influere. Nam ſi obſtructio aliqua exitus occludat; jecur effuſione priuatum repletur abundatque ſanguine, alimenti uerò ad jecur tranſitus adhuc patet: aliud eſt enim iter alimenti à uentriculo & inteſtinis in omne corpus. Quocircà euacuare facilè oportet, uenam cubiti ſecando: multum quidem ſanguinis, ſed non ſemel totum detrahendo. Inedia primum jubenda eſt, poſtea cibi paucitas, ut & medicamentis ingredientibus jecur inane pateat. Inſuper medicamentis exterius appoſitis, quæ in jeco-

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΤΩΝ ΚΑτὰ τὸ ἧπαρ ὀξέων παθῶν,

Κεφάλ. ς.

Ἐν ἥπατι τοῦ αἵματος ἡ γένεσις, καὶ ἐς τὸ πᾶν ἔνθεν ἡ τοῦ ἀφεψή. καὶ τὸ ξύμπαν ἧπαρ ὁκοῖον αἵματος πάγος. ὀξύταται ὦν αἱ τῇδε φλεγμοναί. ἐγκέεται γὰρ τῷ χωρίῳ τῷδε ἡ τροφή. ἣν μὲν ἑτέρωθί πη φλεγμονὴ συστῇ, οὐ κάρτα γίγνεται ὀξείη. νέη γὰρ ἡ τοῦ αἵματος ἐπιρροή. ἐπὶ δὲ τῷ ἥπατι, οὐ χρέος ἑτέρωθεν ἥκειν. ἢν γὰρ τις ἔμφραξις τὰς διεξόδους ἐπίσχῃ, πίμπραται τὸ ἧπαρ τῆς ἐκροῆς ἀμερθέν. ὁ δὲ τῆς τροφῆς εἴσρους, ἐς τὸ ἧπαρ ἐπιμίμνει. ἑτέρη γὰρ ὁδὸς τῆς τροφῆς ἐς τὸ πᾶν σκῆνος ἀπὸ τῆς κοιλίης καὶ τῶν ἐντέρων. εὐπόρως ὦν χρὴ τὴν κένωσιν ἐμποιέειν, * τάμνοντα φλέβας τὰς ἐπ᾽ ἀγκῶνι, συχνὸν μὲν ἀφαιρέοντα, μὴ ἀθρόον δέ. ἀποσιτίη μὲν τὰ πρῶτα, ὀλιγοσιτίη δὲ αὖθις, ὅκως καὶ τοῖσι εἰσιοῦσι τὸ ἧπαρ κενεὸν ᾖ. χρὴ δὲ καὶ τοῖσι ἐπιθέτοισι * διασκιδνάναι τὰ ἐν τῷ ἥπατι

* τάμνοντα.

* διασκιδνάναι.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἧπαπ στήθεα. τέγξις μὲν ὦν ξὺν ἀλόῃ, ἢ λίτρῳ εἴρια * πινόεντα οἰσύπῳ. χρέος ὦν ἐμψύξιος, εἵνεκα τῷ αἵματι αἴθεται τὸ ἧπαρ. θερμὸν γὰρ τὸ αἷμα. τοιάδε χρὴ καὶ τὰ ἐπιπλάσματα ἔμμεναι, ἀλίτων μὲν αἰρείνων, ἢ ἐρυσίμων, ἢ κριθῆς, ἢ λίνου σπέρματος, χυμῶν δὲ οἴνου ὀξέος, μήλων τοῦ χυλοῦ, ἑλικῶν τῆς ἀμπέλου, οἰνάνθης τῆς ὡραίης, ἢ τοῦ σὺν τῇδε λίπαος. πυρίη, σπόγγοισι καρποῦ * δαφνῆς ἑψήματος, σχίνου, γλήχωνος, ἴριδος. ἐπὴν δὲ τουτέοισι πρηΰνῃς, σικύην προσβάλλειν μέζονα, ὡς ἀμφιλαβεῖν πάντῃ τὸ ὑποχόνδριον, ἐντάμνειν δὲ βαθύτερα, ὡς πολλὸν ἑλκύσειας αἷμα. μετεξετέροισι δὲ αἱ βδέλλαι (ἢ) χάσαι κρέσσον. παρεισδύεται δὲ τοῦ ζώου ἡ δῆξις. ἀτὰρ ἤδε μέζονας διαβρώσιας ποιέεται. τῇδε καὶ δυσεπίσχετος ἡ ἀπὸ τῶν ζώων αἱμόῤῥοια. κὴν ἄδδην πιὸν ἐκπέσῃ τὸ θηρίον, σικύην προσβάλλειν. νέρθεν γὰρ ἕλκει τὸ νῦν. κὴν ἅλις ἔχῃ κενώσιος, ἐς μὲν τὰ τρώματα * ἰσχαίμασι χρέεσθαι, ἀδήκτοισι, ἀραχνίων ὑφάσμασι, * μάννῃ, ἀλόῃ, ἐπιπάσσειν. ἢ δὲ ἄρτῳ ἑφθῷ ξὺν πηγάνῳ, ἢ μελιλώτῳ, ἀλθαίης ῥίζῃσιν. ἐς δὲ τὴν τρίτην ἡμέρην, κήρωμα ξὺν μυροβαλάνῳ, ἢ ἀψινθίου κόμῃ, καὶ ἴριδι. ἀτὰρ καὶ τὰ μαλάγματα τοιάδε χρὴ ἔμμεναι ὁκοῖα λεπτῦναι, ἢ ἐξαραιῶσαι, ἢ οὔρησιν τρέψαι. ἄριστον μὲν ὦν τὸ διὰ τῶν σπερμάτων, ὧν ἅπασι ἰητροῖσι ἡ πεῖρη εὔγνωστος. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἔνθα ἡ σάμψυχος ἢ τὸ μελίλωτον ἐγκέαται.

πινόεντα οἰσώπῳ.

* δάφνης, ἄλλως δάφνης.

* ἴσως. ἰσχαίμοισι.

* μάννης.

jecore accruata ſunt, diſcutere oportet. Igitur illinatur aloë, aut nitro, lanæ œſypo ſordentes admoueantur. Refrigeratione quoque opus eſt. Iecur enim ſanguine accenditur: nam ſanguis calidus eſt. Hujuſmodi ergò cataplaſmata ſunto: accipiatur farina loliacea, aut irionis, aut ordei, & ſeminis lini: ex humoribus autem uinum acidum, cydoniorum ſuccus, capreolorum uitis, labruſcæ maturæ, aut oleum cum ea. Item cum ſpongijs fomentum fiat ex decocto baccarum lauri, lentiſci, pulegij, iridis; per iſta mitigato morbo cucurbitula major applicetur, ut ex omni parte hypochondrio circumdetur: atque altius concidenda cutis, ut multum ſanguinis effundatur. Nonnullis autem hirudines, quàm ſcarificationes, magis placent. Nam ejus beſtiolæ morſus altius penetrat: uerùm eroſiones quoque majores facit: unde & ſanguinis effluuium ægrè ſupprimitur. Cumque ſanguinis potu ſaturata hirudo ceciderit; cucurbitula eſt applicanda: ab intimis enim partibus tunc attrahit. Quòd ſi ſatis euacuatum ſit; uulnera medicamentis ſanguinem coërcentibus morſuque carentibus obtegenda ſunt, ut araneorum telis, manna aloëque inſpergenda: panis cum ruta aut ſertula aut altheæ radicibus elixus ſuperdandus. Tertio uerò die ceratum cum myrobalano, aut abſinthij coma & iride conuenit. Quin etiam & malagmata uocata medicamenta talia eſſe debent, ut extenuare, aut rarefacere, aut urinam ciere ualeát. Optimũ ſanè eſt medicamentum ex ſeminibus conſtans: quorum omnibus Medicis experientia perſpecta eſt: bonum eſt illud, in quo aut ſampſuchus, aut ſertula ponitur.

Cibi

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Cibi tenues ſunto, labiles, lotium mouentes, penetrabiles: alica cum mulſa, & ſorbitio ex ea cũ ſale & anetho. Ordei uerò cremor & detergendi facultatem habet: at ſi & dauci ſeminum nonnihil addatur, ad urinam laceſſendam præſtantior eſt: ſubducit enim per alueolos, qui à iecore in renes pertinent. Opportunus uerò eſt à iecore effluentibus illuc tranſitus & uaſorum laxitate & itineris rectitudine. Iccirco & cucurbitulis ea nos trahere oportet eo loco, ubi renes ſunt, ſecundum os coxendicis applicantes. Cæterùm & hi unguine cum ruta, aut odorato iunco, aut calamo aromatico irrigandi ſunt. Per hæc utique ægrotum poſſe mortem effugere ſperandum eſt. Sin ad ſuppurationem conuertatur; pus mouentibus medicamentis utitor, quotquot à me in ſermone de Colicis literis prodentur. Cùm pus autem iam genitum fuerit, quomodo incidendum, quomodoque medendum ſit; alio loco ſcriptis mandabimus. Eadem nobis & de ſplene ſcripta ſunto: ſi quando & inflammationis acutæ calamitas cum inuaſerit.

τροφαὶ δὲ λεπταὶ, εὔδρομοι, οὐρήσιος προκλητικαὶ, εὐδίοδοι, χόνδροι ξὺν μελικρήτῳ, καὶ ῥόφημα ἐκ τῶνδε ξὺν ἁλσὶ, ἢ δὲ ἀνήθῳ. πτισάνης δὲ χυλὸς καὶ σμηγματώδης. ἢν δὲ καὶ δαύκου τοῦ καρποῦ *ἐγχέῃ τι, κρέσσον ἐς οὔρησιν. ὑπεξάγει γὰρ διὰ τῶν ὀχετῶν, οἵπερ ἀπὸ ἥπατος ἐς νεφροὺς κραίνουσι. καὶ εἴη δὲ τοῖς ἀπὸ ἥπατος ἐκρέουσι ἡ τῇδε ἔξοδος, *εὐρύτητί τε τῶν ἀγγείων, καὶ ἰθύτητι τῆς ὁδοῦ. χρὴ ὦν καὶ *συκίῃ τῇδε ἕλκειν (ἐς) τὴν χώραν *προσβάλλοντα τῶν νεφρῶν κατ' ἰσχίον. ἀτὰρ καὶ τέγγειν τάδε λίπαϊ ξὺν πηγάνῳ, ἢ σχοίνῳ, ἢ καλάμῳ τῷ ἀρωματικῷ. ἐπὶ δὲ τοῖσδε ἐλπὶς τὸν νοσέοντα διαδρᾶναι τὸν ὄλεθρον. ἢν δὲ ἐς ἐμπύησιν τρέπηται, τοῖσι πυοποιοῦσι χρέεσθαι, ὁκόσα μοι ἐπὶ κωλικοῖσι λελέξεται. ἢν δὲ καὶ *πύον γένηται, ὅκως μὲν τάμνειν, ὅκως δὲ ἰητρεύειν, ἄλλῃ πη γεγράψεται. τάδε μοι καὶ ἐπὶ σπληνὶ γεγράφθω, ἤν κοτε ξυμφορὴ φλεγμασίης ὀξείης καὶ τόνδε καταλάβῃ.

* ἐγχέηται.
* εὐρότητι.
* συκίῃσιν.
* προσβάλλοντα.
* πύος.

CVRATIO ACVTI morbi dorſalis venæ a Arteriæ.

Caput VII.

VEnæ concauæ, craſſæque arteriæ, quæ ſecundum dorſum extenduntur, inflammationem ardoris ſpeciem maiores noſtri appellauerunt. Nam & ardoribus ſimiles affectus in ambabus oriuntur: ignis acutus & acer, faſtidium, ſitis, anxietas, pulſus palpitans in præcordijs, & in auerſa parte, quam Græci Metaphrenon uocant: & quotcunque à me in uolumine de ſignis relata ſunt.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΝΟΤΙαίας φλεβὸς καὶ ἀρτηρίης ὀξείας νούσου.

Κεφάλ. ζ.

Τὴν τῆς κοίλης φλεβὸς φλεγμασίην, καὶ παχείης ἀρτηρίης, αἳ παρὰ τὴν ῥάχιν τέτανται, *καῦσον ἰδέην ἐκάλεον οἱ *πρόσθεν, καὶ γὰρ καὶ καύσοισι ἴκελα πάθεα ἐπὶ τοῖσι γίγνεται. πῦρ ὀξὺ καὶ δριμὺ, ἄση, δίψος, ἀπορίη, σφυγμὸς παλμώδης ἐν ὑποχονδρίῳ, ἢ δὲ τοῖσι μεταφρένοισι. ἀλλὰ μοι ὁκόσα ἐπὶ τοῖσι σημείοισι γεγράφαται.

* καύσοισιν.
* πρίθεν.

ἀτὰρ

ἀτὰρ καὶ ἐς ξυγκοπὴν ὀκέλλει τὸ πῦρ, ὅκως ἐπὶ τῇσι καύσεσι. τὸ μὲν γὰρ φλεβὸς ῥίζωσις ἧπαρ. τὸ δ' ἀρτηρίης ἀρχῆς καρδίη. δοκέοις ἂν ὦν μὲν τὰ ἄνω μέρεα τῶνδε τῶν σπλάγχνων νοσέειν τὰ καίρια. θέρμην μὲν γὰρ ἡ καρδίη ἐνδιδοῖ τῇ ἀρτηρίῃ, τῇ * φλεβὶ δὲ τὸ ἧπαρ αἷμα. ἀμφοῖν δὲ μεγάλοιν, μεγάλα τὰ ἔγγονα αἱ φλεγμοναί. τάμνειν ὦν αὐτίκα τὰς ἐπ' ἀγκῶνι φλέβας. καὶ συχνὸν μὲν ἀφαιρέειν αἷμα, μὴ ἀθρόον δὲ, ἀλλὰ καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ τῆς ἄλλης ἡμέρης, ὡς μεσηγὺ ἡ δύναμις * ἀναλάβῃ. ἔπειτα ἐπιπλάσμασι χρέεσθαι, καὶ σικύῃ ἐς τὸ ὑποχόνδριον, ἔνθα ἡ διάφυσις τῆς ἀρτηρίης, ἀτὰρ ἢ δὲ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων. καὶ γὰρ καὶ τῇδε σφύξιες ἔασι. χάζειν * τε ἀφειδῶς, ἢ δὲ πολλὸν ἀφαιρέειν αἷμα. οὐ κάρτα γὰρ ἐκ τῆς κενώσιος τῶνδε λειποθυμέουσι ὤνθρωποι. ἰσχομένη δὲ καὶ γαστὴρ πολλόν τι τοῦ ξυνήθεος. κλυσμοῖσι ἐς ὄλισθον χρέεσθαι μαλθακοῖσι, δριμέσι δὲ ἥκιστα. ἐπιπυρεταίνουσι γὰρ οἵδε ἅλμῃ καὶ νίτρου λήξει. λίνου ὦν καρποῦ χυλὸς ἔστω, καὶ τήλιος, καὶ μαλάχης τῶν ῥιζῶν ἕψημα, καὶ ἐς πρόκλησιν καὶ * ῥῆξιν ἱκανόν. μέλη ἄκρεα πόδες, καὶ χεῖρες * τεθάλφθωσαν, γλευκίνῳ ἢ σικυωνίῳ λίπαϊ τῷ διὰ τῆς λιμνήστιδος χρίσματι. κάρτα γὰρ ψυχρὰ αὐτῶν τάδε γίγνεται. πιπίσκειν * τε πρὸ τῶν σιτίων, ὁκόσα οὖρα ἐξάγει, μήιον, ἄσαρον, ἀψίνθιον. ἐμπασσέσθω δὲ καὶ λίτρου. πάντων δὲ κάρτιστον σικύη καὶ κυνάμωμον, ἤν τις εὐπορέῃ. γάλα τοῖσδε καὶ τροφὴ καὶ φάρμακον. ἐμψύξιος γὰρ δέονται, ἔνδον ὁκοῖόν τι πυρὸς * εἰλυμένου,

φλεβί. ἀναλάβῃ. τάσι. ῥῆξιν. κ τεθάλφθωσαν. * τῶ. κι * εἰλυμένου.

Nempe & in ſyncopam tendit ignis, quemadmodum & in ardoribus: ſiquidem uenæ radicatio (ut ita dicam) jecur eſt: arteriæ uero principium cor. Haud ab re igitur exiſtimes eorum uiſcerum ſupremas partes maxime ad uitam facientes ægrotare. Etenim cor arteriæ calorem impertit, uenæ autem ſanguinem jecur infundit. Amborum uero magnorum uiſcerum magna ſunt germina, ipſæ uidelicet phlegmonæ. Venas itaque in cubito protinus cædito, multumque ſanguinis, ſed non ſemel totum mittito, imò & bis & ter, & alio die, quò interim uires inſtaurentur, repetito. Deinceps cataplaſmatis utitor, & cucurbitulam præcordijs, ubi eſt arteriæ tranſitio, nec non & inter ſcapulas, nam ibi quoque pulſationes ſunt, affigito, liberiusque ſcarificato, & multum ſanguinis detrahito: haud enim ita facilè ex horum uaſorum inanitione in animæ defectum homines cadunt. Verùm & aluus præter conſuetudinem ualde ſuppreſſa ad lubricitatem per clyſterum molliores infuſiones eſt reuocanda, acribus autem minimè utitor: nam hi facilè in febrim incidunt à muria & nitri liquatione. Ideo lini ſeminis & fœni græci ſuccus eſto, & radicum maluæ decoctum ad prouocandum, & ad mordendum ſatis eſt. Extremas partes, pedes uidelicet & manus gleucino oleo, aut ſicyonio, aut ex adarce unguine excalefacito. Nam partes iſtæ in ipſis ualdè frigeſcunt. Præterea ante cibos potui dato, quæ lotium euocant, meon, aſarum, abſinthum. Nitrum quoque inſpergito, ſed omnium ualentiſſima eſt cucurbita, & cinnamomum, ſi quis ejus copiam habeat. Lac iſtis & alimenti & medicinæ uim præbet: etenim refrigeratione indigent, cùm in eorum uiſceribus ueluti quidam ignis ex æſtuet, & dul-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& dulci alimento, necnon & multo in parua mole: has nimirum uirtutes alimenti lac obtinet: eſto autem mulieris, quæ proximè peperit, & duobus lactis cyathis unus aquæ admiſceatur. Lac etiam bubulum optimum eſt: tertio loco caprinum ponitur: cibaria concoctu facilia præbeantur, plerique ſucci, fæniculi radix, & apij ſemen: indatur & mel: aqua uerò, quæ bibitur, iſta habeto. Oportet etiam ſudores elicere, & ubique difflationes humidas & fluxas facere. Caput ſicut in ardentibus febribus irrigetur. Epithema pectori & ſiniſtræ mammæ, quale in ſyncopa, ſuperdetur. Cubile rectus decubitus: ut omnia his ſimilia ſint, quæ in ardentibus febribus fiunt. *Geſtatio parua* ad ſudores euocandos, necnon & balneum, ſi iſte interius exardeſcit. Neq; enim judicationibus hujuſmodi uitia ſoluuntur, & ſi ardoris ſpecies ſunt.

καὶ τροφῆς γλυκείης. ἀτὰρ ἤδ' ἐν ὀλίγῳ ὄγκῳ * πολλή. τάσδε μέντοι ἐν τροφῇ τὰς ἀρετὰς ἴσχει τὸ γάλα. εὐπορείσθω δὲ νεοτόκου, καὶ ἐς δύο κυάθους τοῦ γάλακτος * ἐμβεβλήσθω εἷς ὕδατος. ἄριστον δὲ καὶ τὸ τῆς βοός. τρίτον δὲ, αἰγός. τροφαὶ εὔπεπτοι. τὰ πολλὰ χυλοὶ μαράθρου ῥίζης, καὶ σελίνου καρπός, ἐμβεβλήσθω καὶ μέλι, τὸ ὕδωρ δὲ τὸ πινόμενον, ἐχέτω τάδε. ἀτὰρ καὶ ἱδρῶτας χρὴ κινέειν, καὶ πάντα διαπνοὰς ὑγρὰς καὶ εὐρόους ποιέειν. τέγξις κεφαλῆς ὁκοῖον ἡ ἐν καύσοισι, ἐπίθημα ἐς θώρηκα καὶ μαζὸν ἀριστερὸν ὁκοῖον ἐν συγκοπῇ. κοίτη, κατάκλισις * ὄρθιος, ὅκως ἴκελα πάντα τοῖσι ἐν καύσοισι ᾖ. αἰώρη σμικρὴ ἐς ἱδρώτων πρόκλησιν. ἢ λουτρὸν ἢν * ἔσω ὑπεκκαυθῇ. οὐ γὰρ κρίσεσι τάδε τὰ πάθεα λύεται, εἰ καὶ καύσου ἔασι ἰδέαι.

CVRATIO ACVTI morbi in Renibus.

Caput VIII.

PEacuta ſanè in renibus inflammatio exoritur. Simul enim inflammantur à jecore in renes diſcurrentes uenæ: cum illis autem & jecur: cum haud ita prælongæ ſint, ſed ualdè latæ adeo, ut renes proximi jecori ſuſpenſi eſſe uideantur. Verum & urinæ retentio inflammationi ſuperuenit, uehementiam inflammationis adaugens; nam renum caua lotij non exeuntis alluuione replentur. Porrò idem & in calculus euenit, ſi in renibus calculis urinæ canalium laxitate major oriatur, qui non egrediens inhæreſcit, atque ſic & ipſe urinam intercludit.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΤΗΣ κατὰ τοὺς νεφροὺς ὀξείας νούσου,

Κεφάλ. η.

Κάρτα μὲν ἐν νεφροῖσι φλεγμασίη. συμφλεγμαίνουσι γὰρ ἀπὸ ἥπατος ἐς νεφροὺς κεραίνουσαι φλέβες. τῇσι δὲ τὸ ἧπαρ. οὐ κάρτα ἐπιμήκεες ἐοῦσαι, κάρτα δὲ εὐρέαι, ὡς δοκέειν τοὺς νεφροὺς ἐξηρτῆσθαι ἀγχοῦ τοῦ ἥπατος. ἀτὰρ καὶ ἰσχουρίη ἐπὶ φλεγμασίῃ γίνεται ξυντιμωρέουσα τῷ ὀξέϊ τῆς φλεγμασίης. πίμπλαται γὰρ ἡ τῶν νεφρῶν κοιλίη ὑπὸ πλημμυρείης τῶν οὔρων οὐ διεκθεόντων. τόδε μέντοι καὶ ἐπὶ λίθων γίγνεται. ἢν φύῃ μὲν ἐν νεφροῖσι, μέζων τῆς εὐρύτητος τῶν οὐρητήρων, ἐνίζει * μὲν μὴ διεξιών. ἀτὰρ καὶ τὰ οὖρα ὅδε ἐπίσχει

ἀλλὰ

ἀλλὰ ἀμφὶ μὲν τῆς γενέσιος τῶν λίθων, ἐν τοῖσι χρονίοισι λελέξεται, ὅκως ἢ μὴ *ξυνίστωνται [ἀθροίζωνται.] ἢ θρύπτωνται γιγνόμενοι. ἀμφὶ δὲ θερμασίης, ἠδ' ἐμφράξιος, ὁκόσα ὀξέως κτείνει, τῇδέ μοι γεγράψεται. ἢν ἐνστάσιες λίθων ἔωσι *ἐν δὲ [εὖτε] φλεγμασίῃ, τάμνειν φλέβα τὴν ἐπ' ἀγκῶνι, ἢν μὴ κωλύῃ τις ἡλικίη. εὔροον δὲ καὶ πολλὸν ἔστω τὸ αἷμα. οὐ γὰρ αἱ φλεγμοναὶ πρηΰνονται μοῦνον κενώσει. ἀλλὰ καὶ σφηνώσιες τῶν λίθων χαλῶνται τῇσι τῶν ἀγγείων κενώσεσι. ἀτὰρ ἢ καὶ ἐν οὐρήσει *διεκθέουσι [διεκθέουσι.] οἱ λίθοι. ἔπειτα τέγξεσι γλευκίνου λίπαος, ἢ κυπρίνου, καὶ πυρίῃσι, καὶ ἐπιπλάσμασι ἀνίεται τὰ μέρεα. ἀρτεμισίη δ' ἔστω ἡ βοτάνη, καὶ σχοῖνος, καὶ κάλαμος ὁ εὐώδης ἐν τοῖς καταπλάσμασι. ἔπειτα σικύην προσβάλλειν ἐς νεφροὺς κατ' ἰσχίον, μάλιστα δ' αὖ ἡ ἀπὸ τοῦδε τοῦ χωρίου κένωσις ὤνησε. λελαπάχθω δὲ κοιλίη κλυσμοῖσι ὀλισθηροῖσι, γλίσχροισι μᾶλλον ἢ δριμέσι, μαλάχης, ἢ τήλιος χυλοῖσι. ποτὲ δὲ φάρμακα πρὸ τῶν σιτίων οὐρητικὰ, ὁκοῖα ἐπὶ ἥπατος λέλεκται. ἀτὰρ καὶ σιτία ἴκελα, εὔπεπτα. κακὸν γὰρ τουτέοισι ἀπεψίη. ἄριστον δὲ γάλα, μάλιστα μὲν ὄνου, ἵππου δὲ δεύτερον, καὶ ὄιος δὲ καὶ αἰγὸς, *χρήσιμον, *ὅτι γάλα. [χρήσιμον. ἴσως ἔτι.] ἢν μὲν οὖν *ἄποροι ἔωσι, καὶ λούειν κρέσσον. [* ἄπωροι ἢ ἄπυοι.] ἢν δὲ μὴ, ἐς ἕψημα τῶν βοτανῶν ἐνιζέσθω, ἄχρις ὀμφαλοῦ τὸ ἄγγος *πληρεῦντα. [* πληρεῦντα. † πύος.] ἢν δὲ (ἐς) *πύον τρέπηται, ὁκοίοισι χρὴ ἐπιπλάσμασι ἠδὲ φαρμάκοισι χρέεσθαι, ἐπὶ πολλοῖσι μὲν καὶ πρόσθεν ὑπερκέεται. ἢν δὲ ἐν στήκῃ λίθος, πυρίῃσι μὲν καὶ [ἐν στήκῃ]

Cæterùm de calculorum creatione in libro de longis morbis ſermonem habebimus: quomodo aut ne coaleſcant, aut jam concreti exterantur. comminuanturque. De calore autem atque obſtructione, quæcunque celeriter enecant, in præſentia diſſeremus. Si calculi jam conflati ſunt, adeſtque inflammatio: uenam cubiti, niſi ætas præpediat, ſecato: benè fluidus autem multusque ſanguis exeat: neque enim phlegmonæ tantum euacuatione mitigantur, ſed etiam calculorum intruſiones uaſorum inanitione laxantur; quin etiam per mictum calculi elabuntur. Poſtmodum irrigationibus gleucini aut cyprini olei, & fomentis & cataplaſmatis particulæ remittuntur. Artemiſia uerò herba, & juncus, & odoratus calamus in cataplaſmatis eſto. Deinde cucurbitulam renibus in regione coxendicis adhibeto: maximè nanque ab ea parte euacuatio profuit. Aluus præterea ducatur per clyſteres cum lubricis, & uiſcidis potius, quam acribus, ex maluæ, aut fænu græci cremoribus. Nonnunquam uerò medicamenta ante cibos urinam citantia dentur, qualia in uitijs jecoris narrata ſunt: pariter & cibaria ſimilia concoctu facilia. Cruditas enim iſtis noxam affert. Optimum ſanè lac eſt, maximè quidem aſinæ: ſecundo equinum: ouillum autem & caprinum confert, quatenus lac eſt. (*Si non ſuppurent,*) eos lauare ſatius eſt: ſin minus, in decocto herbarum deſidant umbilicotenus ſolio repleto. Verùm ſi ad pus uergat, quibus cataplaſmatis ac medicamentis utendū ſit, multis in locis ſuperius traditum eſt. At ſi calculus inſtiterit, fomentis utique, & ca-

& cataplaſmatis iiſdem, uti oportet. Calculi uerò medicamentis potabilibus conterendi ſunt, ſimplicibus quidem ſio, & prionite (aſplenum puto) herbis cum oleo aut aceto eſculento decoctis: earum quoque ſucco potui dato: compoſitis autem ea antidoto, quæ biſtimus appellatur, & ea, quæ ex uiperis conſtat, & beſtia, quæ Coſcinos, id eſt, cribrum dicitur, & quotcunque experientia optima eſſe comprobauit. Geſtationes iſtis, & corporis concuſſiones ad mouendum propellendumque calculum benè faciunt: nam calculorum in ueſicam tranſitus ingentes dolores concitat. Quòd ſi inde exciderint, dolor tollitur, ut neque per ſomnium dolorem ſentire ſibi uideri ſoleant. Quinetiam tanquam ex ineuitabilibus malis animus perterritus ſoluitur.

ἐπιπλάσμασι τοῖσι αὐτέοισι χρέεσθαι. θρύπτειν δὲ τοὺς λίθους τοῖσι πινομένοισι φαρμάκοισι. *ἁπλοῖς μὲν, σίον καὶ πριονίτης αἱ βοτάναι, ἑφθαὶ ξὺν ἐλαίῳ ἢ ὄξεϊ ἐδωδίμῳ, καὶ τῶνδε χυλὸς προπινόμενος. ποικίλαι δὲ, ἡ βισίμου καλευμένης, καὶ ἡ δι' ἐχιδνῶν καὶ κοσκίνου τοῦ θηρίου, ὁκόσαι τε δοκέουσι ἔμμεναι τῇ πείρῃ κράτισται. αἰῶραι τοῖσδε, καὶ σεισμοὶ ἐς κίνησιν καὶ πρόωσιν τῶν λίθων. κάρτα γὰρ ἐπίπονος τῶν λίθων ἡ ἐς τὴν κύστιν ὁδοιπορίη. ἢν δὲ ἐκπέσωσι ἔνθεν, ἄπονοί τε γίγνονται, οὐδ' ὄναρ δοκέειν τοῦ πόνου εἰθισμένοι. ἀτὰρ καὶ ὡς ἐξ ἀφύκτων κακῶν τὴν ψυχὴν κάρτα μέλεα λύονται.

* ἁπλοῖσι

CVRATIO ACVTORVM vesicæ affectuum.

Caput IX.

ET ueſicæ acuta uitia renalibus ſimilia proueniunt, phlegmonæ, & ulcera, & lapides, & grumorum obſtructiones: à quibus urinæ ſuppreſſio, & ſtillicidium exoritur. Sed in hoc membro acutior dolor eſt, interitusque celerrimus: ueſica enim neruus latus eſt. At renes ueluti concrementum ſanguinis iecoris ſpeciem habent: in quibus, & grauiſſimi & maximè miſerabiles morbi incidunt. Vnde mors cum maximis cruciatibus miſeris mortalibus ingruit. Protinus igitur uentris ea pars laxa, qaam Ceneona Græci uocant, ſecanda eſt: multoque oleo cum ruta & anetho ueſica eſt irriganda. Si concretus ſanguis doloris, impeditæque urinæ autor ſit; oxymel bibere debet: aut calcis parum cum mulſa, quò grumi diſſoluantur: deinde quæ urinā mouent, & herbæ, &

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΤΩΝ ΚΑτὰ τὴν κύστιν ὀξέων παθῶν.

Κεφαλ. θ.

Καὶ τῇ κύστει πάθεα ὀξέα ἴκελα τοῖσι νεφροῖσι γίγνεται, φλεγμοναὶ καὶ ἕλκεα, καὶ λίθοι, καὶ θρόμβων ἐμφράξιες, ἐφ' οἷσι ἰσχουρίη, στραγγουρίη. ἀλλὰ ὀξύτερος τῇδε ὁ πόνος, καὶ ὄλεθρος ὤκιστος. νεῦρον γὰρ πλατὺ ἡ κύστις. νεφροὶ δὲ, ὁκοῖον αἱμάλωψ τοῦ ἥπατος ἔασι ἰδέης. ἀλλὰ καὶ αἰνότατοι καὶ οἴκτιστοι, ἔνθα μάλιστα γίγνεται ἄρης ἀλεγεινὸς οἰζυροῖσι βροτοῖσι. τάμνειν ὦν αὐτίκα τὸν κενεῶνα, καταιονέειν δὲ τὴν κύστιν λίπαϊ συχνῷ, ξὺν πηγάνῳ καὶ ἀνήθῳ. ἢν δὲ θρόμβοι ἔωσι τοῦ πόνου καὶ τῆς ἰσχουρίης αἴτιοι, ὀξύμελι πιπίσκειν, ἢ τιτάνου μικρὸν ξὺν μελικρήτῳ ἐς τὴν διάλυσιν τῶν θρόμβων, ἠδὲ ὁκόσα οὐρήσιας *προκαλέεται, καὶ βοτάνας, καὶ σπέρμα-

* προσκαλέεται

σπέρματα. ἢν δ' ἐξ αἱμορραγίης ὁ κίνδυνος,* ἴσχειν μὲν οὐκ εἰς ἀμβολὴν τῶνδε μᾶλλον. ἀτὰρ καὶ ὅδε οὐχ ἥκιστα ὁ κίνδυνος. ἀρήγειν μὲν ὦν καὶ τοῖσι αἷμα ἐπέχουσι. ἀρήγει δὲ ἡ ψύξις τῆς κύστιος, ῥοδίνου καὶ οἴνου τέγξις, καὶ εἰρίων κατείλησις ἀπὸ* οἰσύπου. ἐπίθημα, φοίνικες ἐν οἴνῳ* δευθέντες, ξὺν ῥοιῇ, ἢ χυλῷ τοῦ ῥόος. ἢν δὲ ἐκτρέπηται καὶ τῶν ἐπιθημάτων τὰ *βάρεα, καὶ τὰς μεγάλας ψύξιας. ἐκτρέπειν. χρὴ γὰρ μὴ κάρτα ψύχειν ψυχρὴν τε φύσει καὶ λεπτὴν ἐοῦσαν τὴν κύστιν. καταχρίειν δὲ γλευκίνῳ, ἢ ἀκακίῃ, ἢ ὑποκυστίδι, ξὺν οἴνῳ. σπόγγοισι δὲ, ἢν μὴ σφόδρα ἐπείγῃ ἡ αἱμορραγίη, μὴ χρέεσθαι. τροφαὶ σιτώδεες, εὔπεπτοι, εὔχυμοι *οὐρητικαὶ, ὁκοῖαί μοι ἐπὶ νεφροῖσι λελέχαται. γάλα, οἶνος γλυκὺς,* θηρινὸς, ἢ σκυβαλίτης. φάρμακα πινόμενα, οὐρητικὰ, εὐώδεα, εὔροα, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα. ἄριστον δὲ κύστι τέττιγες, ἐφ' ὥρας μὲν ὀπτοὶ, ἔδεσμα. ἔξωροι δὲ ξηροὶ, λεῖοι ξὺν ὕδατι. ἔσω δὲ καὶ τῆς ῥίζης τῆς νάρδου βραχὺ ξὺν τοῖσι* τέττιξι ἀφεψῆσι. τοῖσι αὐτέοισι ἐνίζεσθαι ἀντὶ λουτροῦ ἐς ἄνεσιν τῆς κύστιος. ἢν δὲ * λίθων ἔμφραξις ἐπίσχῃ τὴν οὔρησιν, ἤδε τῷ ὀργάνῳ τῷ καθετηρίῳ ὠθεῖν τὸν λίθον, ἠδὲ ἄγειν τὸ οὖρον, ἢν μὴ ἔωσι φλεγμοναί. ἐπὶ γὰρ* φλεγμονῇσι, οὔτε ὁ πόρος δέχεται τὸ ὄργανον, πρὸς δὲ τιτρώσκονται τῷ καθετῆρι. ἢν δὲ ἄπορος μὲν ἡ τῶνδε ἰητρείη. θνήσκῃ δὲ ὀδύνῃσι ὥνθρωπος, τάμνειν τὴν τῆς ὑποκάτω τῆς βαλάνου τρεχάδα, καὶ τὸν τῆς κύστιδος τράχηλον, ἐς τὴν τῶν λίθων

* ἴσχειν. * οἰσύπου. * δευθέντας. * βαρέα. * οὐρητικαὶ. * θηραῖος. τέττιγες. τέττιξι. λίθων. φλεγμονῇσιν.

ſemina exhibenda. Sin ex ſanguinis effuſione periculum inſtet; absque ulla cunctatione ei magis, quàm cæteris ſubueniendum: neque enim id leue diſcrimen eſt. Nempe medicamina ſanguinem coërcentia opem ferunt: opem fert autem ueſicæ refrigeratio, ex roſaceo & uino irrigatio, & cum lanis ſuccidis obuolutio. Epithema bonum eſt, palmulæ ex uino cum malo punico, aut ſucco rhois. Verùm ſi auerſatur epithemata grauia, & uehementes refrigerationes, (cauendum eſt enim ueſica natura frigida tenuiſque, ne ita multum refrigeretur) eam gleucino illinito, aut acacia, aut hypocyſtide ex uino. A ſpongijs uerò, niſi ualdè urgeat ſanguinis eruptio, abſtineto. Eſcæ triticeæ coctu faciles, bonum ſuccum gignentes, lotiumque educentes præbeantur, quales à me in capite de renibus comprehenſæ ſunt. Lac, uinum dulce theræum, aut ſcybellite. Medicamenta potabilia ſunto, urinaria, benè olentia, fluxilia, & id genus alia. Vtiliſſimum utique ueſicæ remedium cicadæ ſunt tempore ſuo toſtæ pro cibo exhibitæ. Extra tempus autem aridæ tritæ cum aqua: ſed radicis nardi parum cum cicadis elixetur. In ijſdem quoque loco balnei ad ueſicæ laxamentum æger deſideat. Quòd ſi lapillorum interpoſitio mictum impediat; oriculario ſpecillo lapis amouendus eſt, urinaque educenda, niſi adſit phlegmone. In phlegmonis nanque neque meatus inſtrumentum admittit: præterea oriculario ſpecillo uulnerantur. At ſi expediri medicatio nequit, homoque doloribus conſumitur, locum eum, qui ſub glande eſt, ceruicemque ueſicæ incidito: ut lapis

excidat,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

excidat, atque urina effundatur. ac deinde potiſſimum medendum eſt ad cicatricem uulnus ducendo: ſin minus, puris effluuium, quod Rhœas Græcè dicitur, factum eſſe pro futura hominis uita ſatius eſt, quàm ut tormentis miſerrimè cruciatus intereat.

CVRATIO VVLVÆ ſuffocationis,

Caput X.

Vulua in mulieribus membranis extentis hinc atque inde ſecundum ilia continetur, ac perinde atque animal uitia in olfactu patitur. Nam ad bene olentia delectationis cauſa ſe recipit, fœdè olentia contriſtantiaque præ moleſtia refugit. Igitur ſi aliquid ſuperius triſte offeratur; uulua ad naturalia deſcendit: ſi extra, oſtio naturalium opponatur, retrò ſurſumque recedit. Nonnunquam uerò in hoc aut illud latus ad lienem, aut jecur mouetur. Ad receſſum ejus autem contractionemque membranulæ, ut in nauibus uela, cedunt, atque conſentiunt. Hæc uerò illi & propter inflammationem eueniunt. Nam ſi ejus ceruix afficitur, atque intumeſcit: fit prominentior. Si in fundo exoritur inflammatio; ſurſum repit. Sin ad pedes foràs uergat; turpis & immunda res eſt, dolores afferens & contriſtans, prætere a difficulter ambulare poteſt, & in latus & ſupina decumbere, niſi pedes mulieris phlegmone laborent. At ſi ad ſuperiora uulua recurrerit, quàm ocyſſimè hominem ſtrangulat, urget autem ſpiritum comprimens. Neque enim prius conqueri & clamare, & opem ab adſtantibus petere ualet, quod nonnullis, hisque

ἔκπλωσιν, καὶ τὴν τῶν οὔρων ἔκχυσιν, καὶ μάλιστα μὲν ἀκέσασθαι ἐς ὠτειλὴν ἄγοντα τὸ τρῶμα. ἢν δὲ μὴ, *ῥοιάδα γενέσθαι τοῦ πύου βέλτιον, ἐς τὸν αὖθις τοῦ ἀνθρώπου βίον, ἢ τῇ ὀδύνῃ *οἰκτίστως θανεῖν. *ῥοάδα. *οἴκτιστον.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΥΣΤΕρικῆς πνιγός.

Κεφάλ. ι.

Ἡ ὑστέρη τῇσι γυναιξὶ, ὑμένων ἀποτάσιας ἔνθα καὶ ἔνθα κατὰ λαγόνας ἴσχει. ἀτὰρ ἤδε ζώου πάθη, ἐν ὀσφρήσει. ἵεται γὰρ ἐπὶ τοῖσι εὐώδεσι πρὸς ἡδονὴν, καὶ τὰ κάκοσμα καὶ ἀτερπέα, ὑπὸ ἀχθηδόνος φεύγει. ἢν μὲν ὦν τῶν ἄνω τι λυπῇ, προσιόντων γυναικηΐων ἔξω. ὢν δὲ κατὰ στόμα τι αὖ εἴη, ὀπίσω χάζεται, ἠδὲ ἄνωθεν. ἴῃ δ᾽ ἄν ποτε, καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα, ποτὶ σπλῆνα καὶ ἧπαρ, ξυνδιδοῖ δὲ τὰ ὑμένια ἐς ἀπόστασιν καὶ ξυναγωγὴν, ὅκως νηὸς λαίφεα. πάσχει δὲ τάδε καὶ ὑπὸ φλεγμασίης. καὶ γὰρ περιπελεστέρη τῷ *πάθει καὶ τῷ ὄγκῳ τοῦ αὐχένος γίγνεται. ἢν γὰρ κατὰ πυθμένα φλεγμασίη, ἄνω ῥέπει. ἢν μὲν ἐς πόδας, ἔξωθεν. *ἀσπερὲς μὲν ὦν καὶ ἀλεγεινὸν καὶ ἀτερπές. δύσχρηστον δὲ καὶ βαδίσαι καὶ ἐς πλευρὰν κατακέεσθαι, καὶ ὑπτίην, ἢν μὴ τὼ πόδε φλεγμήνῃ ἡ γυνή. ἢν δὲ ἄνωθεν φοιτέῃ, ὡς ὀξύτατα μὲν τὸν ἄνθρωπον ἀπέπνιξε, πιέζει δ᾽ ἀγχόνῃ τῆς ἀναπνοῆς. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ φθάνει πονέειν τε καὶ βοᾶν καὶ τοὺς παρόντας κικλήσκειν ἀρωγούς. τῇσι γὰρ ἀναπνοῆς ἐπίσχεσις θᾶττον *βάθει. *[illegible]

 πολλῆ-

πολλῇσι· τῇσι δὲ φωνῆς. εἰκὸς ὦν τοῖς ἐντυτέοισι καλέσαι τὸν ἰητρὸν, πρὶν τὴν ἄνθρωπον θανεῖν. ἀλλ' ἢν κοτε ἐκ συντυχίης ἥκῃς γνόντα τὴν φλεγμονὴν χάσαι φλέβα, μάλιστα μὲν τὴν ἐπὶ τῷ σφυρῷ. ἢν δὲ μὴ εὔροον ἔῃ, τὴν ἐπ' ἀγκῶνι. ἐπαφαιρέειν δὲ ἀπὸ τοῦ σφυροῦ. πρήσσειν δὲ τὰ ἄλλα, ὁκόσα ἄν τις καὶ ἄνευ φλεγμασίης ἀρήγῃ πνιγί. δεσμοὶ χειρῶν καὶ ποδῶν σφίγγοντες, ἄχρι ναρκώσιος· ὀσμὴ κακωδέων, πίσσης ὑγρῆς, τριχῶν εἰρίου κεκαυμένων. *λύχνου φλογὸς ἐσβεσμένης, καστορίου. πρὸς τῷ κακώδει, καὶ τὰ νεῦρα ψυχθέντα θάλπειν. οὖρον παλαιὸν καὶ τὴν αἴσθησιν ἐξανίστησι *κάρτα τοῦ νεκρώδεος, καὶ τὴν ὑστέρην κάτω διώκει. τοιγαρῶν καὶ τοῖσι προσθέτοισι εὐώδεσι ἐς τὴν χώρην *ἐπιβλητέον τῆς ὑστέρης, μύρῳ ὁκοῖον ἂν ἔῃ προσηνὲς, ἢ δὲ ἄδηκτον τὴν ἁφὴν, νάρδον, ἢ *βάκχαρι τὸ αἰγύπτιον. ἢ τὸ διὰ τῶν φύλλων τοῦ μαλαβάθρου, τοῦ δένδρεος τοῦ *ἰνδικοῦ, ἢ κινάμωμον κοπὲν ξὺν *τῶν εὐόσμων τινὶ λίπαϊ. ἐγχέειν δὲ τάδε, τοῖσι γυναικείοισι χώροισι. ἀτὰρ ἢν δὲ *ἔγχυτον ἐκ τῶν δὲ ξυστῇ, ἐγχεῖν τῇ ὑστέρῃ *διαχέειν δὲ καὶ τὴν ἕδρην φυσέων ἀγωγά. ἢ δὲ ὑποκλύζειν μὴ δριμέσι, μαλθακοῖσι, γλίσχροισι, ὀλισθηροῖσι, ἐς τὴν τῶν κοπρίων ἔξοδον μοῦνον, ὅκως ἡ χώρη τῆς ὑστέρης, λαπαρὴ γίγνηται, ἀλθαίης χυλῷ, ἢ τήλιος. μελίλωτον δὲ, ἢ σάμψυχον ξὺν τῷ λίπαϊ ἑψείσθω. ἢν δὲ βίης ἢ *λαπάξιος ἡ ὑστέρη δέηται, χείρεσι μὲν πιέζειν τὸ ὑποχόνδριον γυναικὸς εὐτόνου, ἢ ἀνδρὸς

*λύχνος. *κάρτυ. *ἐπιβλητέον. *βάκκαρι. *ἰνδοῦ. *τῶν εὐόσμων. *ἔγχυτον. *διαχέειν. *λαπάδιος.

pluribus reſpiratio, nonnullis autem uox celerius intercipitur. Par eſt itaque eos, qui his miſerijs interſunt, prius quàm mulier intereat, medicum accerſere. Verùm ſi fortè aliquando occurreris; cognita phlegmone uenam ſcindito, præcipue quidem eam, quæ in malleolo: quæ ſi non benè fluida ſit, eam, quæ in cubito eſt, petito. Sed à uena malleoli ſanguinis miſſionem repetito. Alia uerò omnia adminiſtrato, quæcunque ſtrangulatui & citra inflammationem ſubueniunt: qualia ſunt manuum ac pedum uincula ad torporem uſque adſtringentia: fœde olentium olfactus, ut liquidæ picis, capillorum, lanæque exuſtorum, flammæ in lucerna extinctæ nidoris, caſtorei, quod præter fœditatem odoris neruos etiam refrigeratos calefacit. Lotium præterea uetus uel demortui ferè corporis ſenſum magnopere ſuſcitat, & uterum ad inferiores partes abigit. Porrò medicamenta odorata naturalibus ſunt imponenda: unguentum uerò lene ſit & minimè tactum uellicans, nardus, aut bachar Ægyptium, aut unguentum ex malabathri indicæ arboris folijs compoſitum, aut cum aliquo odorato unguine tuſum cinnamomum: at his muliebres locos oblinito. Quòd ſi ex his fuſſile medicamen conflectur, illud in uuluam infundito. Anum quoque flatuum eductorijs inungito. Per clyſteres quoque non acres, ſed molles, uiſcidos lubricosque humores indito, ut ſtercora ſolum eijciant, ſedesque utero ampla uacuaque remaneat. Id ſuccus altheæ, fœnigræciue præſtabit: ſertulam uerò aut ſampſuchum cum oleo decoquito. Cæterùm ſi majore ui, aut depulſione uulua egeat, tunc ualidæ mulieris aut uiri

benè

bene tenacis manibus hypochondrium comprimatur, aut faſcijs adſtringentibus ſuccingatur: quò in anguſtum locus redigatur, neque iterum ſurſum uerſus uulua procurrat. Item naribus apprehenſis ſternutamenta citentur: quibuſdam enim ſternutamento & contentione uulua in propriam ſedem redire poteſt. In nares autem puluis inſpiretur ex radice lanariæ, aut piperis, aut caſtoris. Item leues cucurbitulæ in feminibus, ilibus, coxis, inguinibus attrahendæ uuluæ cauſa defigantur. Amplius & dorſo inter ſcapulas ſtrangulatui ſubueniens admoueto. Sin à phlegmone ſtrangulatus proueniat; uena ad pubem ueniens ſcindenda eſt, multumque ſanguinis fundendum. Item faciei frictiones, capillorum euulſiones, ut mulier ad ſe redeat, ſimul bene facient. At ſi uel parum tolerare poterit, in decocto aromatum deſidat, odoratiſque ſuffumigetur. Ante cibos caſtorei paulum bibat, & hieræ paulum cum caſtoreo. Quòd ſi ferre ualet, lauetur, & in tempore ad antiquos uſus reuertatur: detque operam mulier, ut quàm facilimè menſes elabantur.

CVRATIO SATYriaſis.

Caput XI.

NEruorum in uirilibus inflammatio penis tentiginem facit cum appetitu contriſtationeque in actu Venereo. Fiunt autem diſtentiones neruorum conuulſioni perſimiles, nunquam mitigabiles. Quin & ipſo concubitu ſedari non poteſt iſta calamitas. Mentis quoq; alienatio ſequitur. Nam primum quidem impu-

εὐαφέως, ἢ διαζῶσαι ταινίαις σφίγγοντα. ὅκως τε διελάσει τὸν χῶρον ὡς μὴ αὖθις ἄνω θέειν. πταρμοὺς ποιέοντα ἐπιλαμβάνειν τὰς ῥῖνας. τῷ γὰρ πταρμῷ, καὶ τῇ ἐντάσει μετεξελέροισι ὑστέρη ἐς χώρην ἥξειε. φυσῆν δὲ ἐς *οἷά γε ῥινῶν στρουθίου ῥίζης, ἢ πεπέρεος, ἢ τοῦ καστορέου. προσβάλλειν δὲ σικύας κούφας, μηροῖσι, λαγόσι, ἰσχίοισι, βουβῶσι, ἕλκοντα τὴν ὑστέρην, προσβάλλειν δὲ καὶ πρὸς, ἐς ῥάχιν, ἐς τὸ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων, τῇ πνιγὶ ἀρήγοντα. ἢν δὲ ἐπὶ φλεγμονῇ πνίγηται, καὶ διαχάσαι τὴν ἐπὶ τῷ κτενὶ *οἰχομένην φλέβα, καὶ ἀφαιρέειν συχνὸν αἷμα. ἀναλείψιες τοῦ προσώπου, τιλμοὶ τριχῶν, ξὺν ἐμποιήσει ἐς ἀνάκλησιν. ἢν δὲ καὶ μικρὸν ἐπανενέγκωσι, ἐς ἀφέψημα ἀρωμάτων ἐνίζειν, καὶ εὐώδεα θυντὰ *ὑποθυμιῆν. πιπίσκειν δὲ *περὶ τῶν σιτίων τοῦ κάστορος, καὶ τῆς ἱερῆς μικρὸν ξὺν τῷ καστορίῳ. καὶ ἢν ἐπανενέγκῃ, λούειν, καὶ ἐς ὥρην ἐς τὰ ξυνήθεα *τρέπειν. μελεδαίνειν δὲ *τὴν ἄνθρωπον, ὅκως ἄγηται τὰ ἐπιμήνια εὔροα.

*ἴσως οἴακι.
*φερομένην.
*ὑπομινίην.
*πρὸς.
*τρίπειν.
*τὸν.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΣΑΤΥριάσεως,

Κεφαλ. ια.

Τῶν ἐν τοῖς αἰδοίοισι νεύρων ἡ φλεγμασίη *ὄρθιον ἀνίσχει τὸ αἰδοῖον ξὺν ἐπιθυμίῃ καὶ λύπῃ ἀφροδισίων ἔργων πρήξιος. ἐντάσιες δὲ γενῶνται σπασμώδεες οὐδαμὰ πρηϋνόμεναι. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖσι ἀφροδισίοισι ἀμάλθακτος ἡ ξυμφορή. προσεκμαίνονται δὲ καὶ τὴν γνώμην, τὰ πρῶτα μὲν ἐς ἀναι-

*ὄρθριον.

χυντίην, ἐπὶ παῤῥησίῃ τοῦ ἐπιθώματος. θαρσέας γὰρ σφέας ποιέει ἡ ἀκυείη τῆς ξυνουσίης. μετέπειτα δὲ ἐπὰν * ἀναλωφήσωσιν, εὖτ᾽ ἂν σφίσι ἡ γνώμη τέλεον μίμνῃ. πάντων ὧν εἵνεκα, τάμνειν φλέβα τὴν ἐπ᾽ ἀγκῶνι, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ σφυρῷ, καὶ πολλὸν ἀφαιρέειν, καὶ πολλάκις. οὐ δὲ γὰρ ἄκαιρον νῦν λειποθυμίην ἐμποιέειν, ἔς τε νάρκην τῆς γνώμης, καὶ ἐς τὰς τῆς φλεγμασίης ξυνδόσιας, καὶ ἐς τὰς τοῦ θερμοῦ τοῦ κατ᾽ αἰδοῖον πρηΰσιας. αἷμα γὰρ πολλὸν, θερμασίης μὲν καὶ τόλμης ἔξαψις καρτερή. φλεγμασίης δὲ τροφὴ, ταράχου δὲ γνώμης καὶ ἀταξίης ἔκκαυμα. καθαίρειν δὲ καὶ τὸ ξύμπαν σκῆνος φαρμάκῳ τῇ ἱερῇ. οὐ γὰρ καθάρσιος δέονται μοῦνον, ἀλλὰ καὶ φαρμακίης προσηνέος. δρῆν μέντοι τάδε ἄμφω ἱερὴ δύναται. καταιονέειν δὲ τά τε αἰδοῖα καὶ τὰς ἰξύας, καὶ τὴν πληχάδα, καὶ τοὺς ὄρχιας ἐρίοισι τοῖσι ἀπὸ οἰὸς ῥυπῶσι. ῥοδίνῳ δὲ καὶ οἴνῳ διαίνειν χρὴ τὰ ἔρια, καὶ τέγγειν τὰ μέρεα πολλόν τι μᾶλλον τάδε * καταιονοῦντα, ὅκως μήτε θάλψις ἐκ τῶν ἐρίων ἔοι, ἀτὰρ ἡ ἔμφυλος θέρμη ὑπὸ ψυχρῆς δυνάμιος τῶν χυμῶν πρηΰνηται. τοιάδε χρὴ καὶ τὰ ἐπιπλάσματα τιθέναι, ἄρτῳ ξὺν ἀρνογλώσσου χυλῷ τῇ βοτάνῃ, καὶ στρύχνῳ, καὶ σέριδι, καὶ φύλλοισι μήκωνος, καὶ τοῖσι ἄλλοισι, ὅσα * νάρκην καὶ ψύξιας ἐμποιέει. ἀτὰρ καταχρίειν τοῖσι ἰκέλοισι τὰ αἰδοῖα καὶ τὴν πληχάδα, καὶ τὰ ἰσχία, κωνείῳ ξὺν ὕδατι, ἢ οἴνῳ, ἢ ὄξεϊ, μανδραγορίῃ, ἀκακίῃ, καὶ σπόγγοισι ἀντὶ τῶν εἰρίων χρέεσθαι. μεσηγὺ δὲ ὑποκλύζειν μαλάχης ἑψήματι,

[margin: * ἀναλωφήσωσι. — * καταιονεῦνται. — ἀρνογλώσσου — * νάρκαν.]

dentes euadunt, dum caſum ſuum licentioſè narrant: audaces enim eos coeundi inſatietas efficit. Poſtea uerò cum affectus iſte deſierit; tunc ad ſe redeunt, & mente optimè conſtant. Igitur omnium horum cauſa uenam in cubito & in talo aperias, & multum cruoris, ac ſæpe detrahas. Neque enim id temporis, intempeſtiuum fuerit & ad mentis ſtupefactionem, & ad inflammationis remiſſionem, & ad caloris uirilium mitigationem faciendam, animæ deliquium afferre. Quippe ſanguis multus calorem & audaciam ualdè accendit, inflammationem alit, mentis perturbationem confuſionemque ueluti eſca ignem procreat. Omne corpus etiam medicamento, quod Hieram, id eſt, Sacram uocant, purgato: neque enim purgatione ſolum egent, ſed etiam leni medicatione: utrunque autem præſtare hiera poteſt. Inſuper genitalia, & lumbos, & locos inter femina & inguina (plechada Græci uocant) & locum inter anum & ſcrotum (perinæos Græcè dicitur) & teſticulos lanis ab oue detonſis adhuc ſordentibus obuoluito. Sed lanas roſaceo ac uino perfundito: parteſque iſtas multa irrigatione madefacito, ne ab lanis caliditas oriatur: imò natiuus calor à frigida humorum poteſtate obtundatur. Ejuſmodi quoque cataplaſmata ſuperdanda, panis cum plantaginis herbæ ſucco, & ſolano, & ſeride, & papaueris folijs, idque genus alijs, quæcunque torporem, frigoraque inijciunt: nec non & ſimilibus uirilia & locos inter inguina & femina, & coxas illinito cicuta ex aqua, uel uino, uel aceto: item mandragora, aut acacia, & ſpongijs uice lanarũ utitor. Interea ſubluenda aluus eſt maluæ decocto,

& oleo,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& oleo, & melle; omnia uerò acria uitentur. Defigantur in coxa, cucurbitulæ, aut in abdomine. Optimæ ſunt autem & hirudines ad ſanguinem deorſum attrahendum. Et ſuper uulnera cataplaſma imponatur micæ panis cum althæa. Poſtea in aqua deſidat, ubi artemiſia, ſaluia, conyzaque decoctæ ſint. At ſi longiori tempore uitium extrahatur, neque multitudo ſecundum proportionem minuta fuerit, & neruorum conuulſionis metus adeſt, (nam facilè in his affectibus conuelluntur;) curandi rationem mutare opus eſt. Quippe calefacientia admouenda ſunt, gleucinum ſcilicet oleum, aut ſicyonium pro roſaceo. Lanis autem mundis & cataplaſmatis tepefacientibus partes illæ contegendæ: quandoquidem neruorum inflationes nonnunquam hujuſmodi curatio mitigauit. Amplius & caſtoreum cum mulſa bibitum. Cibaria parùm nutrientia, frigidaque ſunto: pauca triticea: plurima olera, malua, bliton, lactuca, cucurbita elixa, cucumis maturus elixus, pepo ſuo tempore collectus. A uino, & carnibus, longo temporis interuallo abſtineto: ſiquidem uinum eſt neruorum calefactio, animæ remollitio, uoluptatis reuocatio, genituræ creatio, veneriſque excitatio. Hæc à me in acutos morbos remedia ſcripta ſint. Oportet autem & juuenem Medicum ipſum ſuo marte aliqua ſibi comparare: neque omnia ex alienis commentarijs depromere. Hoc ſanè pacto acuta uitia fiunt, ut ordine ſingulis, quæ ſcripta ſunt, aut omnibus uti ualeas.

καὶ ἐλαίῳ καὶ μέλιτι. δριμὺ δὲ πᾶν. ἀνιερείσθωσαν σικύαι κατ' ἰσχίον, ἢ ἦτρον. ἄρισται δὲ καὶ βδέλλαι, νέρθεν ἑλκύσαι αἷμα. καὶ ἐπὶ τοῖσι τρώμασι ἐπίπλασμα, αἱ ψῖχες ξὺν ἀλθαίῃ. ἐπὶ δὲ ἐνίζειν ὕδατι ἀρτεμισίης, *ἐλελισφάκου, κονύζης ἑψήματι. καὶ εὖτ' ἂν προσωτέρω μὲν ἤῃ μήκεϊ χρόνου, μὴ κατὰ λόγον δὲ τὸ πλῆθος ἐνδιδῷ, δέος δὲ σπασμοῦ· (μάλα γὰρ τι ἐπὶ τοῖσδε σπῶνται). μεταβάλλειν χρὴ τὴν θεραπείην τοῖσι θερμαίνουσι. χρέος μὲν γλευκίνου, ἢ σικυωνίου ἀντὶ ῥοδίνου. εἰρίοισι δὲ καθαροῖσι καὶ ἐπιπλάσμασι ἀλεαίνουσι. ἐμάλαξε γάρ κοτε τῶν νεύρων τὰς πρήσιας ἡ τοιήδε θεραπείη. ἀτὰρ καὶ πιπίσκειν καστόρεος ξὺν μελικρήτῳ. τροφαὶ ἄτροφοι, ψυχραὶ, βραχέα μὲν τὰ σιτώδεα, τὰ πλεῖστα λάχανα, μαλάχη, βλίτον, θριδακίνη, ἑψητὴ κολοκύντη, σίκυος ἑφθὸς, πεπέων ὡραῖος, οἴνου δὲ καὶ κρεῶν, μέσφι πολλῆς ἀναλήψιος φειδώ. οἶνος γὰρ, θάλψις μὲν ἐστὶ νεύρων, μάλθαξις δὲ ψυχῆς, ἐπανάκλησις δὲ ἡδονῆς, γονῆς γένεσις, καὶ πρόκλησις ἀφροδισίων. τάδε μοι ἐς τὰ ὀξέα γεγράφθω ἄκεα. χρὴ δὲ καὶ τὸν αὐτὸν τινὰ ξυμπορέειν, μὴ πάντα ἀλλοτρίῃ ξυγγραφῇ προσίσχοντα τὸν νέον οὕτω τὰ ὀξέα πάθεα γίγνεται, ὡς ἐν τάξει τοῖσι γεγραμμένοισι καὶ μούνοισι, ἢ ἅπασι χρέεσθαι.

* ἐλελισφάκου.

ΑΡΕ-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ, χρονίων νούσων θεραπευτικὸν βιβλίον πρῶτον.

Προοίμιον, Κεφάλ. α.
Θεραπεία κεφαλαίης, κεφ. β.
Θεραπεία σκοτωματικῶν, κεφ. γ.
Θεραπεία ἐπιληψίης, κεφ. δ.
Θεραπεία μελαγχολίης, κεφ. ε.
Θεραπεία μανίης, κεφ. ς.
Θεραπεία παραλύσιος, κεφ. ζ.
Θεραπεία φθίσιος, κεφ. η.
Θεραπεία ἐμπυϊκῶν, κεφ. θ.
Θεραπεία τῶν ἐς τὸν πνεύμονα ἀποστασίων, κεφ. ι.
Θεραπεία ἄσθματος, κεφ. ια.
Θεραπεία πνευμωδῶν, κεφ. ιβ.
Θεραπεία ἥπατος, κεφ. ιγ.
Θεραπεία σπληνὸς, κεφ. ιδ.
(Θεραπεία ἰκτέρου, κεφ. ιε.
Θεραπεία καχεξίης, κεφ. ις.)

ARETAEI CAPPADOCIS DIuturnorum morborum curatiuus LIBER I.

Proœmium, Caput I.
Curatio Cephalææ, cap. II.
Curatio vertiginoſorum, cap. III.
Curatio morbi comitialis, cap. IV.
Curatio Melancholiæ, cap. V.
Curatio Furoris, cap. VI.
Curatio neruorum reſolutionis, cap. VII.
Curatio phthiſis ſeu ulcerum pulmonis, cap. VIII.
Curatio purulentorum, cap. IX.
Curatio pulmonis abſceſſuum, cap. X.
Curatio aſthmatis, cap. XI.
Curatio pulmonariorum, cap. XII.
Curatio jecoris ulcerum, & effuſionis puris, cap. XIII.
Curatio lienis, cap. XIV.
Curatio morbi regij, cap. XV.
Curatio cachexiæ, cap. XVI.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Κεφάλ. α.

Ἐν τῇσι χρονίῃσι νούσοισι ἡ ἀμβολὴ τῆς ἰητρείης κακόν. ὑπὸ ἀμβλακίης γὰρ ὀκέλλει ἐς ἀνήκεστα πάθεα. φυσίωσις ἄρ' ὧδ' ἴσχει, ὡς μὴ ῥηϊδίως ἀποφοιτῆσαι. ἢν ἐσβάλλῃ ἅπαξ. ἢν δὲ καὶ ἐνδηθύνῃ, χρόνῳ καρτερὰ ἔσται, καὶ ξυναποθνήσκειν γίγνεταί* κοτε, καὶ τὰ σμικρὰ μεζόνων ποιέεται διαδέξιας. κἢν τὸ πρόσθεν ἐς κίνδυνον ἀσινὲς ᾖ, ὁ τόκος τῶνδε γίγνεται ὀλέθριος. χρὴ ὦν μήτε τὸν νοσέοντα σιγῇ, ἢ αἰδοῖ τοῦ ἐλέγχου τῆς νούσου,

* ποτὲ.

PROOEMIVM.

Caput I.

IN longinquis morbis dilatio medelæ mala eſt: nam ob cunctationem in uitia inſanabilia prolabuntur. Inflatio ſanè ita habet, ut non facilè recedat, ſi ſemel inuaſerit: at ſi & diutius trahitur, temporis ſpatio uires acquirit: & nonnunquam euenit, ut commoriatur. Exiguos quoque morbos majores excipiunt: cumque priores diſcrimine uacarent, eorum ſoboles pernicioſa exoritur. Itaque nullo pacto ægrotum ſilere conuenit, ne morbus deprehendatur, erubeſcentem: neque

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

neque aufugere uim curationis metuentem: neque Medicum pigrum eſſe, ignauumque oportet: utrunque enim ad morbum inſanabilem efficiendum conſentit. Nonnulli autem ſunt ægroti, qui præſentium, nec non & futurorum ignoratione ad finem uſque cum morbo degunt. Nam plerique neque pereunt, neque futuram mortem ſuſpicantur: quocirca neque ſe Medici fidei committunt. Horum probatio ex cephalæa colligitur: de qua prius ſermonem inſtituam.

μηδὲ ἀποδιδρήσκειν δέει τῆς ἰητρείης, μήτε τὸν ἰητρὸν καταμβλακεύειν. ἄμφω γὰρ ἐς τὸ ἀνήκεστον ξυνάδοι. δεῖ μετεξέτεροι δὲ τῶν καμνόντων, ὑπ' ἀγνωσίης τε τῶν παρεόντων, καὶ τῶν αὖθις ἐσομένων, ἐς τέλος * ξυνδιαιτέονται τῇ νούσῳ. ξυνδιαιτέονται ἐπὶ γὰρ τοῖσι πλείστοισι, οὔτε ὀλλυνέονται, οὔτε ὀρρωδέουσι θάνατον. διὰ τάδε ὧν ἰητρῷ σφέας αὐτοὺς οὐδ' ἐπιτρέπουσι. πίστις δὲ τουτέων, κεφαλαίη, ἧς ἀμφὶ, πρότερον φράσω.

CVRATIO CEphalææ.

Caput II.

CAput quantò ad uitam magis neceſſarium eſt, tantò difficiliori ægritudine laborat. Atque morborum capitis inuaſio quidem tolerabilis eſt: nam parum dolent, aures ſonant, grauitas adeſt: at ſi intendantur, finis eſt mortiferus. Igitnr exiguos dolores ne ſpernito: nam & exiguis medicamentis in quibuſdam diſcuſſi ſunt. Si plus temporis extrahuntur, majores cruciatus ſuperueniunt: propterea uena cubiti incidenda eſt: ſed duobus ante diebus uinum bibat. Tantum autem ſanguinis detrahito, quantum ejus uires tibi conjectanti oſtenderint. Verùm non ſemel totum detrahere magnoperè expedit. Porrò quorum uires copioſam ſanguinis detractionem patiuntur, his ipſis continuò morbui diſcutitur: atque id omnibus longis ægritudinibus conuenit. Tribus autem quatuorûe diebus inter

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΚΕφαλαίης.

Κεφάλ. β.

Κεφαλὴ δὲ ὁκόσον ἐς ζωὴν ἀναγκαῖον, τοσόνδε νούσῳ χαλεπωτάτῃ, καὶ τῶν ἀμφὶ τῶνδε νούσων, ἡ μὲν ἐσβολὴ εὐπαθὴς ἐπὶ σμικρῷ ἄλγεϊ, καὶ ἤχοισι ὤτων, καὶ βάρεϊ. εἰ δὲ αὔξησιν προσλάβοι, καὶ τὰ τέλη ὀλέθρια. προσλάβωσι μὴ ὧν μηδὲ τὰ σμικρὰ ὑπερορῆν ἄλγεα. σμικροῖσι γὰρ καὶ τοῖσι ἄκεσι μετεξετέροισι. λύθη ἢν δὲ πρόσω μὲν ἥκῃ χρόνου. ἐλύθη. μέζω γὰρ προσεπιγίγνεται ἄχθεα. τάμνειν τὴν ἐπ' ἀγκῶνι φλέβα. πρόσθεν δὲ δυοῖν *ἡμέραιν, οἶνον πιπίσκειν. ἡμέρῃσι. ξυντεκμαιρόμενον δὲ τὴν δύναμιν, τὸ πλῆθος ἀφαιρέειν. ἄριστον δὲ μὴ ἐσάπαξ *ἣν ἡ δύναμίς τε ἀνέχηται τὴν ὧν. πληθὺν τῆς ἀφαιρέσιος, ξυνεχές τε τοῖσι αὐτέοισι μοχλεύνται ἡ νοῦσος. ὧδε μέχρι πάσῃσι τῇσι χρονίῃσι νούσοισι ξυνῳδόν. μεσηγὺ δὲ τριῶν ἢ τεσσάρων ἡμερῶν, ἀδροτέ-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἀτρεμεστέρως διαιτᾶν, ἔπειτα τὴν ἱερὴν τὸ καθαρτήριον ξὺν μελικρήτῳ πιπίσκειν. ἀπάγει γὰρ μάλιστα ἥδε ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῆς νούσου τὴν τροφήν. πλῆθος δὲ τοῦ φαρμάκου, ὁκόσον τέσσαρες, ἢ πέντε ὁλκῆς δραχμαί. κἢν εὖ καθαίρηται, λούειν τε καὶ οἶνον διδόναι, καὶ τὴν δύναμιν αὔξειν. ἔπειτα αὖθις τάμνειν φλέβα τὴν ἐπὶ τῷ μετώπῳ τὴν ὀρθήν. κυριωτάτη γὰρ ἥδε ἡ ἀφαίρεσις. τὸ δὲ πλῆθος ὅσον *κοτύλης, ἢ σμικρῷ πλεῖον. λύειν τε μὴ περαιτέρω. κενεαγγέειν γὰρ οὐ χρή. ἔπειτα τὰς κόμας ξυρῷ ἀφαιρέοντα, σικύην τῇ κορυφῇ προσβάλλειν προτέρην. τὴν δὲ ἑτέρην τὴν μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων ἐρείδειν *ἀναίμακτον, χαράζειν τε τὴν ἐπὶ τῆς κορυφῆς *ἀφειδέως ἔς τε πλῆθος ὁλκήν, καὶ ἐς τὴν τοῦ βάθεος ἐντομήν. κεφαλαίην γὰρ τὰ μέχρις ὀστέων ὀνίνησι ἰήματα. ἢν δὲ ἐς ὠτειλὴν ἥκῃ τὰ τρώματα, τὰς ἀρτηρίας ἐκτάμνειν. *διπλαῖ δέ, αἱ μὲν κατόπιν εἰσὶν ὤτων σμικρὸν *π προσωτέρω, δῆλαι δὲ ταῖς διασφύξεσι. αἱ δὲ τοῦ ὠτὸς ἐς τοὔμπροσθεν, αὐτῶν πλησίον. παράγεται γὰρ τῷ ἀντιτρόχῳ. ἀτὰρ καὶ αἵδε δῆλαι διασφύξεσι. τάμνειν δὲ πρὸς τοῖς ὀστέοις τὰς μέζονας. αἵδε γὰρ ὀνήϊσαι. ἐπίκεανται καὶ ἕτεραι ἑκάστῃσι κάρτα *λεπταί, ἃς οὐδ᾽ ὄφελος ἐκτάμνειν. ὁ δὲ τρόπος ἐν τῇσι χειρουργίῃσι λέλεκται. μετὰ δὲ τὸ ἄκος, κεφαλαίῃσι, καὶ ἐπιληψίῃ, καὶ σκοτώμασι, καὶ ξυμβλήδην* ἁπάσῃσι τῇσι τῆς κεφαλῆς νούσοισι. ἐπὶ πᾶσι δὲ φλέγμα ἄγειν χρὴ προκενώσαντα τὴν γαστέρα,

κοτύλης. ἀναιμάκτως. ἀφειδέα. τήν. διπλαῖ. τῶ. λεπταί. ἅπασι.

iectis liberalius alendi ſunt. Deinceps purgatorium, hieram quod uocant, cum mulſa propinandum, ea enim à capite morbi alimentum maximè abducit. Modus uerò medicamenti quatuor aut quinque drachmarum pondo eſto. Quòd ſi benè purgauerit; tunc lauandus eſt, & uinum exhibendum, & uires augendæ. Poſtea iterum uena frontis recta ſcindenda eſt. Hæc enim eſt oportuniſſima ſanguinis detractio. Modus autem eſto hemina, aut paulò plus: neque ultrà ſanguinem mittito, quoniam uaſa inanire non expedit. Deinde capillis nouacula detractis cucurbitulam priorem uertici affigito, alteram inter ſcapulas citra ſanguinis effuſionem admoueto: & eam, quæ in uertice fixa eſt, liberius ſcarificato: quò ſanguis uberius attrahatur, & partes profundiores incidantur. Remedia nanque ad oſſa uſque penetrantia cephalæam iuuant. Quòd ſi uulnera cicatricem ducant, arteriæ ſecentur: duplices autem ſunt, aliquæ poſt aures paulò ulterius, proprijsque motionibus produntur: aliæ uerò aurium arteriæ prorſum uerſus ſitæ ſunt auribus proximæ: nam inſtrumento, quod Antitrochon Græci nominant, adducuntur. Verùm hæ quoque proprijs pulſationibus innoteſcunt. Nempè maiores oſſibus uicinæ ſecentur: hæ nanque utilitatem afferunt. Adjacent & aliæ ſingulis auribus oppidò tenues, quas incidere prorſus inutile eſt. Modũ uerò incidendi in libris de manuũ operationibus expoſui. Cæterùm poſt medelã incephalea, morbo comitiali, & uertigine, utq; ſemel dicã in omnibus capitis uitijs (prius uẽtre,

aut

aut purgatorio, quod deuoretur, aut clyſtere, euacuato) pituita euocanda eſt modo è naribus per ſternutatoria, modo ex ore per ducentia pituitam. Species autem ſternutamenta citantium ſunt piper, radix herbæ lanatiæ, fibri teſticulus. Hæc quidem ſunt uulgata & communia. Ad læuorem autem terito, & cribrato, & calamo aut craſſiore pennæ anſerinæ caule inſpirato. His efficacius in attrahendo uiolentiusque euphorbium eſt cum aliquo ipſorum mixtum. Quin etiam cum oleis miſcetur gleucino ſcilicet, aut ſicyonio, id eſt, ex cucumere ſyluatico, aut cum unguento ex ſtyrace: redditur autem magnopere liquidum, ut fuſile ſit. Infunditur per naſi fiſtulam: hæ uerò geminæ ſunt, atque ab uno canali cognatæ & cohærentes adeo, ut ſemel utriſque infundendum ſit. Neque enim tolerabilis eſt alterutrius naris ſigillatim dilatatio. Nam protinus caput accenditur, & acerbus dolor inuadit. Quæ autem per os pituitam eliciunt, hæc ſunt: ſinapis, granum cnidium, piper, uua taminia: id præſtant uel mixta, uel ſingula. Cæterum quoniam & ipſa mandere, & expuere aſſiduum eſt: iccircò & cum aqua, aut mulſa, aut poſca permixta danda ſunt: atque os eluendum. Ad tonſillas enim impulſo humore extentoque collo expirationis flatu abluatur. Poſteaquàm pituitam, quantam libet, eduxeris, permulta aqua calida lauandum caput, atque perfundendum: ut perſpirabile atque difflabile reddatur: ingentes enim obſtructiones fiunt. Cœna frugalis & ſimplex eſto: in qua & uinum ad ſtomachi reſtitutionem ſumatur, ſiquidem & ipſe magno dolore uexatur. Intereà uerò ubi uires ægri ſtabiliueris, lotione per clyſterem uſitata opus eſt: in qua nitri multum inſpergatur,

ἢ καταποτῷ ὑποπλάτῳ, ἢ κλυσμῷ. ἄλλοτε μὲν ἐκ ῥινῶν πταρμικοῖσι· ἄλλοτε δὲ διὰ στόματος τοῖσι ἄγουσι φλέγμα. εἴδη τε, πταρμικῶν μὲν, πέπερι, στρούθιος ἡ ῥίζα, κάστορος τοῦ ὄρχιος. τάδε καὶ ξυνῆ. ἐς λεπτὰ δὲ κόψαντα, καὶ σήσαντα, καλάμῳ ἐμφυσῆν, ἢ καυλῷ πτεροῦ χηνὸς παχέι. ἀγωγότερον δὲ τῶνδε καὶ βιαιότερον εὐφόρβιον ξὺν τινὶ τῶνδε μιχθέν. ἀτὰρ καὶ ἐλαίοισι δὲ μίσγεται γλευκίνῳ, σικυωνίῳ, ἢ τῷ ἀπὸ στύρακος μύρῳ. ὑγρὸν δὲ γίγνεται κάρτα, ὡς ἔγχυτον. ἐγχεῖται δὲ διὰ τοῦ ῥινὸς γ᾽ αὐλοῦ. δίδυμοι δὲ οἵδε, ξυμφυέες ἀπὸ μιῆς εὐροῆς, ὡς ἐσάπαξ ἀμφοτέροισι ἐγχέειν. οὐ γὰρ ἀνασχετὸν ἡ διάστασις ἑκατέρου μυκτῆρος ἰδίῃ καὶ ἰδίῃ. πίμπραται γὰρ ἡ κεφαλὴ αὐτίκα, καὶ δριμὺ ἄλγος αἱρέει. τὰ δὲ διὰ τοῦ στόματος ἄγοντα φλέγμα, σίνηπι, κόκκος ὁ τῆς κνίδης, πέπερι, σταφὶς ἀγρίη. τάδε ξὺν ἀλλήλοισι καὶ ἰδίῃ. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ μασήσασθαι μὲν αὐτὰ, καὶ τὸ πτύειν ξυνεχές ἐστι, καὶ ὕδατι ἢ μελικρήτῳ, ἢ ὀξυκρήτῳ μίξαντα διδόναι, κλύζειν τε τὸ στόμα, καὶ ἐς τὰ παρίσθμια παρώσαντα ἀνατάσει τοῦ αὐχένος, τῷ τῆς ἐκπνοῆς πνεύματι κλύζειν. ἐπὴν δὲ ἐς ὅσον θέλῃς τὸ φλέγμα ἀγάγῃς, λούειν καὶ καταιονεῖν τὴν κεφαλὴν κάρτα πολλῷ θερμῷ ὕδατι ἐς διαπνοήν. ἰσχυραὶ γὰρ γίγνονται σφηνώσιες δύσπνοι ἐντελές. ἔστω δὲ καὶ οἶνος ἐς ἀνάκλησιν τοῦ στομάχου. μάλα γάρ τι καὶ ὧδε πονέει. ἐπὴν δὲ μεσηγὺ τὴν δύναμιν ἑδράσῃς, κλυσμῷ χρέω τῷ ξυνήθει, λίτρου πολλὸν ἐμπάσσων,

ἢ ῥητί-

ἢ ῥητίνης τῆς ἀπὸ τῆς *τερμίνθου τοῦ δένδρεος ἐντήκων ὁλκῆς δραχμὰς δύο. ἐς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην αἷμα τῆς ῥινὸς ἔνδον ἀφαιρέειν, ὡς εἴσω παρωθεῖται τὸ ὄργανον, κατειάδιον εὐμήκες, ἢ τὸ καλεόμενον στορύνη, ἢ εἴ τις ἐλλειπῶς πρὸς τάδε ἔχει, χηνὸς χρὴ πτεροῦ τοῦ καυλοῦ τοῦ παχέος ἀπογλύψαντα τάμνειν τὰ νεῦρα ἐς *ὀδόντα, ὅκως πρίστηρα. καὶ τόδε ἐς ῥῖνα κατιέναι, μέσφι τῶν ἠθμοειδῶν. ἔπειτα ἀμφοτέρῃσι χερσὶ κινέειν, ὡς *ξυγχαράσσοιτο ὑπὸ τῶν ὀδόντων ὁ χῶρος. ῥηϊδίη δὲ καὶ πολλὴ τοῦ αἵματος ἡ φορή. φλέβες γὰρ ἰσχναὶ τῇδε κραίνουσι, καὶ τὰ σώματα μαλακὰ καὶ εὔτμητα. ἔασι δὲ καὶ τοῖσι δημότῃσι (πολλοὶ τῆς ἐγχαράξιος οἱ τρόποι, καὶ βοτάνῃσι) τρηχείῃσι καὶ φύλλοισι δάφνης ξηροῖσι, ἐνθέντες τάδε, ἢ τοῖσι δακτύλοισι κινέειν εὐτόνως. *κενώσαντα δὲ *ὁκόσον χρή. ἔστω δὲ πλῆθος ἐς κοτύλης τὸ ἥμισυ. μάσσειν σπόγγοισι σὺν ὀξυκρήτῳ, ἢ ξηρόν τι ἴσχαιμον ἐμφυσῆν, κηκῖδα, ἢ σχιστὴν στυπτηρίην, ἢ *βαλαύστιον. ἢν δὲ ἐπὶ τουτέοισι ἡ κεφαλαλγίη μίμνῃ, ἤν τε ἀποπαύηται, αὐτὸν χρὴ ἐς τέλος ἥκειν τῆς ἰητρείης. φιλυπόστροφον γὰρ κακὸν, καὶ ἐν ἕδρῃ ἵζον τὰ πολλὰ φωλεύει. χρὴ ὦν ἀφαιρέοντα τὰς κόμας ξυρῷ, καὶ γὰρ τόδε κεφαλῇ ὀνηϊστόν. καίειν πυρίῃσι καυτήρων, ἐπιπολῆς μὲν, ἐς μύας. ἢν δὲ μέσφι ὀστέου ἐθέλῃς, ἀπάνευθεν καὶ τῶν μυῶν. μύες γὰρ καυθέντες, ἔασι σπασμῶν προκλήσιες. κἢν μὲν ἐπιπολῆς καύσῃς, οἶνον εὐώδη λευκὸν ξὺν ῥοδίνῳ καταιονέειν ἅλις.

*τερμινθίνης.
† ὀδὸν ὅκ.
* ξυγχαράσσοιτο.
κενώσαντα δὲ. ὁκόσον χρή.
βαλαύστιον.

aut reſinæ à terebintho arbore pondo drachmæ duæ eliquentur. Poſtridie ſanguis è naſi interioribus detrahatur: intrò enim prælongum inſtrumentum immittitur, quod Catejadion uocant, aut illud, cui Storyne nomen eſt. Aut ſi quis horum copiam non habuerit, pennæ anſerinæ caulem craſſiorem ſumere debet, ejuſque neruoſam partem denticulatim inſtar ſerræ incidere, atque ſic in narem uſque ad oſſa, quæ ob cribri ſeu colatorij ſimilitudinem Ethmoeide uocantur, immittere: deinde utraque manu agitare, quò locus à dentibus inſculpatur, ac uulneretur. Facilis eſt autem ac copioſus ſanguinis curſus: nam graciles uenæ hic deſinunt, corporaque hac in parte mollia ſunt, & ſectioni habilia. Verùm & multos nares uulnerandi modos uulgus nouit, herbas ſcilicet aſperas, & arida lauri folia naribus imponentes, aut digitis eas fortiter agitantes. Cùm uerò quantum ſatis ſit, euacuaueris, quod erit heminæ dimidium, coërcendus ſanguis eſt ſpongijs & poſca. Aut aliquod aridum, quod ſiſtendi ſanguinis uim habeat, naribus inſpirandum, galla, aut ſciſſile alumen, aut balauſtium. Verum enimuerò poſt hæc remedia ſiue dolor capitis perſeueret, ſiue deſinat; oportet ad finem hujus medicationis peruenire. Quoniam id malum ſæpe reuerti ſolet, & in ſuo uigore conſiſtens plerunque delitеſcit. Itaque nouacula deraſis capillis (quandoquidem & hoc capiti prodeſt) ferramentis candentibus urendum eſt, ſi in ſuperficie, ad muſculos uſque peruenias: ſin oſſetenus penetrare uelis, à muſculis caueto. Nam muſculi exuſti neruorum diſtentiones cient. Quòd ſi in ſumma cute uſſeris, uinum odoratum album cum roſacco infundere ſatis eſt.

Pittari-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Pittacium uerò maleſactum, per triduum ſupra cruſtas extendito. Quòd ſi cruſtæ altius deſcendant; porri comam cum ſale tritam, linteoloque illitam ſuperdato. Tertio die cruſtis ſummam cutim tantum occupantibus ceratum ex roſa: profundioribus autem lentem ex melle imponito. Sed quæ medicamenta cicatrici ducendæ ſint, alio loco deſcripſimus. Nonnulli ſuper frontem ea in parte, ubi futura eſt, quæ Corona dicitur; cutem oſſetenus inciderunt: illudque aut exterentes, aut excidentes uſque ad meditullium (quam Græci Diploen nominant) ad carnis repletionem perduxerunt. Alij & oſſa ad membranam uſque perforarunt. Verùm id genus remedia temeraria ſunt: nihilominus tamen adhibentur, ſi omnibus alijs tentatis adhuc cephalæa perſeuerat, & æger eſt animoſus, uel corporis robur excellit. Nempe ſi paulatim ad ſanitatem acceſſio fiat; exercitationes recto corpore pectori humeriſque adhibeantur, manuum fiat geſticulatio, alteres jaciantur, ſaltu corpus moueatur, atque in his peritè corpus torqueatur. Primò & poſtremò crura fricentur, medio tempore caput. Picatio aſſiduè picem inſpergendo adminiſtretur. Item caput rubrificandum nonnunquam ſinapi cum duplo pane affricando, ne intolerabilis ignis excitetur: nonnunquam medicamenta ſimul illinendo, quale eſt illud, quod ex adarce, & euphorbio, & pyrethro componitur. Proficit autem & ad dolorem in tempore ſedandum, & ad radicem mali extirpandam thapſiæ ſuccus, & medicamina cum ipſa jungenda, quotcunque cutim tumefaciunt, & uaris ſimilia tubercula excitãt. Victus ratio in ſingulis dolorũ generibus tenuis eſto: exiguus potus, & aquæ potio ante ullã

ὀθόνην δὲ χρὴ τέγξαντα ἐπιπεταν-
νύναι τῇσι ἐσχάρῃσι, μέσφι ἡμέρης
τρίτης. ἢν δὲ βαθεῖαι ἔωσι αἱ ἐσχάραι,
πράσου χρὴ κόμην ξὺν ἁλὶ τρίψαν-
τα, ἢ δὲ ἐς ὀθόνην ἐγχρίσαντα τιθέναι.
τῇ δὲ τρίτῃ κηρωτὴν ἐκ ῥοδίνου ἐπὶ τοῖσι
ἐπιπολαίοισι, ἢ φακὸν ξὺν μέλιτι,
ἐπὶ τῇσι βαθίοισι ἐσχάρῃσι τιθέναι.
ὁκόσα δὲ ἐπὶ οὐλὴν φάρμακα, ἄλ-
λῃ μοι γέγραπται. ἔταμόν τινες ὑπὲρ
μέτωπον κατὰ τὴν στεφάνην τὸ δέρμα
ἄχρις ὀστέου, καὶ τόδε ἐπιξέσαντες, ἢ
ἐκκόψαντες μέσφι διπλόης, ἐς σάρ-
κωσιν ἤγαγον. οἱ δὲ καὶ ἐστέρεωσαν τῶν
ὀστέων μέσφι μήνιγγος. εὔτολμα δὲ
τὰ ἄκεα. ἀλλὰ χρηστέον, ἢν ἐπὶ πᾶσι
μὲν ἡ κεφαλαίη ἐπιμίμνῃ, ὁ δὲ νοσέ-
ων εὔθυμος, ἢ ὁ τόνος τοῦ σώματος ἀ-
γαθός. ἢν δὲ ἐκ προσαγωγῆς ἔωσι,
γυμνάσια ὀρθὰ ἐς στέρνα, καὶ ὤμους,
χειρονομίη, *ἁλτήρων βολή, ἔξαλ- *καυτήρων βολή.
σις, καὶ ἡ ξυνδιαπαίδευτος ἐν τούτοις ἀ-
νείλησις. τρῖψις τὰ πρῶτα καὶ τὰ ὕ-
στατα σκελῶν, κεφαλῆς δὲ ἐς μέσον.
πιττοκοπίη τῷ *ἐμπάττειν ξυνεχής. *ἴσως ἐμπλάττειν.
*φοινίσσειν δὲ καὶ τὴν κεφαλήν, ἄλλοτε *φοινίσσειν.
μὲν σινήπι ξὺν ἄρτῳ διπλόῳ *ἐγχρίον- *ἐγχρίοντα.
τα, ὡς μὴ ἀφόρητον εἴη τὸ πῦρ. ἄλλοτε
δὲ φάρμακα ξυναλείφοντα, ὥστε τὸ
ξύνθετον τὸ διὰ τῆς λιμνήστιδος καὶ εὐ-
φορβίου, καὶ πυρέθρου. ἔχει δὲ καὶ ἄνοδον
παρεῖτε τὸν ἐν καιρῷ πόνον, καὶ ἐς μόχ-
λευσιν τῆς ῥίζης τοῦ κακοῦ. θαψίης ὁ ὀ-
πὸς, καὶ τὰ ξὺν τῷδε *φάρμακα, ὁκό- *φαρμάκα.
σα ἐξοιδαίνει τὸ δέρμα, καὶ ἰόνθοισι
ἴκελα ἐκφύει βλαστήματα. δίαιτα
δὲ, ἡ μὲν ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν ἀλγέων,
*λεπτή, ὀλιγοποτίη, καὶ ὑδροποτίη *λεπτήν.

T ἐπι-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἐπίπροσθεν μάλιστα ἄκεός τινος.
ξύμπαν δὲ δριμέων μὲν ἄφεξις,
κρομμύων, καὶ σκορόδων, καὶ ὀποῦ τοῦ
σιλφίου, σινήπιος δὲ μὴ πάγχυ, καὶ γὰρ
τὸ δριμὺ αὐτέου, πρὸς τῇ τοῦ στομάχου
ἀρετῇ, καὶ ἐς κεφαλὴν οὐκ ἄχαρι,
φλέγμα χύον καὶ διαπνέον, ἢ δια-
λαῦνον κάτω. ὀσπρίων κάκιστον κύα-
μος, καὶ ἐς τὰ τοῦδε εἴδεα, πίσοι, καὶ ὦ-
χροι, καὶ δόλιχοι. δεύτερον, φακοὶ,
οἵγε ἔχουσι μέν τινας ἀρετὰς πέψιός
τε καὶ ἐκκρίσιος, κεφαλῆς δὲ πλήσμι-
τὸ. ον καὶ * πόνου ποιητικόν. πλὴν ἑψηθέν-
τες ξὺν πεπέρει, οὐκ ἀποξενωτέοι. χόν-
δροι δὲ οἵτε πλυτοὶ χαρίεντες, ξὺν οἴ-
νῳ καὶ μέλιτι ὅσον ἡδύναι, καὶ τὸ ἐκ τού-
τέων ῥόφημα, καὶ οἱ ξὺν ἁπλοῖσι ζω-
μοῖσι. καλοὶ γὰρ καὶ οἱ ἐν τῇ καρυκείᾳ
* κάρφ. καρποὶ, * κάρου, κοριάνου, ἀνίσου, σελί-
* κρέασιν. νου δὲ τουτέων * κρέσσων, ἡ ἡδύοσμος
ἡ βοτάνη, καὶ γλήχων πρὸς τοῖσι ἐ-
* ἀγωγεῖν. νώδεσι, ἴσχουσί τι καὶ οὔρων * ἀγωγὸν,
καὶ φυσῶν ἔξοδον. κρεῶν δὲ, πονηρὰ
μὲν τὰ παλαιὰ πάντα. νεοσφαγῆ
δὲ, ἀλέκτορος, πτηνῶν ἡ φάσσα, ἡ πε-
λειὰ, καὶ τὰ ἄλλα ὁκόσα μὴ μάλιστα
* ὀπτός. πίονα, συῶν τὰ ἄκρεα, λαγωὸς * ὁ
* παχύνοντα. ὀπτός. βοὸς δὲ καὶ οἶος * παχύνοντε, καὶ
κεφαλῆς πλήσμιον. ἔριφος δὲ, οὐ πάν-
τη κακὸς, γάλα καὶ τυροὶ κεφαλαλ-
γέες. ἰχθύων, οἱ πετραῖοι, ἢ δὲ ὁκόσοι
* ἑφθῶν. κατὰ χώρην, ἄριστοι. λαχάνων δὲ * ἑφ-
θῶν μὲν, ὁκόσα οὔρων καὶ κοιλίας ὑπα-
γωγὰ, μαλάχη, βλίτον, τεῦτλον,
ἀσπάραγοι. δριμὺ δὲ καὶ κράμβη. ὠ-
μὰ δὲ, θριδακίνη πάντων ἄριστον.
ῥίζαι δὲ πονηραὶ, καὶ ἑφθαὶ, ῥα-
φανίδες, γογγυλίδες, σταφυλῖνοι.

medelam potiſſimum adhibeatur. Ex toto uerò ab acribus temperet, cepis, allijs, & ſucco lazerpitij. A ſinapi autem non penitus: ſiquidem ejus acrimonia, præterquàm quod ſtomachi uim roborat, capiti quoque haud ingrata eſt; pituitam fundens ac diffians, aut ad inferiora deturbans. Leguminum peſſima faba eſt, & ejus ſpecies piſa, & quæ à Græcis ochri, & dolichi nuncupantur: illi cicerculæ folio ſimiles, hi faſeoli aut lobi à nonnullis uocitati. Secundo loco ponitur lens: quæ nonnullis concoctionis excretionisque uirtutibus prædita eſt: ſed caput replet, doloremque concitat. Nihilominus cum pipere elixa ſpernenda non eſt. Far lotum haud ingratum eſt cum uino & melle, quantum ad condimentum ſatis ſit: & ex ipſo conflata ſorbitio, & ejus ſemina in ſimplici juſculo decocta. Vtique bona ſunt & in condimento, quod Græci caryceiam uocant, ſemina cari, coriandri, aniſi: apij uerò ſemen ijs anteferendum. Mentha herba, & pulegium præterquàm quòd benè olent: quandam uim habent, & urinam mouendi, & flatus per inferiora expellendi. Inter carnes uetuſtæ omnes damnantur, nuper interfecti galli carnes laudantur. Inter aues torquatus palumbus, columbus, & aliæ quæcunque haud ita multum pingues ſunt, ſuum extremitates, lepus aſſatus. Bubula ouillaque caro craſſum ſuccum creat, & caput replet. Hædus non penitus malus. Lac & caſeus caput dolore uexant. Ex piſcibus ſaxatiles deligendi, & quotquot in ea regione optimi cenſentur. Olera elixa quidem ea aſſumantur, quæ lotium & uentrem citant, malua, blitum, beta, aſparagi, acris uerò & braſſica eſt. At inter cruda lactuca omnium eſt optima. Radices autem etiam elixæ prauæ ſunt. Radiculæ, rapæ, paſtinacæ

urinam

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

urinam mouent, ſed caput explent, ſiſarum flatus edit, & uentriculum tumefacit. Vinum album tenue dulce admittatur, tantum adſtrictionis habens, quòd aluum non remoretur. Omnia bellaria capiti inimica, quin *præter* & palmularum omne genus. Ficus autē & uua demulcent, & quicquid ea parte anni, quam Horam Græci uocant; bonitate præſtat. Sed quibuscunque uel etiam juuantibus ſatiari malum eſt, pejor eſt cruditas: labores minus, quàm cruditas nocent: nihilominus & ipſi ſunt detrimentoſi. Deambulationes matutinæ aluo prius exonerata citra ſpiritus difficultatem bene feruntur, optimæ ſunt etiam & à cæna geſtatio longa per loca non uentoſa conueniet. Atque ubi ſol caput non feriat: ei nanque ſirius officit. Vſus ueneris capiti ac neruis labem acceſſit. Peregrè proficiſcatur ægrotus in regiones calidiores ex frigidioribus, & in ſicciores ab humidioribus. Confert & nauigatio, & in mari uitæ traductio, & ſi quis ſit maris accola, in ſalſa aqua frigida lauari, & in mari natare, & in arena uolutari, uictumque ex mari quærere proderit. Doloris uerò capitis, quem Eterocraniam Græci nominant, eadem medicamina ſunto: nam quæ toti capiti remedia conducunt, eadem ſingulis ejus partibus adhibere, bonum eſt. Quibuscunque uerò per hæc morbus depulſus non fuerit, ijs reliquum eſt, ut ueratro utantur, ut pote ultimo atque ualentiſſimo omnium remedio.

οὐρητικὰ μὲν, πλήσμια δέ. σίσαρον φυσῶδες μὲν καὶ στομάχου ἐπαρτικόν. οἶνος λευκὸς, λεπτὸς, γλυκὺς μὲν ἐγγεγράφθω, στύψιος ἔχων, ὡς μὴ ἴσχειν τὴν γαστέρα. τράγημα πᾶν, κεφαλαλγὲς, πλὴν φοίνικες πάσης ἰδέης. σύκων δὲ ὀπώρη καὶ σταφυλὴ προσηνὲς, καὶ ὅ,τι ἂν ἐπὶ τῆς ὥρης ἄριστον. πλησμονὴ πάντων καὶ τῶν *ὠφελεύντων κακόν. κάκιον δὲ ἀπεψίη. κόποι ἀπεψίης μὲν ἀσινέστεροι. ἐπιβλαβέες δὲ καὶ οἵδε. περίπατοι ἕωθεν ἐπὶ τῆς κοιλίης ἐκκρίσει. *εὔπνοοι δὲ, εὔφοροι. ἄριστοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ τῷ δείπνῳ. αἰώρη μακρὰ, νήνεμος, ἀνήλιος τῇ κεφαλῇ. κακὸς γὰρ αὐτέῃ ὁ σείριος. ὁμιλίη γυναικὸς κεφαλῇ, νεύροις, κακὸν ἐπίπαστον. ἀποδημίη ἐς θερμότερον ἀπὸ ψυχρῶν, καὶ ἀπὸ ὑγρῶν ἐς ξηρότερον. ξύμφορος δὲ πλοῦς, καὶ ἐν θαλάσσῃ *ἐξαγωγὴ τοῦ βίου. κἢν παράλιός τις ἦ, ἀγαθὸν λούεσθαί τε τῇ ἅλμῃ ψυχρῇ, καὶ νήχεσθαι τῇ θαλάσσῃ, καὶ τῇσι ψάμμοισι ἐγκαλινδέεσθαι, καὶ βιοτεύειν ἐς θάλασσαν. ἑτεροκρανίης ταὐτὰ ἄκεα. ὁκοῖον γὰρ τῇ κεφαλῇ ὅλῃ ἄκεα πρόσφορα, τοῖσδε περὶ ἅπαν τῆς κεφαλῆς μέρος χρέεσθαι καλόν. ὁκόσοισι δὲ ἐκ τῶνδε ἄφυκτος ἡ νοῦσος, ἐλλεβόρῳ χρέεσθαι, τῇ ἐσχάτῃ καὶ δυνατωτάτῃ πάντων ἀγωγῇ.

* ὠφελεόντων.

* εὔπνοιαι.

* le. διεξαγωγή.

CVRATIO VERTIGINOſorum,

Caput III.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΣΚΟΤΩΜΑΤΙΚΩΝ,

Κεφάλ. γ.

T 2 Καὶ

Καὶ ἐκ διαδέξιος μὲν κεφαλαίης γίγνεται σκοτοδίνη. ἀτὰρ καὶ αὐτὴ πρώτη ἐπ' αἰτίῃσι φύεται, αἱμορροΐδων ῥόου ἐπισχέσι, κἢν ἀπὸ ῥινὸς αἷμα μὴ ῥέῃ πρόσθεν ῥέον, ἢ μὴ διαπνέηται τὸ σκῆνος, ἢ ἱδρῶτι, ἢ πόνῳ πρόσθεν πονεύμενον. ἢν μὲν (ὦν) ἐπὶ τῇ κεφαλαίῃ ξυνέστῃ, τάδε χρὴ πρήσσειν ἐς ἴησιν, ὁκόσα ἐπὶ τῇσι κεφαλαίῃσι λέλεκται. τοῖσι δὲ καὶ βιαιότερον ἰηθῆναι χρὴ ἐς τέλος τῶν ἀκέων, ὕστερον φράσω. ἢν δὲ ἀπὸ τοῦ ἐπισχέσιος ὑγρῶν ἡ νοῦσος ἀπογένηται, τὴν ξυνήθεα ἔκκρισιν κινέειν. ὑγιεινὸν γὰρ τῆς φύσιος ἡ παλινδρομίη. ἢν δὲ ἡ μὲν * μάλλῃ, τὸ δὲ πάθος αὔξῃ, ἐπὶ μὲν τῇσι ἄλλῃσι ἐπισχέσεσι τῇσι διὰ ῥινὸς, ἢ ἱδρώτων, φλεβοτάμνειν τὴν ἐπ' ἀγκῶνι. ἢν δ' ἐπὶ ἥπατι πλημμύροντι, ἢ σπλῆνι, ἢ τινι τῶν ἐν τοῖσι μέσοισι σπλάγχνων, ἀφήγον ἡ σικύη. χρὴ δὲ ὁκόσον ἂν ἐκ φλεβὸς πολλὸν ἐκρέῃ, τοσόνδε ἐκ τῶνδε ἀφαιρέειν αἷμα. τόδε γὰρ τῆς προφάσιος ἡ τροφὴ, ὥσπερ δὴ καὶ γαστήρ. ἐπὶ δὲ τῶδε, τὰ τῆς κεφαλῆς ἄκεα ξυνάπτειν, φλέβα τὴν ἐπὶ τῷ μετώπῳ ὀρθὴν τάμνοντα, ἢ τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ῥινὸς πρὸς τοῖσι κανθοῖσι, σικύην τῇ κορυφῇ προσβάλλειν, ἐκκόπτειν τὰς ἀρτηρίας, ξυρέειν τὴν κεφαλὴν, φοινίσσειν, φλέγμα ἄγειν διὰ ῥινῶν πταρμικοῖσι, ἢ διὰ στόματος ὅκως ἔλεξα. ἅπαντα πρήσσειν ἐν κόσμῳ τῷ ἐπὶ τῇ κεφαλαίῃ εἰρημένῳ, πλὴν ὁκόσον κυκλαμίνου χυλὸς, ἢ ἀναγαλλίδος ἐγχυτὸς εἰς τὴν ῥῖνα ἔχει τὴν πρόσθεσιν. ἐπὴν δὲ τῶν ἀμφὶ τὴν κεφαλὴν ἀκέων ἥκῃ ἐς τέλος,

* μέλλῃ.

ET ſuccedit cephalææ uertigo, & ipſa per ſe proprijs de cauſis oritur, ſi profluuium ab hæmorrhoidibus coërceatur, ſi è naribus ſanguis non effluat, qui prius effluere conſueuerat, ſi corpus non diffletur aut ſudore, aut labore antea fatigatum. Igitur ſi ab cephalæa ducit originem, ea medendi ratione uti debemus, quæ ad cephalæam ſupra expoſita eſt. Quibus autem uiolentius cum ultimis remedijs occurrendum ſit, poſterius explicabo. Sin ab aliqua humorum ſuppreſſione morbus inciderit, uſitata excretio mouenda eſt. Naturæ nanque ſalutare eſt materiæ recurſus. At ſi iſta tardat, malum uerò increſcit, in alijs quidem ſuppreſſionibus aut ſanguinis è naribus manare aſsueti, aut ſudorum, ſanguis mittendus eſt è uena cubiti: ſin ab jecore multis humoribus affluente, aut à liene, aut ab aliquo ex uiſceribus in medio corpore poſitis uertigo prodeat; cucurbitulæ ſubueniunt. Sed quantum ex uena defluit, tantundem per has ſanguinis eſt detrahendum. Sanguis enim eſt cauſæ alimentum, quemadmodum & uentriculus. Deinceps capitis remedia ſubjungenda, uena frontis recta, aut naſi uenæ utrinque in angulis ſecandæ; cucurbitula uertici affigenda, arteriæ incidendæ, caput radendum, rubrumque faciendum: pituita è naribus per ſternutatoria, aut ex ore, quemadmodum docui, euacuanda: omnia denique modo in cephalæa narrata adminiſtranda, duntaxat adijcitur cyclamini ſuccus, aut anagallidis in nares ſ fundendus. Poſteaquam uero medicaminum capitis ad finem perueneris, deinde

quot-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

quotquot efficaciora ad uertiginoſos inueniuntur, ea ſunt adhibenda. Vomitibus à cœna, nec non uomitibus ab eſu radicularum uti poſtea decet: quin etiam ad ueratri aſſumtionem hæc præparatio fuerit. Nam præexercendus eſt ſtomachus, cùm uehementioribus uomitorijs uti uolumus. Pituita quoque in præſentia magis attenuatur, & ad ueratrum bene funditur. Veratri exhibendi modi plures ſunt, ut ualidioribus quidem ſuccurrat, ad magnitudinem amæ, id eſt, placentulæ, aut paulò craſſius eſt incidendum: & cum farre loto, aut lente aſſumitur pondo drachmæ duæ. Imbecillioribus autem & graciloribus decoctum cum melle propinatur. Duarum aut trium myſtillarum modus eſto. Quis uerò ſit faciendi modus, alio loco declarabitur. Inter ſingula autem remedia æger cibis reficiendus eſt: quò ea, quæ interim incidunt, ſuſtinere ualeat. In acceſſionibus quoque ſic opitulandum eſt, deliganda ſunt crura ſupra talos & genua & manus brachialia, brachiaque infra humeros propè cubita. Ad caput irrigandum facit roſaceum cum aceto. Oleo uerò incoquito ſerpyllum, aut ſpondylium, aut hederam, aut id genus alia fricentur extrema, & facies. Olfaciat acetum, pulegium, mentham, aliaque ejuſmodi ex aceto. Inter dentes aliquid apertionis cauſa imponatur. Nonnunquam enim maxillæ colliduntur & cohæreſcunt. In tonſillis fiat titillatio: uomitus citetur. Nam interdum rejecta pituita æger à tenebris excitatur. Hactenus ad acceſſionis leuamen & tenebrarum

ὁκόσα βιαιότερα ἐς τοὺς σκοτώδεας, τάδε χρὴ πρήσσειν, ἐμέτοισι τοῖσι ἀπὸ δείπνου, ἠδὲ τοῖσι ἀπὸ ῥαφανίδων χρέεσθαι, τὸ ἐκ τοῦδε δέον ἐστι, ἀτὰρ ἠδὲ ἐς ἐλλεβόρου παρασκευήν. μελέτησι γὰρ χρὴ τοῦ στομάχου ἐμέειν, ἐπὶ τοῖσι δεινοτέροισι ἐμετηρίοισι. ἀτὰρ καὶ τὸ φλέγμα λεπτότερον νῦν γίγνεται, καὶ ἐς τὸν ἐλλέβορον εὔχυτον. ἐλλεβόρου δὲ δόσιες πλεῦνες. τοῖσι μὲν ἰσχυροτέροισι ἀρῆξαι ἐς μέγεθος ἄμης. ἢ ὀλίγον ἁδρότερον τετμημένα, ξὺν χόνδρῳ τε πλυτῷ, ἢ φακῷ ἡ δόσις. σταθμὸς δὲ ὁλκῆς δραχμαὶ δύο. ἐπὶ δὲ τῶν ἀσθενεστέρων καὶ ἰσχνοτέρων, τὸ ἕψημα ξὺν μέλιτι, μέτρον μυστίλαι δύο ἢ τρεῖς. τῆσδε ποιήσιος ὁ τρόπος ἄλλῃ πῃ λελέξεται. μέσηγυ δὲ ἑκάστου ἄκεος * ὑπανατρέφειν τὸν νοσέοντα ἐς τὴν τῶν μέσων ὑπομονήν. ἀρήγειν δὲ καὶ ἐπὶ τοῖσι παροξυσμοῖσι ὧδε. διαδέειν μὲν τὰ σκέλεα. ὑπὲρ σφυρὰ (καὶ) γούνατα, καὶ χειρὸς καρποὺς τε καὶ βραχίονας ἔνερθε τῶν ὤμων πρὸς τοῖσι ἀγκῶσι. τέγξιες κεφαλῆς, ῥόδινον μύρον ξὺν ὄξεϊ. ἐνεψῆσαι δὲ χρὴ τῷ ἐλαίῳ, ἑρπύλλιον ἢ σπονδύλιον, ἢ κισσοὺς. ἢ τι τοιόνδε, ἀνάτριψις ἄκρων, καὶ προσώπου. ὄσφρησις ὄξεος, γλήχωνος, ἡδυόσμου, καὶ τάδε ξὺν ὄξεϊ. ἐνεψῆσαι δὲ χρὴ τῷ ἐλαίῳ διάστασις τοῦ γένυος. ἔσθ᾽ ὅπῃ γὰρ ἐρείδουσι τὰς γνάθους. γαργαρισμὸς παρισθμίων, ἐμέτου πρόκλησις. ἐπὶ γὰρ ἐκχύσει κοτὲ φλέγματος ἀνέγροντο ἐκ τοῦ ζόφου. τάδε μὲν ὦν ἐς τὴν τοῦ παροξυσμοῦ παρηγορίην καὶ σκέδασιν τοῦ ζοφώ-

* ὑπανατα-φίειν.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ζοφῶδες. διαίτης δὲ περὶ ἁπάσης τῆς ἐν τῇ θεραπείῃ καὶ τῆς ἐς αὖθις τάδε γιγνώσκω. ὕπνος πουλὺς, κακὸν δὲ καὶ ἀϋπνίη. πολὺς μὲν γὰρ ναρκᾷ τὰς αἰσθήσιας τῆς κεφαλῆς. ἀτμῶν πλημμύρα ὄκνος ἁπάσης πρήξιος. τάδε μέντοι βαρέος καὶ ἤχων καὶ μαρμαρυγῶν (ἐστὶν) αἴτια, τῆς νούσου τὰ ξύμβολα. ἀγρυπνίη δὲ ἄπεπτον, ἄτροφον, καματηρὸν, τὸ σκῆνος ἄθυμον, εὐπαράγωγος ἡ γνώμη. διὰ τάδε ῥηϊδίως μαίνονται, καὶ μελαγχολέουσιν οἵδε. ξύμφορος δὲ ὁ μέτριος ἐς τὴν τῆς τροφῆς οἰκονομίην, καὶ ἐς ἀνάπαυλαν τῶν δι' ἡμέρας καμάτων πρόνοια, καὶ ἐπιμονή. προεδρίη τῆς κοιλίης ἐς ἀπόκρισιν. διαπνοῆς γὰρ ἡ μέζων αἰτίη κοιλίη. ἀνάτριψις αὖθις σκελῶν δι' ἡμιτυμβίων τρηχέων μέσφι φοινίξιος, ἔπειτα νώτου καὶ πλευρέων, ὕστατα κεφαλῆς. ἀπὸ τουτέων περίπατοι, πρηνέες μὲν ἀρχῆθεν καὶ ἐς ἀπόπαυσιν, ἐπίτροχοι δὲ οἱ μέσοι, ἠρεμίη, κατάστασις τοῦ πνεύματος ἐπὶ τοῖσι περιπάτοισι ἔστω. ἀναφωνέειν χρὴ, τοῖσι βαρέσι φθόγγοισι μᾶλλον χρεόμενον ἠχέειν. ὀξέες γὰρ, κεφαλῆς διαστάσιες, κροτάφων παλμοὶ, ἐγκεφάλου διασφύξιες, ὀφθαλμῶν πρήσιες, ἤχων ἀκοή. μετρίη ὀξυφωνίη, κεφαλῇ ὀνήιστον. ἔπειτα δὲ, καιρὸς αἰώρης, ἐς διαπνοὴν τοῦ παντὸς κεφαλῆς βάρεος, πλῆθος δὲ ἔστω πολλὸν, πλὴν ὁκόσον ἀκάματον ἦ. ἐπὶ ἐλιγμοῖσι τοῖσι τῆς χωρίης, μηδὲ ξυνεχέσι καμπῇσι αἰώρη γιγνέσθω. ἰλίγγων γὰρ τάδε προκλήσιες. εὐθέες δὲ καὶ μακροὶ, καὶ

diſcuſſionem dictum ſit. At de uniuerſa uictus ratione tam in curando, quàm poſt curationem hæc noſtra ſententia eſt. Somnus multus æquè, atque inſomnietas inimica ſunt: multus enim ſomnus ſtuporem capitis ſenſibus iniicit: uaporum exuberantia torpet omnis actio. Hi planè grauitatis, & ſonorum in auribus, & ſplendorum quorundam oculis obuerſantium cauſæ, morbi uerò indicia ſunt. Vigilia uerò cruditatem facit, alimentum ſubtrahit, laborem affert, corpus contriſtat. mentem labefactat: propterea facilè furere, atque atra bile uexari iſti conſueuerunt. Mediocris autem ſomnus ad alimenti diſtributionem, & ad laborum diurnorum leuationem utilis eſt. Aluo ad excretionem conſulendum: nam difflationis cauſa potior aluus eſt. Iterum crurum frictio per aſpera linteola uſque ad ruborem, deinde dorſi & laterum, poſtremò capitis adhibenda. Ab his ambulationes circa initia & finem leniores, mediæ uerò acriores. Quies conſiſtentia ſpiritus poſt ambulationes eſto. Vocem leniter exercere oportet, grauibus uocibus utentem ſonum ædere. Acutæ nanque uoces capitis diſtentiones, temporum palpitationes, cerebri pulſationes, oculorum inflationes, auriumque tinnitus efficiunt, mediocriter acuta uox ædita capiti prodeſt. Poſtea uerò geſtationis tempus adeſt ad difflandam totam capitis grauitatem opportunum. Longa ſit autem, uerùm citra fatigationem, neque in tortuoſis regionis tramitibus, neque aſſiduis itineris flexibus geſtatio fiat: quoniam ſic uertigines oboriuntur. Sed rectæ & longæ & lenes

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ὠφελεῖ δὲ καὶ ἀνακογχυλισμὸς διὰ τῶν δριμέων. καὶ τῆς γλώττης δὲ παρεθείσης, τὰς ἐν αὐτῇ φλέβας τμητέον. σικυαστέον τε τὸν ἀνθερεῶνα. καὶ ἀποφλεγματισμοῖς χρῆσθαι διὰ νάπυος. καὶ γυμνασίοις τῆς γλώττης. τῶν δὲ φωνητικῶν παρεθέντων, τῷ θώρακι προσφέρειν τὰ βοηθήματα πνεύματός τε κατοχῇ, καὶ ἀναφωνήσει χρῆσθαι. ἐπὶ δὲ ὀφρύων, τῶν βλεφάρων συγχρίσματα ὁμοίως ὠφελεῖ. ἐπὶ τέλει δὲ καὶ ἀναῤῥαφή. κύστεως δὲ παρεθείσης, εἴτ᾽ ἐπέχοιτο τὰ οὖρα, εἴτε ἀκουσίως ἐκκρίνοιτο. τῷ μὲν ἤτρῳ καὶ περιναίῳ τὰ φάρμακα προσενεκτέον, ἐνετέον δὲ τῇ ἕδρᾳ πηγάννιον ἔλαιον, ἢ σικυώνιον μετὰ βουτύρου καὶ καστορίου. χαλβάνης ἢ ὀποπάνακος, ἢ ὀποῦ σιλφίου. καὶ τῇ κύστει δὲ παραπεμπόμενα ταῦτα διὰ τοῦ καυλοῦ, μεγάλως ὤνησεν ἢ καὶ μόνα ἤρκεσεν. καὶ τὰ διὰ κενταυρίου δὲ καὶ κολοκυνθίδος κλύσματι τοῦ ἐντέρου, μετὰ σικυωνίου χρήσιμα. εὐθετεῖ δὲ καὶ τὰ διουρητικὰ πινόμενα, καὶ καστορίου ὡσαύτως καὶ πρόγε πάντων καθετηριστέον τοὺς μηδὲν ἀφουροῦντας. ἐγκαθηστέον δὲ καὶ καταπλαστέον τοῖς χαλαστικοῖς. τοὺς δὲ ἀπροαιρέτως ἐκκρίνοντας, στυπτικῶς ἀκτέον, διὰ τῶν τονούντων βοηθημάτων, τροφαῖς δὲ ξηραῖς καὶ ποτῷ ψυχρῷ χρηστέον. ἐν δὲ ταῖς ἀναλήψεσι, καὶ φοινιγμοῖς, καὶ αὐτοφύεσι λουτροῖς χρήσθωσαν ψυχροῖς. τοὺς δὲ ἐπὶ ῥάχεως τραύματι, ἢ πτώματι, ἢ ὀλισθήματι σπονδύλου, θανατικῶν συνδρομῶν συνεδρευουσῶν. ἀδύνατον ἰᾶσθαι. εἰ δὲ καυλὸς παρεθείη τοῖς ἐπὶ κύστεως χρηστέον. ἐπί τε τῶν αὐτῶν μορίων καὶ τῶν ψοῶν. προσέτι δὲ καὶ τοῖς ἐντατικοῖς χρησώμεθα. ἀθετεῖ δὲ γάλα, τυρὸς, καὶ τὰ λοιπὰ πέμματα. θριδακίναι, καὶ τὰ λοιπὰ λάχανα. ἀπευθυσμένου δὲ παρεθέντος, ἐφ᾽ οὗ ποτὲ μὲν ἀκουσίως ἡ κόπρος ἐκκρίνεται, ποτὲ δὲ ἐπέχεται. τοῖς αὐτοῖς χρηστέον. ποτὲ μέν τοι διὰ κλιστῆρος ἐνιέναι. ποτὲ δε τὰ στύφοντα. οἷον ἀφέψημα, κυπαρίσσου, σχοίνου, βάτου. ποτὲ δὲ τὰ χαλῶντα οἷον στέαρ ὕειον, καὶ χήνιον, καὶ μολόχινον ἔλαιον. ἄλλοτε δὲ, τὰ δάκνοντα. οἷον ἅλμην, ἢ κολοκυνθίδος ἤτοι τῶν ὁμοίων ἀφέψημα, οὐδὲ γὰρ οὕτως ὠφελεῖ τὰς κινήσεις, ὡς ἡ ποικίλη μόχλευσις. εἰ δὲ ἀντίληψις εἴη ψύξεως, καὶ δι᾽ εὐφορβίου ἄκοπον ἐλαίῳ ἀνεθέντος ἐνιέσθω,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἐνιέσθω, τὰ δὲ κῶλα παρεθέντω μετὰ τῆς κοινῆς ἐπιμελείας καμπτέσθω καὶ τριβέσθω. καὶ ἐκτεινέσθω κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον. τὸ γὰρ πλεῖστον τῆς ἐλπίδος, ἡ τρίψις ἐστίν.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΠΙ ΚΟλικῷ νοσήματι γινομένης παρέσεως.

Κατὰ τοὺς ἡμετέρους χρόνους, κολική τις ὤχλησεν νόσος. ἐφ' ᾗ καὶ μάλιστα τοῖς σωθήσεσθαι μέλλουσιν, ἀκινησία μὲν παντελὴς ἀκολουθεῖ τῶν κώλων ἡ δὲ τῆς ἁφῆς αἴσθησις ἀβλαβὴς διαφυλάττεται ὡς ἔοικεν. οἷον κριτικῆς τινὸς ἐκ τοῦ βάθους μεταστάσεως γινομένης. ὅθεν αὐτομάτως ἐπανῆλθε τοῖς πολλοῖς ἡ κίνησις ἐν χρόνῳ τοὺς δέ γε δυσιατοῦντας καὶ τὰ ἁπλούστερα τῶν λεχθέντων ἰάσατο συγχρισμῶν. ἐξαίρετα δὲ τούτοις εὑρέθη, τό, τε διὰ τῆς αἰγείρου, καὶ τὸ διὰ τῆς ἐλάτης ἄκοπον. πολλοὺς δὲ καὶ τὰ τονοῦντα καὶ μετρίως ἀποψύχοντα, μεγάλως ὤνησεν.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΦΘΙσιος,

Κεφάλ. η.

Ὅκως ἐν νηῒ καὶ γαλήνῃ. καὶ γὰρ εἰ εὐτυχοίη ὁ νοσέων, ἐν θαλάσσῃ γίγνοιτ' ἂν αἰώρη καὶ βιοτή. καὶ γὰρ τι ξηρὸν ἐς τὰ ἕλκεα ξυνδίδωσι ἁλμή. ἀπὸ δὲ τῆς αἰώρης ἐφησυχάσαντα, χρίεσθαι ἐλαίῳ λιπαρῷ λίπαι. ἐπὶ τῇσι τρίψεσι δ' ἐξεχὲς καταιονεόμενον ἀπ' ὀλίγου ἐκ προσαγωγῆς, ἐς κοτύλας πέντε ἢ ἕξ, ἢ πολλόν τι πλεῖον. ἢν δὲ μή, ὁκόσον τις δύνηται. πολλάκι γὰρ τόδε μοῦνον ἀντὶ πάσης τροφῆς ἤρκεσε. γάλα δὲ ἡδὺ μὲν προσάρασθαι. πιεῖν δὲ ῥήϊστον, στερεὸν θρέψαι, καὶ τροφῆς ἁπάσης ἐκ παιδὸς ξυνηθέστερον. ἰδεῖν δὲ τερπνὸν τῇ χροιῇ. φάρμακον δὲ ἀρτηρίῃ ἄκερχνον, διαπτερῶσαι βρόγχον, ἄγειν φλέγμα εὔπνοον, ὀλισθηρὸν δὲ τὴν κάτω διέξοδον. ἕλκεσι δὲ φάρμακον

immittito. Membra poſtremò reſoluta, communi cura flectito, perfricato, & quemadmodum diximus, diſtendito, ſumma nanq; ſpes in frictione ſita eſt.

DE PARALYSI EX colico morbo contracta.

COlica quædam affectio noſtra ætate incruduit, quam (& præcipuè eos qui euaſuri erant) motionis exacta quædam membrorum orbitas comitabatur, ſenſu tactus incolumi, ut uidetur, conſeruato, tanquam iudicatorio aliquo tranſitu ex corporis profunditate in extremas particulas facto. Proinde citra medicamentorum ſubſidium ultro pleriſque motus poſtlimino reuerſus eſt: alios uero qui difficilioris curationis fuere etiam ſimpliciora ex prædictis unguenta perſanauere. Præcipua uero his inuenta ſunt, tum id quod è populo nigra, tã quod ex abiete concinnatur acopon. Plures uerò medicamenta quæ robur inſerunt, & mediocriter refrigerant, magnificè iuuerunt.

DE CVRATIONE Phthiſis, ſeu ulcerum pulmonis.

Caput VIII.

QVemadmodum in naui & tranquillitate. Nam ſi rectè habuerit ægrotans, in mari geſtatio fieri poterit: atque ibi uitam deget. Cum ulceribus enim quiddam ſiccum marina ſalſugo communicat: à geſtatione quiete conceſſa utendum in præſentia pingui oleo. Poſt frictiones oleum cum aceto infundatur, paulum primo deinde adijciendum uſque ad heminas quinque aut ſex, aut multò plus etiam: ſin minus, at ſaltem quantum quis ferre poterit. Multoties enim uel id ſolum pro omni alimento ſatis fecit. Lac uerò aſſumtu ſuaue, potu facillimum, nutritu ſolidũ, & qualibet eſca à pueritia familiarius eſt: præterea uiſui colore delectabile, medicamen arteriã non aſperans, guttur lauigans, ad eijciendam pituitã facilem ſpiritum reddens, inferiorem exitum lubricum efficiens, ulceribus dulce

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

dulce ſubſidium, & quolibet alio benignius. Si quis multum lactis potat, nullo alio eget alimento. In morbo enim bonum medicamen eſt lac, ejuſdem & alimentum efficitur. Nam hominum lacte ueſcentium nationes frumentum non edunt. Optima uerò eſt cum lacte & puls, & bellaria & alica lota, & quæcunque edulia ex lacte fiunt. Quod ſi & alia eſca indigeat, ejuſdem generis eſto. Ptiſanæ cremor concoctu facilis, tenuis materiæ eſt. Eatenus uerò condiendus erit, quatenus abſorptu facillimus ſit. Siquid etiam ſaporis jucunditatem afferens capiat; & illud medicamentum eſto: qualis eſt liguſtici coma, pulegium, menta, ſalis exiguum, acetum aut mel. Si uentriculus non concoquit, hujuſmodi exhibenda ſunt. At ſi nihil uentriculo tale exhibere neceſſe ſit; omnibus ptiſana præſtantior eſt. Licet & ptiſanam in alicam permutare: minus enim flatuoſa, & concoctu facilior eſt, ſi quemadmodum & ptiſana exterſa deglubitur. In humidioribus rejectionibus faba ulcera purgat, ſed flatibus redundat. Item piſum & ochrus, qui & quantò pauciores flatus citant, tantò minus ulcera purgant. Itaque medicus conjecturis ductus, prout præſentia poſtulant, his uti debet. Iſtorum quoque condimenta ſunto, quotquot de ptiſana memorata ſunt. At oua ex igne quidem aquea calida, ſed ex animalibus nuper edita optima ſunt, priuſquam eam *

γλυκὺ, καὶ ἄλλου παντὸς εὐμενέστερον. ἢν μὲν ὦν τις πολλὸν τοῦδε πίνῃ, οὐδὲ μιῆς τροφῆς ἄλλης χρέος. ἀγαθὸν γὰρ ἐν νούσῳ ἔνι φάρμακον γάλα τωυτὸν γίγνεσθαι, καὶ τροφήν. καὶ γὰρ ἀνθρώπων τῶν γαλακτοφάγων τὰ ἔθνεα, σίτου οὐκ ἔδει. ἄριστον δὲ ξὺν γάλακτι καὶ πολτοὶ, καὶ ἴτρια καὶ χόνδροι πλυτοὶ, καὶ ὁκόσα ἐδεστὰ ἐκ γάλακτος γίγνεται. καὶ τροφῆς ἢν ἑτέρης δέῃ, ἔστω ὁμοίη, πτισάνης ὁ χυλὸς, εὔπεπτος, λιτή. χρὴ δὲ τοσόνδε ἡδύνεσθαι, ὁκόσον ῥυμφάνεσθαι ἐστι ῥηΐστη. ἢν δὲ τῶν ἐς ἡδονὴν τι λαμβάνῃ, καὶ τόδε ἔστω φάρμακον, λιγυστικοῦ κόμην, γλήχωνα, ἡδύοσμον, ἁλῶν βραχὺ, ὄξος ἢ μέλι. ἢν μὲν στόμαχος ἀπεπτέῃ, τόδε παρέχειν. ἢν δὲ μηδὲν ὅδε προσαναγκάζῃ, πάντων ἐστὶ πτισάνη κρέσσων. ἔξεστι δὲ τὴν πτισάνην ἐς χόνδρον ἀλλάξαι. ἀφυσότερος γὰρ καὶ εὐπεπτότερος, ἢν καὶ ὡς πτισάνη μιγματώδης ἐπτίσθω. ἐν τῇσι ὑγροτέρῃσι ἀναγωγῇσι κύαμος καθαίρει ἕλκεα, ἀλλ' ἐστὶ φυσώδης. πισὸς καὶ ὦχρος ὁκόσον ἀφυσότερα τοσόνδε ἑλκέων ἀκαθαρτότερα. ξὺν τεκμαιρόμενον ὦν πρὸς τὰ παρεόντα. τοῖσδε χρῆσθαι. ὄψα δὲ αὐτέων, ὅσα καὶ ἐπὶ πτισάνῃ λέλεκται. ὠὰ δὲ, ἐκ πυρὸς μὲν ὑδρέα θερμά. ἄριστον δὲ ἐκ ζώων ἀρτίτοκα, πρὶν τὴν *

CVRATIO PVRVLENTORVM,

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΕΜΠΥΙΚΩΝ.

Caput IX.

Κεφάλ. θ.

X. Π. Αἰγ.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. λβ. Δεῖ τοίνυν πρῶτον μὲν τῇ πέψει τοῦ ἐμπυήματος συνεργεῖν. διά τε σπόγγων πυριῶντας, καὶ καταπλάσσοντας δι' ἀλεύρων κριθῆς σὺν ἰσχάσιν ἑφθαῖς, καὶ ῥιτίνῃ ὀλίγῃ, καὶ περιστερῶν κόπρῳ, καὶ νίτρῳ καὶ ἐβίσκῳ. συνεργεῖ δὲ τῇ ῥήξει καὶ ἡ ἐπὶ τὸ ἀπαθὲς πλευρὸν κατάκλισις. καταῤῥοφείτωσαν δὲ ἐκ διαστημάτων μελίκρατον, καὶ χυλὸν πτισάνης μετὰ μέλιτος. οἱ δὲ εὐτονέτεροι πινέτωσαν καὶ ἀπόζεμα ὑσσώπου καὶ θύμου μετὰ μέλιτος. συνεργεῖ δὲ πρὸς τὴν ῥῆξιν καὶ ταριχοφαγία, καὶ τῆς διὰ κολοκυνθίδος ἱερᾶς καταπότια πρὸς κοίτην λαμβανόμενα. ἀρξαμένου δὲ ἐκκρίνεσθαι τοῦ πύου αὖθις διδόναι τὸ ἀπόζεμα τοῦ ὑσσώπου, καὶ ἴρεως καὶ γλυκυῤῥίζης ἑψηθέντων ἐν μελικράτῳ ἢ τὴν γλυκύῤῥιζαν λειωθῆσαν μετὰ σησάμου. καὶ καταπλάσσειν γύρει ἐν μελικράτῳ καὶ ἐλαίῳ ἑψιθείσῃ. θυσανακαθάρτου δὲ τῆς ἑλκώσεως οὔσης, τοῖς συνθέτοις χρηστέον. οἷον ἐστὶ τό, τε διὰ πρασίου ἁπλοῦν καὶ σύνθετον. καὶ τὸ δι' ὀρόβων. τὸ δὲ δωδεκαθέον καὶ τὸ Φιλοξένου προσαγορευόμενον. τοῖς δὲ εἰς φθίσιν μεταπεσοῦσι. δίδου κεφαλωτὰ πράσα συντετηκότα τοῖς ἀπὸ χόνδρου ἢ πτισάνης ῥοφήμασιν, ἤδη δὲ καὶ καθ' ἑαυτὰ δὶς ἑψημένα δοτέον. τὸ δὲ πινόμενον ὕδωρ ὄμβριον ἔστω, καὶ μελίκρατον ἐξ αὐτοῦ. καταπλασσέσθωσαν δὲ κατ' ἀρχὰς τῶν ἀνέσεων τοῖς διὰ λινοσπέρμου καὶ γύρεως δι' ἀφεψήματος τήλεως, ἢ μαλάχης, ἐλαίου τε καὶ μέλιτος. καὶ φύλλων ἀλθαίας. χρόνου δὲ παρεληλυθότος. ἐπὶ τὰς κηρωτὰς μεταβατέον, τὰς διὰ βουτύρου καὶ κυπρίνου καὶ δαφνίνου καὶ ἴρεως. καὶ τῇ μνασαίου δὲ χρηστέον ἐμπλάστρῳ. ῥευματιζομένῳ δὲ τῷ θώρακι τῆς διὰ ἰτεῶν ἐπιθετέον. προποτιστέον τε αὐτοὺς, τὰ ἔμπροσθεν ἐπὶ τῶν ἐμπύων ἁπλᾶ λελεγμένα. καὶ τινὰ τῶν συνθέτων. τῆς δὲ βηχὸς χαλεπῶς ἐπικρατούσης, θύμον καὶ ὕσσωπον μετὰ χυλοῦ γλυκυῤῥίζης, μέλιτι ἀπέφθῳ ἀναλαβὼν, καὶ πλάσας, ὑπὸ τῇ γλώττῃ δίδου κρατεῖσθαι. ἁρμόσει δὲ αὖ αὐτοῖς, καὶ ἡ μιθριδάτου ἐκ διαλειμμάτων ἀντίδοτος, καὶ ἡ διὰ ἐχιδνῶν. ἄριστον δὲ τούτοις βοήθημα, καὶ ἡ ἀρμενία βῶλος πινομένη. καὶ ἡ ἔσδρα ἀντίδοτος, οὐδὲν ἧττον τῶν εἰρημένων.

P. Æg. lib. 3. c. 32. Ante omnia, puris collecti maturatio promouenda eſt ſpongiarum fotu, cataplaſmatis ex farinis hordeaceis cum caricis diſcoctis & reſina exigua & ſtercore columbarum, nitroque & hibiſco. Adjuuat autem rupturam, in latus ſanum decubitus. Sorbeatur præterea ex temporis interuallo mulſa & cremor ptiſanæ admixto melle, ſed quibus plus roboris ineſt, jus hyſſopi & thymi melle adiecto bibant. Promouet etiam rupturam uomicæ ſalſamentorum eſus & catapotia hieræ ex colocynthide ſub ſomnum, in cubilis ingreſſu ſumta. Vbi pus expectorari cœperit, hyſſopi denuò & iridis atque glycyrrhizæ decoctorum in mulſa potionem repete. Vel glycyrrhizam cum ſeſamo tritam exhibe: aut pollinem in mulſa & oleo percoctum cataplaſmatis modo inducito. Cum autem hulcus expurgationi per ſuperna renititur, ad compoſitorum uſum deueniendum eſt: uerbi cauſa, medicamenti quod ex marrubio conſtat tum ſimplicis tum compoſiti. Et ejus quod ex eruis conſtat & quod ab ingredientium numero Græcè dodecatheon dicitur. Item quæ ab autore Philoxeni nomenclaturam ſortita eſt, confectionis. Porrò qui in tabem ceciderunt, his porra capitata in chondri ac ptiſanæ ſorbitionibus liquefacta, dato. Iam uerò & hæc per ſe bis decocta exhibenda ſunt. Potus ſit aqua pluuia, & aqua mulſa ex illa parata. Ab initio uerò remiſſionum, cataplaſmata exhibeantur ex lini ſemine ac polline, cum deco&ó fœnigræci aut maleæ, oleoque ac melle & folijs althææ. Tempore uerò progreſſo, ad cerata tranſeundum eſt, ex butyro, & cyprino, & laurino & inde. Sed et Mnaſeæ emplaſtro utendum eſt. Thorace uerò fluxionibus infeſtato, emplaſtrum ex ſalicibus imponendum eſt. Præbibant etiam antea relata ad ſuppuratos ſimplicia & quædam ex compoſitis. Cæterum tuſſi grauiter obtinente, thymum & hyſſopum cum glycyrrhizæ ſucco melle cocto excipe & efformata ſub lingua tenenda præbe. Conuenit ipſis etiam Mithridatis antidotus ex interuallis & quæ ex uiperis paratur. Optimum uerò his auxilium eſt Armenij boli potus, & antidotus Eſdra, non minus quàm prædicta.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΤΩΝ ΕΣ τὴν πνεύμονα ἀποστασίων.

Κεφάλ. ι.

CVRATIO PVLMOnis abſceſſuum,

Caput X.

P. Æg.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

P. Æg. lib. 3. c. 30. Peripneumonia inflammatio pulmonis eſt plerunque ex defluxionibus fortibus, aut anginis, aut anhelationibus, aut pleuritide, aut alijs morbis oboriens: quandoque uerò ipſa per ſe affectionem auſpicatur. Sequitur hos ſpirandi difficultas, febris acuta & ardens, grauitas & tenſio pectoris, impetus & perceptio multæ repletionis circa faciem, materia ſurſum uerſus impetum faciente inſtar ignis. Rubicundæ igitur ipſis apparent malæ, & oculi tument, & cutis ſupercilijs incumbens deorſum nutat, & corniformis tunica ſubpinguis apparet: ſi uerò ſigna ad maiorem ardorem inclinant, inflammationem ſacri ignis naturam habere in pulmone putandum eſt. In ijs igitur qui ex tranſmutatione aliorum morborum ad hunc deuenerunt, uenæ ſectionem reprobare oportet, & præſertim, ſi diuturni fuerint, aut etiam ab initio uenam ſecuerint. Verùm in remiſſionibus infuſum per clyſterem in aluum mittatur, quæ ægrè ſubduci poteſt. Et cucurbitæ affigantur: ad pectus & ad latera, ſi nihil prohibeat, atque hæ multæ cum ſcarificatione. At ſi ſtatim ab initio peripneumoniæ affectio auſpicetur, permittentibus numeris ad hoc requiſitis, uena ſecetur: ſin minus, etiam ijs ſaltem cucurbitæ affigantur, ita ut pro uiribus ſanguinis euacuationem faciamus. Sorbitiones autem accipiant ex ptiſanæ aut alicæ ſucco cum melle, aut ex amygdalis amaris, cum ſimilagine aut alica, ex iucundis potionibus aliqua admixta, hydromelo, aut fauorum cremore cocto, aut hydroroſato. Commodum eſt & butyrum recens trium cochleariorum menſura. Præbibant autem ficuum cum hyſſopo decoctum, aut iridis coctæ in aqua mulſa, aut iridis tritæ cochleariorum duorum menſuram inſperſam aquæ mulſæ, hoc etiam deorſum purgat. Verum ad uirium conſeruationem frequentius potent aquam mulſam per ſe & cum nucleis nucis pineæ & cucumeris ſemine. Verùm ad totum thoracem ac coſtas laterum imponere oportet ceratum cyprinum, iridem inſperſam habens: aut ceratum ex oleo rutaceo & iride ſicca: aut id quod ex cera, reſina, medulla, butyro, œſypo, iride ſicca, & unguento nardino præparatur.

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. λ. Ἡ περιπνευμονία, φλεγμονὴ τοῦ πνεύμονός ἐστιν τὰ πολλὰ μὲν ἐπὶ καταῤῥοις ἰσχυροῖς, ἢ συνάγχαις, ἢ ἄσθμασιν, ἢ πλευρίτισιν, ἢ ἑτέροις γινομένη νοσήμασιν. ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὕτη κατάρχεται τοῦ πάθους. παρέπεται δὲ τούτοις δύσπνοια πυρετὸς ὀξύς τε καὶ καυσώδης βάρος τε καὶ τάσις τοῦ στήθους ῥωγμός, καὶ πολλῆς τῆς ἐπὶ τὸ πρόσωπον πληρώσεως ἀντίληψις ἀνάῤῥοπον ποιουμένης τὴν ὁρμὴν τῆς ὕλης δίκην πυρός. ἐρυθρὰ γοῦν αὐτοῖς τὰ μῆλα φαίνεται καὶ τὰ ὄμματα διοιδήκε μετὰ τοῦ κάτω νεύειν τὰ ἐπισκύνια, καὶ οἱ κερατοειδεῖς ὑπολίπαροι φαίνονται. τῶν δὲ σημείων ἐπὶ τὸ καυσωδέστερον ἀποκλινόντων, ἐρυσιπελατώδη τὴν φλεγμονὴν τοῦ πνεύμονος ὑποληπτέον. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἐκ μεταπτώσεως ἑτέρων νοσημάτων εἰς τοῦτο παραγινομένων, τὴν μὲν φλεβοτομίαν παραιτητέον, καὶ μάλιστα, εἰ χρονίσαντες εἶεν, ἢ καὶ φθάσαντες ἐν ἀρχῇ φλεβοτομηθῆναι. κλυστέον δὲ τὴν κοιλίαν ἐν ταῖς ἐνδόσεσι. δυσυποβίβαστον οὖσαν, ἢ σικυαστέον μηδενὸς κωλύοντος κατὰ τοῦ στήθους καὶ τῶν πλευρῶν, εὐμεγέθεσι καὶ πολλαῖς σικύαις μετ᾽ ἐγχαράξεως. εἰ δὲ τὸ τῆς περιπνευμονίας εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ὑπήρξατο πάθος. ἐπιτρεπόντων μὲν τῶν εἰς τοῦτο ἀριθμῶν, φλεβοτομητέον. εἰ δὲ μή, σικυαστέον γοῦν καὶ τούτους, πρὸς τὴν δύναμιν ποιουμένους τὴν τοῦ αἵματος κένωσιν. ῥοφήματα δὲ λαμβανέτωσαν ἀπὸ χυλοῦ πτισάνης. χόνδρου μετὰ μέλιτος. ἢ ἀπὸ πικρῶν ἀμυγδάλων μετὰ σεμιδάλεως ἢ χόνδρου, τῶν ἡδέων τινὸς παραμιγνυμένου πομάτων. ὑδρομήλου, ἢ ἀπομέλιτος, ἢ ὑδροροσάτου. ἀγαθὸν δὲ καὶ πρόσφατον βούτυρον ὅσον κοχλιάρια γ. προποτιστέον δὲ αὐτοὺς σύκων μεθ᾽ ὑσσώπου ἀφεψήματι ἢ ἴρεως ἑψηθείσης ἐν μελικράτῳ. ἢ ἴρεως λείας ὅσον β. κοχλιαρίων ἐμπασσομένων μελικράτῳ· τοῦτο καὶ κάτω καθαίρει. πρὸς δὲ φυλακὴν τῆς δυνάμεως, συχνότερον αὐτοὺς ποτιστέον τῷ μελικράτῳ κατὰ μόνας, καὶ μετὰ πιτυΐδων. καὶ σικύας ἐπιθεῖναι δεῖ καθ᾽ ὅλου τοῦ θώρακος καὶ τῶν πλευρῶν. καὶ κυπρίνην κηρωτὴν, ἔχουσαν ἴρεως ἐμπεπλασμένης, ἢ κηρωτὴν διὰ πηγανίνου ἐλαίου καὶ ἴρεως ξηρᾶς. ἢ τὸ διὰ κηροῦ καὶ ῥητίνης, μυελοῦ τε καὶ βουτύρου καὶ ὑσσώπου, καὶ ἴρεως ξηρᾶς καὶ ναρδίνου μύρου.

CVRATIO ASTHmatis.

Caput XI.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΑΣΘματος,

Κεφάλ. ια.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Ὁ τῆς τῶν ἀσθματικῶν θεραπείας σκοπός ἐστιν ἐκδαπανῆσαι τὸν γλίσχρον καὶ παχὺν χυμὸν διὰ τῶν λεπτυνόντων τε καὶ ῥυπτόντων φαρμάκων. ὄξος τοίνυν αὐτοῖς ἁρμόσει σκιλλιτικόν. καὶ τὸ διὰ τούτου σκευαζόμενον ὀξύμελι πινόμενον, αὐτή τε ἡ σκίλλα ὀπτὴ, λεία μετὰ μέλιτος καὶ τῶν ἀντιδότων ἡ ἱερά. καὶ κάθαρσις συνεχὴς ἀπὸ φαρμάκων ἰσχυροτάτων. καὶ ἀπὸ ῥαφανίδων ἔμετοι. ἀριστολοχία τε, στρογγύλη πινομένη. κενταυρίου τοῦ μεγάλου ἡ ῥίζα, σπονδυλίου ὁ καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα. καλαμίνθης ὁ καρπὸς, ὕσσωπον, ἶρις, μελάνθιον, ὄνων τῶν ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις ξέστην, βαλὼν εἰς ἄγγος κεραμεοῦν, φρύγε ἐπ' ἀνθράκων. λευκανθέντας δὲ τρίβε, καὶ μέλιτι ἑφθῷ ἀναλαβὼν, δίδου μύστρον πρὸ τροφῆς καὶ μετὰ τροφήν. εἰ δὲ χρεία κατεπείγοι, καὶ φλέβα τέμνε πρὸ τούτων ἁπάντων, καὶ κένου κατὰ δύναμιν. καὶ τὴν κοιλίαν κλυσμοῖς ἐρεθιστέον. ἔξωθεν δὲ τὸν θώρακα. καταπλαστέον μὲν διὰ σύκων, καὶ αἰρίνου ἀλεύρου καὶ κριθίνου, ἔχον καὶ ῥητίνην καὶ κηρὸν καὶ μέλι. ἐμπαστέσθω δὲ αὐτῷ καὶ ἶρις καὶ μάννα. οὐκ ἄχρηστος δὲ καὶ ἡ ὠμὴ λύσις μετὰ ῥητίνης καὶ κηροῦ καὶ ἴρεως καὶ μάννης. ἀλείμμασι δὲ χρηστέον θερμοτέροις, ἰρίνῳ ἀνηθίνῳ, πηγανίνῳ. ἰδιαίτερον τούτῳ. κισσήρεως μέρος α. σφέκλης ἥτις ἐστὶ τρὺξ οἴνου Κο. μ. δ. ἀρσενίκου μ. α. σχοίνου ἄνθους μ. β. ἀλκυονίου μ. α. ἀφρονίτρου μ. β. κόψας σήσας ἀναλάμβανε τῷ ἀλείμματι. καὶ ἐν τούτῳ ἀνάτριβε τὰ περὶ τὸν θώρακα καὶ μαλάγμασι δὲ χρηστέον τοῖς ἕλκειν τοὺς ἰχῶρας δυναμένοις.

ΑΣΘΜΑΤΙΚΟΙΣ

πόμα.

Πολίου, ἀβροτόνου, καστορίου, χαμαιπίτυος, ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος, ἴσα μέλιτι φυράσας δίδου. Ἄλλως. Ἐδοσάν τινες, ἀφρονίτρου κοχλιάριον τρισὶ κυάθοις μελικράτου. Ἄλλο. Ἀφρονίτρου L. θ. πεπέρεως L. α. σιλφίου L. S. κοχλιάριον ὕδατι. Ἄλλο. καστορίου, ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος ἀνὰ L. ϛ. πεπέρεως κόκκοι μ. γλυκεῖ ἀναλάμβανε. καὶ δίδου κυάμου ἴσον σὺν μελικράτῳ Ἄλλο. Συνάπεως L. α. νίτρου ἀφροῦ τριόβολον. ἐλατηρίου δίχαλκον ὅ ἐστιν ἡμιωβόλιον. πλάσσου τὸ πᾶν εἰς τροχίσκους η. δίδου δὲ β. ἐφ' ἡμέρας δύο. καθαίρονται γὰρ ἄνω ἀλύπως. ἐπὶ δὲ τῶν πνιγομένων δίδου ἀφρονίτρου L. γ. μεθ' ὑδρομέλιτος κυάθων τριῶν, καὶ μετὰ καρδαμώμου ἐνίοτε καὶ παραχρῆμα βοηθεῖ. ποιεῖ δὲ καὶ ἰσχιαδικοῖς.

Aſthmaticorum curationis ſcopus eſt, conſumere craſſum ac uiſcoſum humorem per attenuantia ac extergentia medicamenta. Acetum igitur ipſis conuenit ſcilliticum, & acetum mulſum ex hoc paratum, potum: & ipſa ſcilla aſſata trita cum melle, & ex antidotis hiera, & purgatio aſſidua ex medicamentis fortiſſimis. Et uomitus ab acceptis raphanis & ariſtocholia rotunda pota, centaurij magni radix, ſpondilij ſemen & radix, calaminthæ coma, hyſſopum, iris, melanthium. Aſellorum ſub hydrijs degentium ſextarium in fictile uas conijcito & ad prunas torreto: dealbatos autem terito, & melle cocto exceptos, myſtri menſura ante & poſt cibum dato: ſi uero neceſſitas urgeat, etiam uenam ante omnia hæc ſecato & pro uiribus euacuato. Aluus quoque per clyſterem infuſis irritetur. Cataplaſma uerò extrinſecus thoraci imponatur ex ficis & loliacea & ordeacea farina cum reſina, cera, melle adiectis. Inſpergatur ipſi etiam iris & manna thuris. Non inutilis eſt & cruda ordeacea farina cum reſina, cera, iride, & manna. Vnguentis autem utendum eſt calidioribus, irino, anethino, rutaceo: priuatim uerò hoc, pumicis partem unam, fecis uini uſtæ partes quatuor, arſenici partem unam, floris iunci rotundi odorati partes duas, alcyonij partem unam, aphronitri partes duas: tuſa, cribrata unguento excipito, & ex hoc partes circa thoracem confricato. Sed & malagmatis utendum eſt, quæ ſeroſos humores trahere poſſunt.

ANHELOSIS POTIONES.

Polij abrotoni, caſtorij, chamæpityos, ammoniaci thymi amatis, ſingulorum æquales portiones melle ſubactas dato. ALIA. Quidam aphronitri cochlearium unum in tribus aquæ mulſæ cyathis dederunt. ALIA. Aphronitri drachmas nouem, piperis drachmam unam. Silphij drachmæ dimidium, dato cochlearium cum aqua calida. ALIA. Caſtorij, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum drachmas ſex, piperis grana quadraginta: excipe paſſo & fabæ magnitudinem præbe cum aqua mulſa. ALIA. Sinapis drachmam unam, ſpumæ nitri obolos tres, elaterij dichalcon hoc eſt, oboli dimidium. Totum hoc in paſtillos octo digere, & duos ad dies, duos præbe: purgant enim ſurſum citra moleſtiam. Verùm in ijs qui ſuffocantur, aphronitri drachmas tres cum aquæ mulſæ cyathis tribus præbe, & aliquando cum cardamomo, & ſtatim auxiliatur. Facit & ad coxendicum morbum.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

CVRATIO PVLMOnariorum.

Caput XII.

TRall. lib. 5. c. 4. Vir quidam calculum exquiſitè figuratum expuit, non craſſum humorem, & uiſcoſum ſed reuera calculum, non aſperum. Sed etiam ualde leuem, durum & renitentem, ut in terram quoque proiectus, ſonum ederet. Hic uir longo tempore tuſſi uexatus, non potuit, ne ualde tuſſiret, liberari, quouſque calculum expuiſſet. Vtebar autem uictu temperato, humectante & potius refrigerante mediocriter : erat enim & curis deditus & habitu tenuis, ut hoc etiam tabidis ipſe reſponderet. Et niſi his uſus fuiſſem, puto illum ſimiliter illis, qui tabe laborarunt, interiturum fuiſſe. Meminit etiam cuiuſdam diuiniſſimus Galenus, qui non calculum, ſed grandinibus ſimilia expuerat: item aliorum quorundã, qui ſimilia bili colore ſputa reiecerant. Ac miror quomodo ipſe nullo refrigerantium uti uoluerit, ſed hæc quidem uitarit, calidam autem potius curandi rationem adhibuerit. Nam & Mithridatium ipſis offerebam, inquit, pariter & Athanaſiam, & quæ adhuc magis ſiccare poſeſt, theriacam, omniaque alia antidota ad ſuſpirioſos inſcripta, quæ acribus quibuſdam & extenuantibus medicamentis conſtant. Atque ea ſe non ſolum in uno uiro, ſed etiam compluribus uidiſſe dicit. Nullus autem eorum quibus eiuſmodi acciderunt, mortem effugere potuit, ſed omnes cum paulò longiore tempore aut breuiore perduraſſent, interierunt. Ac re ipſa uerum eſt hoc quod ille de Archigene prodidit: difficile enim eſt homo eum ſit, non etiam in multis aberrare, qui nonnulla prorſus ignorauerit, nonnulla etiam negligentius conſcripſerit. Atque hæc dicere de tam ſapiente uiro auſus non fuiſſem, niſi ueritas confidenti me eſſe animo incitaſſet, atque ego rurſus impium eſſe ſilere cenſuiſſem. Nam medicus cum id, quod ſibi uidetur arripit, & non explicat, ualde alios offendit & impietatem exercet, magnoque errori imprudens ſeipſum ſponte implicat. Verum illud agendum eſt, quod (inquit) Ariſtoteles dixerit. Amicus quidem Plato, amica uero etiam ueritas : duobus autem propoſitis ueritas præferri debet.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΠΝΕΥμωδῶν.

Κεφάλ. ιβ.

Τραλ. βιβ. ε. κεφ. δ. ἔπτυσέ τις ἀνὴρ λίθον τὴν ἰδέαν ἀκριβῶς, οὐχὶ παχὺν χυμὸν καὶ γλίσχρον, ἀλλ᾽ ὄντως λίθον οὐ τραχὺν, ἀλλὰ καὶ πάνυ λεῖον, καὶ σκληρὸν καὶ ἀντίτυπον, ὥστε καὶ κτύπον ποιεῖν ῥιπτόμενον τῇ γῇ. οὗτος ὁ ἀνὴρ πολὺν χρόνον ὀχληθεὶς ὑπὸ τῆς βηχὸς, οὐκ ἠδυνήθη τοῦ βήσσειν ἰσχυρῶς ἀπαλλαγῆναι, ἕως ὅτου τὸν λίθον ἀνέπτυσεν. ἐχρώμην δὲ καὶ διαίτῃ εὐκράτῳ καὶ ὑγραινούσῃ καὶ μᾶλλον ψυχούσῃ μετρίως. ἦν γὰρ καὶ φροντιστικὸς καὶ λεπτὸς τὴν ἕξιν ὥστε καὶ ἐοικέναι αὐτὸν τοῖς φθινώδεσι καὶ εἰ μὴ τούτοις ἐχρησάμην οἶμαι ὅτι ἂν ἀπώλετο παραπλησίως τοῖς φθόην νοσήσασι. μέμνηται δὲ καὶ ὁ θειότατος γαληνὸς οὐ λίθον ἀναπτύσαντός τινος, ἀλλὰ χαλαζίοις παραπλήσια, καὶ ἄλλων τινῶν ἀναπτυσάντων ἐοικότα χολῇ τὴν χροιάν. καὶ θαυμάζω πῶς αὐτὸς οὐδενὶ τῶν ἐμψυχόντων ἠδυνήθη χρήσασθαι, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔφυγεν. ἐχρήσατο δὲ μᾶλλον τῇ θερμαινούσῃ ἀγωγῇ. τήν τε γὰρ μιθριδάτειον αὐτοῖς παρεῖχον, ὡσαύτως, φησί, καὶ τὴν ἀθανασίαν καὶ τὴν ἔτι μᾶλλον ξηραίνειν δυναμένην θηριακὴν, καὶ πάσαις ταῖς ἄλλαις ἀντιδότοις ταῖς πρὸς τοὺς ἀσθματικοὺς ἀναγεγραμμέναις διὰ δριμέων τινῶν καὶ λεπτυνόντων συγκειμέναις, φαρμάκων. οὐ μόνον ἐπὶ ἑνὸς ἀνδρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλειόνων ἑωρακέναι αὐτά φησιν. οὐδεὶς δὲ ἠδυνήθη τῶν τὰ τοιαῦτα παθόντων ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον, ἀλλὰ πάντας ἀπολέσθαι, ὀλίγῳ πλείονα, χρόνον ἢ ἐλάττονα διαρκέσαι δυνηθέντας. ἀλλ᾽ ὄντως ἀληθές ἐστιν ἐκεῖνο τὸ λεχθὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ περὶ ἀρχιγένους. χαλεπὸν γὰρ ἄνθρωπον ὄντα μὴ καὶ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ καὶ ἀμελεστέρως γράψαντα. καὶ ταῦτα δὲ λέγειν οὐκ ἂν ἐτόλμησα περὶ τηλικούτου ἀνδρὸς εἰς σοφίαν, εἰ μὴ τό, τε ἀληθὲς αὐτὸ θαρρῆσαί με προετρέψατο, καὶ τὸ σιωπῆσαι πάλιν ἀσεβὲς νομίσαντα. καταλαμβάνων γὰρ ἰατρὸς τὸ δοκοῦν αὐτῷ, καὶ μὴ λέγων, ἀδικεῖ τὰ μεγάλα, καὶ ἀσεβεῖ, καὶ μεγάλῳ πταίσματι περιβάλλων ἑαυτὸν ἑκὼν λανθάνει. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο δεῖ πράττειν, ὅπερ, φησίν, ἀριστοτέλης εἴρηκε, φίλος μὲν ὁ πλάτων, φίλη δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια, δυοῖν δὲ προκειμένων, προκριτέον τὴν ἀλήθειαν.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΗΠΑΤΟΣ,

Κεφάλ. ιγ.

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. μϛ. πρὸς μὲν οὖν τὴν θερμὴν τοῦ ἥπατος δυσκρασίαν χρηστέον τοῖς ἐμψύχουσιν καὶ τονοῦσι μετρίως τὸ σπλάγχνον οἷάπερ ἐστὶν ἥτε σέρις καὶ τὸ κιχόριον, ποτὲ μὲν ὠμὸν ἐσθιόμενον. ποτὲ δὲ ἡψημένον σὺν κοριανῷ καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτοῦ πινόμενον καὶ ὁ χυλὸς. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ξηρὸν ἐπιπαττόμενον μελικράτῳ. πρὸς δὲ τὰς θερμὰς, καὶ ψυχρὰς δυσκρασίας τοῦ ἥπατος ὠφελεῖ. καὶ τὸ ἴντυβον δὲ καὶ τὸ τρώξιμον καὶ ὁ σόγχος τῶν παραπλησίων εἰσί. ποιεῖ δὲ καὶ κιτρίου χυλοῦ κύαθος εἰς μελίκρατον καὶ πτερέως ὁμοίως. εἰ δὲ καὶ σὺν ἐμφράξει μετρίᾳ γένηται ἡ δυσκρασία, δι' οἴνου τῶν λεπτῶν τινὸς καὶ δι' οὐρητικῶν αὐτὰ διδόναι, καὶ καταπότιον δὲ λαμβανόμενον κιχορίου L. δ. χαμαιπίτυος ῥίζης L. δ. ἐν μέλιτι ἑφθῷ δίδου καρυοποντικοῦ μέγεθος, καὶ ὕδωρ ἐπιρροφείτω θερμόν. καὶ τὰ δι' ὀπίου δὲ καὶ σπέρματος ὑοσκυάμου προποτιστέον αὐτούς. καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ Φίλωνος ἀντίδοτον. ἐφ' ὧν δὲ τὰ τοῖς θερμοῖς ἐπιτείνεται, καὶ ῥόδινον ὡς ὅτι κάλλιστον αὐτοῖς, ἢ μήλινον διδόναι πίνειν. τροφὴν δὲ χυλοῦ πτισάνης, ἢ χόνδρου, σὺν ὑδροροσάτῳ λαμβανέτωσαν. καὶ ἄρτον ὁμοίως ἐξ ὕδατος, μετά τινος τῶν τοιούτων, ἡδέων πομάτων. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τὰς ἐμψυχούσας μετρίως, χωρὶς τοῦ ἐμφράττειν τροφὰς λαμβανέτωσαν. οἴνου τὸ παράπαν ἀπεχόμενοι, πλὴν εἰ μὴ δι' ἑτέραν αἰτίαν, οἷον ἀτονίαν στομάχου, τούτου χρήζοιεν. καὶ τότε τῶν λεπτῶν καὶ ὀλιγοφόρων. τινὰ ὑδαρῆ διδόναι. καὶ τὸ ἐν ἥπατι δὲ ἐρυσίπελας παραπλησίως θεραπευτέον. ψυχρᾶς δὲ τῆς δυσκρασίας ὑπαρχούσης διὰ τῶν ἐναντίων ἰέναι. ἄρτον τε οὖν αὐτοῖς σὺν οἴνῳ δοτέον, καὶ τὴν δίσεφθον ἢ τρίσεφθον κράμβην. καστάνων τε γευέσθωσαν καὶ σταφίδων καὶ ὄρνιθος κατὰ τὸ ἀρκοῦν καὶ οἴνου πινέτωσαν. προποτιστέον δὲ αὐτοὺς τὸ ἡπατόριον, ἢ τὸ ἄσαρον ἢ τὸ διὰ πεπέρεως. κἀκ τῶν ἔμπροσθεν πρὸς κοιλιακούς τε καὶ δυσεντερικοὺς ἀναγεγραμμένων, ἐπιλεκτέον τὰ πρόσφορα. αἱ δὲ κυφοειδεῖς καλούμεναι, πρὸς μὲν τὰς θερμὰς δυσκρασίας, οὐδὲ ὅλως ἁρμόζουσιν, πλὴν εἰ μὴ ὀλίγη τις ἡ θερμὴ σὺν ὑγρότητι πλείονι γένηται. πρὸς δὲ τὰς ψυχρὰς ἄριστα βοηθήματα καὶ μᾶλλον εἰ σὺν ὑγρότητι, ἢ ἐμφράξει γέ-

CVRATIO EPATIS.

Caput XIII.

P. Ægin. lib. 3. c. 46. Ad calidam epatis intemperiem utendum eſt perſrigerantibus ac corroborantibus uiſcus moderatè, qualis eſt ſeris & cichorium, quandoque crudum comeſtum, quandoq; coctū cum coriandro. Decoctum item ipſius potum, & ſuccus, & ipſum adeò ſiccum aquæ mulſæ inſperſum, & ad calidas & ad frigidas hepatis intemperies facit. Intybum autem troximum appellatum & ſonchus ex conſimilibus ſunt. Facit & citrij ſucci cyathus ex aqua mulſa & ſilicis ſuccus ſimiliter. Si uerò etiam cum moderata obturatione intemperies fiat, cum uino aliquo tenui & urinam ciente, illa dato. Catapotium uerò ſumitur hoc: Cichorij drach. 4. radicis chamæ pityos drach. quatuor. Excipe melle cocto & nucis Ponticæ magnitudine præbe, & aquam calidam inſuper ſorbeat, & ex opio ac hyoſcyami ſemine facta ipſis præbibenda dentur, & ipſa Philonis antidotus. In quibus autem calor intenditur, etiam roſaceum optimum aut melinum ipſis bibendum dato. Cibum uerò ptiſanæ ſuccum, aut alicam cum hydroroſato accipiant, & panem ſimiliter ex aqua cum aliqua eiuſmodi iucunda potione. Et in ſumma, cibos moderatè perſrigerantes citra obturationem ſumant: à uino in totum abſtinentes, præterquam ſi ob aliam cauſam, uelut eſt ſtomachi debilitas, utantur, & tunc tenue quoddam, & parum aquæ ferens, aquoſum ipſis detur. Sed & ignem ſacrum in hepato ſimiliter curare oportet. At uerò ſi frigida eſt intemperies, per contraria procedendum eſt. Panis igitur ipſis cum uino detur, & bis aut ter cocta braſſica; caſtaneas item guſtent, & uuas paſſas, & de gallinis quod ſatis eſt, & uinum bibant. Præbibendum uerò ipſis detur eupatorium, aut aſarum & medicamentum ex pipere, & ex deſcriptis antea ad cœliacos & dyſentericos commoda deligantur, at confectiones cyphiformes appellatæ, ad calidas quidem intemperaturas omnino non conueniunt, niſi modicus quidam calor cum largiore humiditate fiat: uerùm ad frigidas optima ſunt auxilia, & magis ſi cum humiditate aut obturatione hepatis fiant, ſi uerò à craſſis & uiſcoſis humo-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

humoribus obturatio fiat, myacantha & maximè ipſius fructus detur & radicis lauri cortex, & eupatorium ex aceto mulſo, aut lupinorum amarorum decocto cum ruta & pipere. Facit & farina lupinorum pota & radicis capparis partes duæ, coſti pars una cum uino, & medicamentum ex cacano, ad craſſorum & uiſcoſorum humorum obturationes: iris item & piſtaciorum fructus ac cortex, & marrubium & amygdalæ amaræ, & paſtillus ex ipſis, dracontij quoque ac ari radix, & agaricum & acetum ſcilliticum & acetum mulſum. Hepar autem lupi ſiccum tritum cochlearij menſura datum, omnibus hepatis affectionibus conducit, cum uino dulci: quin & Theodoretus antidotus optimum eſt medicamentum & in obturationibus hepatis, & in ſcirrhis induratis & in diuturnis inflammationibus, in colicis item ac morbo regio: ſimiliter & picra ex aceto mulſo Cibi porro his dandi ſunt calidiores & ab obturatione liberantes, uelut eſt porrum ex aceto mulſo, & paluſtris aſparagus, & capparis ſimiliter. Sed & reliqua obſonia cum aliquo ex calefacientibus ac apetiendi uim habentibus condimentis cocta. Et uinum ſit tenue & uetus, ita ut craſſi ſucci omnia uitemus. & balnea aſſidua, & maximè poſt cibum. Diuturna uerò euadente affectione, etiam uenæ ſectionem ac purgationem aſſumemus, ſi nihil prohibeat. Inflammato uerò hepate citra dilationem uena ſecetur de cubito dextro, & multus ſanguis detrahatur, uiribus ſufficientibus. Forinſecus autem cataplaſma imponatur uiſceri, ex farina ordeacea, fœnugræco, ſemine lini cum palmulis, aut malis cotoneis, & flore meliloti & abſinthio & chamæmelino. In uniuerſum ita ut mollitorijs aſtringentia admiſceantur. Epithemata uerò ſint, Nili, & odoratum, & Philagrianum, & Apollophanis & ex melilotis, & tuſile, copton appellatum. Ad maximas autem inflammationes ualde multæ experientiæ hoc eſt: comæ abſinthij, nardi celticæ, aſari, croci, ſingulorũ uncia una: iridis, myrrhæ, ſtyracis, bdellij, amoniaci thymiamatis ſingulorum ſextans: medullæ uitulinæ triens,

νοιτο τοῦ ἥπατος. ὑπὸ δὲ παχέων καὶ γλισχρῶν χυμῶν τῆς ἐμφράξεως γενομένης τήν τε μυάκανθαν καὶ μάλιστα τὸν ταύτης διδόναι καρπόν, καὶ δάφνης τῆς ῥίζης τὸν φλοιόν. τό, τε εὐπατόριον δι᾽ ὀξυμέλιτος ἢ ἀφεψήματος θέρμων πικρῶν μετὰ πηγάνου καὶ πεπέρεως. καὶ τὸ ἄλευρόν δὲ τῶν θέρμων πινόμενον. καὶ καππάρεως ῥίζης μ. β. κόστου μ. α. μετὰ οἴνου καὶ τὸ διὰ βακάνου πρὸς τὰς ὑπὸ παχέων καὶ γλίσχρων χυμῶν ἐμφράξεις. ἥ τε ἶρις, καὶ ὁ τῶν πιστακίων καρπὸς, καὶ τὸ λέπος. πράσιον τε καὶ ἀμύγδαλα πικρά καὶ ὁ δι᾽ αὐτῶν τροχίσκος. δρακοντίου καὶ ἄρου ἡ ῥίζα καὶ τὸ ἀγαρικόν, καὶ τὸ σκιλλητικὸν ὄξος τε καὶ ὀξύμελι. ἧπαρ δὲ λύκου ξηρὸν λειωθὲν καὶ διδόμενον, ὅσον κοχλιαρίου ποσὸν ἁπάσαις ταῖς τοῦ ἥπατος ἁρμόζει διαθέσεσι μετὰ γλυκέως οἴνου. καὶ ἡ θεοδώρητος ἡ ἀντίδοτος, τῶν ἀρίστων ἐστὶ φαρμάκων, ἐπί τε τῶν τοῦ ἥπατος ἐμφράξεων καὶ τῶν σκίρρων καὶ χρονίων φλεγμονῶν. ἐπί τε κωλικῶν, καὶ ἰκτερικῶν. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δι᾽ ὀξυμέλιτος πικρά. τροφὰς δὲ τούτοις, θερμοτέρας τε καὶ ἐκφρακτικὰς δοτέον, οἷον πράσα δι᾽ ὀξυμέλιτος, καὶ τὸν ἕλειον ἀσπάραγον καὶ κάππαριν ὁμοίως. καὶ τὰ λοιπὰ δὲ ὄψα διά τινος τῶν θερμαινόντων τε καὶ ἐκφρακτικῶν ἀρτυμάτων ἑψόμενα καὶ οἶνον λεπτὸν καὶ παλαιόν. φυλαττομένους τὰ παχύχυμα, καὶ βαλανεῖα, συνεχῆ, καὶ μάλιστα μετὰ τροφήν. χρονίζοντος δὲ τοῦ πάθους καὶ φλεβοτομίαν καὶ κάθαρσιν παραληπτέον, μηδενὸς κωλύοντος. φλεγμαίνοντος δὲ τοῦ ἥπατος φλεβοτομητέον ἀνυπερθέτως ἀπ᾽ ἀγκῶνος τοῦ δεξιοῦ καὶ συχνὸν. ἀφαιρετέον τῆς δυνάμεως ἐξαρκούσης. καὶ ἔξωθέν τε καταπλαστέον τὸ σπλάγχνον ἀλεύρῳ κριθίνῳ καὶ τήλεως καὶ λινοσπέρμῳ μετὰ φοινίκων, ἢ μήλων κυδωνίων καὶ μελιλώτων ἄνθους καὶ ἀψινθίας καὶ χαμαιμηλίνου. καὶ καθόλου τοῖς μαλακτικοῖς ἐπιμικτέον, καὶ τὰ στύφοντα. ἐπιθέματα δὲ. τό, τε νειλέως ἔσω καὶ τὸ εὐῶδες. τό, τε φιλαγριανὸν, καὶ τὸ ἀπολλοφάνους. τό, τε διὰ μελιλώτων, καὶ τὸ κοπτὸν. πρὸς δὲ τὰς μεγίστας φλεγμονὰς, πάνυ διὰ πολλῆς πείρας ἐστὶ τοῦτο. ἀψινθίου κόμης, νάρδου κελτικῆς, ἀσάρου, κρόκου, ἀνὰ Γο. α. ἴρεως, σμύρνης, στύρακος, βδελλίου, ἀμμονιακοῦ θυμιάματος ἀνὰ Γο. β. μυελοῦ μοσχείου Γο. δ.

κηρωτῆς

κηρωτῆς σχινίνης λι. δ. ὀξυμελί τε δοτέον αὐτοῖσι. ἁπλᾶ τε βουθήματα, οἷον ἄσαρον, νάρδον, κελτικὴν, ἢ ἰνδικὴν, σχοῖνον, πετροσέλινον. καὶ δεῖ ἐρεθίζειν τὴν γαστέρα διὰ τῆς ἀκαλύφης ἢ λινοζώστεως, ἐσθιομένων ἑφθῶν. κατὰ δὲ τὰς παρακμὰς καὶ ἐπιθύμου καὶ πολυποδίου διδόναι ἐν μελικράτῳ καὶ διὰ κλυστῆρος δὲ κενοῦν τὴν κοιλίαν, ἐν ἀρχῇ μὲν διὰ μελικράτου σὺν ἁλσὶν ἢ νίτρῳ. παρακμῆς δὲ γενομένης μίγνυε ὕσσωπον ἢ ὀρίγανον, ἢ κνίκον, ἢ κενταύριον καὶ κολοκυνθίδα. καὶ καθόλου τὰ μὲν σιμὰ τοῦ ἥπατος, διὰ τῆς κοιλίας. τὰ δὲ κυρτὰ, δι᾽ οὔρων ἐκκαθαίρεται. τροφὴν δὲ τούτοις χυμοῦ πτισάνης δοτέον, ἐν ᾧ σέλινον καθήψηται. τῆς δὲ φλεγμονῆς ἐρυσιπελατώδους γενομένης, τὴν θεραπείαν ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν. ἀποστάσεως δὲ γενομένης, συνεργητέον τῇ συῤῥήξει καταπλάττοντα μὲν τῷ τρισπέρμῳ μετὰ ῥητίνης, μάννης, πίσσης, ἀλθαίας ῥιζῶν, περιστερᾶς κόπρου, σπυράθων αἰγῶν. ποτίζοντα δὲ ἀφέψημα πολίου καπνοῦ τοῦ ἐν ταῖς κριθαῖς, ἀποτριτωθέν. ἀφέψημα θλάσπεως, ἢ κιχωρίου, καὶ χαμαίδρυος ῥίζης πινέτω. συῤῥήξεως δὲ γενομένης μελίκρατόν τε καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ἑλκωθέντων νεφρῶν εἰρημένα. ἔξωθεν δὲ τὸν μνασαίου καὶ τὰ λοιπὰ μαλακτικά. καὶ ἱκέσιον ἐπιθετέον ἢ τὸν διὰ ἰτεῶν. Σκιῤῥωθέντος δὲ τοῦ ἥπατος ὀλίγη μὲν ἡ τῆς ἰάσεως ἐλπὶς εἰς ὕδερον μεταπιπτούσης τῆς διαθέσεως. ὅμως δὲ τοῖς μαλακτικοῖς ἐπιμικτέον. ἀμμωνιακὸν, βδέλλιον, μυελούς τε καὶ στέατα, καὶ τὰ τούτοις ὁμοδυνάμα. ποτίζειν δὲ τὰ ἐκφράττοντα καὶ διαῤῥύπτοντα τὸ σπλάγχνον, οἷάπερ εἰσὶν τάτε διουρητικά, καὶ λίθων θρυπτικά. καὶ μετὰ τῶν ἀρτίως πρὸς τὴν τοῦ ἥπατος ἔμφραξιν εἰρημένων. καὶ τῆς τροφῆς δηλονότι καταλλήλως ἁρμοσθείσης.

cerati lentiſcini lib. 4. Dandum etiam ipſis acetum mulſum & ſimplicia auxilia, uelut eſt aſarum, nardus celtica aut indica, juncus rotundus odoratus, petroſelinum. Et uentrem irritare oportet per urticam & mercurialem, cocta in cibo accepta : in declinationibus etiam epithymum ac polypodium dentur in aqua mulſa : per clyſterem quoque aluus euacuetur, in principio ex aqua mulſa infuſa cum ſale aut nitro : uerum declinatione contingente miſce hyſſopum aut origanum, aut Cnicum aut centaurium & colocynthidem : & in ſumma, ſimæ hepatis partes per uentrem, gibbæ per urinas, expurgantur. Cibus uerò his detur ptiſanæ ſuccus, in quo apium coctum eſt. Quod ſi inflammatio ſpeciem ſacri ignis præferat, curationem ante diximus. Si uerò abſceſſus fiat, ruptionem ejus adjuuabimus cataplaſmate ex triſpermo, cum reſina, manna thuris, pice, althææ radicibus, fimo columbino, ſtercore caprino. Præbibendum uerò detur decoctum polij, fumariæ circa ſepes naſcentis ad tertias redactum : item & thlaſpis decoctum, aut cichorij, & radicis chamædryos. Ruptione autem facta aqua mulſa & quæ ad ulceratos renes relata ſunt. Forinſecus emplaſtrum Mnaſææ & reliqua mollitoria, & iceſium imponatur, aut quod ex ſalicibus conſtat. At ſi in ſcyrrhum induratum eſt hepar, modica curationis ſpes eſt, ad aquam inter cutem affectione translabente, attamen ad mollitoria admiſcenda ſunt ammoniacum, bdellium, medullæ & adipes, & quæ his parem uim habent. Bibenda uerò dentur quæ ab obturatione liberant, & extergunt ipſum uiſcus, uelut eſt piper : urinam cientia & calculos atterentia cum ijs quæ paulò antè ad hepatis obturationem relata ſunt: ciborum quoque eſu conuenienter exhibito.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΗΠΑΤΟΣ.

Κεφάλ. ιγ.

Ἥπατι ἕλκος ἐὸν ὀλέθριον. ἡ χαλεπωτάτη δὲ ἐς τὴν γαστέρα ξύῤῥοια τοῦ πύου, ἢν τὸν στόμαχον ἴσχει ὁδοὺς τὴν ἄνω φορήν. τροφὴ γὰρ αἰτίη τοῦ ζῆν. τροφῆς δὲ ἡγεμὼν ὁ στόμαχος. ποτὶ καὶ τὰ φάρμακα ὅδε τῇσι ἔσω διαφέρει.

CVRATIO IECORIS ulcerum & effuſionis puris.

** Carens principio & fine.*

Caput XIII.

IN jecore ulcus pernicioſum inſit. Periculoſiſſimus autem eſt qui in uentrem fit, ſaniei confluxus; ſi ſtomachū occupet, qui uiam ſuperiora petentibus præbet. Alimentum enim uitæ cauſa eſt : ipſius uerò alimenti dux eſt ſtomachus. Inſuper medicamenta intimis corporis partibus ſtomachu

diſtri

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

diſtribuit. Quapropter ſi ad quælibet deuoranda malè ſe habeat; celerius ægrum morbo atque fame conſumi neceſſe eſt. Hæc ſunt cuiuſque loci, quò ſe pus conuerſurum eſt, inter ſe differentes notæ. Nam ſi per inteſtina delabitur; tormina uexant, aluus liquida eſt, pituita & bilis fertur. Deinde cruentum uirus circumfluens, aut humiditas aquæ ſimilis, in qua crudæ carnes dermerſæ lotæque fuerint. Si pus in ueſicam defluit, grauitas in renibus lumbiſq; ſentitur. Ac primò lotium multum & bile infectum, poſtea turbulentum, nullam ſubſidentiam continens, quam Græci ὑπόςασιν dicunt, inconſtanſque decurret, ad extremum uerò & ſedimen album apparebit. Sin ad ſtomachum ſurſum uerſus pus rapitur; tunc orietur nauſea, odium cibi, uomitus pituitæ, aut bilis, defectus animæ, uertigo uſque eò donec pus erumpet. Præcipuum ſanè fuerit in aliam partem auertere. Praua enim hæc uia eſt. Quod ſi pus uiolentius feratur, omnia facienda ſunt, ſtomachoq; ſuccurrendum, eſcis, medicamentis, uictuſque ratione, ſed omnia leniter adhibenda. Medicamentis quidem ut ſinus effringatur, ſtudendum eſt. Herbam itaque hyſſopum cum mulſa potui dato, & marrubij comam ipſam quoque cum mulſa & ſucco abſinthij. Hæc utique quo humores extenuentur, & uiæ lubricæ reddantur, & purulenta corpora facilè rumpantur; ante cibos bibere expedit. Dandū tot & aſininū lac lene, nō generans bilē, bene nutriens, in caſeū non ſpiſſeſcens: quæ lactis uirtus eſt. Adhæc ægrotanti gratificandum in cibo & potione, quos etſi paulo deteriores juuātibus ſunt, nihilominus tamen concedito. Nam ſtomachus nauſeam mouēti & contriſtanti humori tranſitus erit. Siquidem nonnullos puris exitus offendit. Cauendum eſt etiam ne jejuni ſint: cumque aliquid cibi capiunt, id purum ſincerumque ſit. Opus eſt etiam & in cæteris effluuijs

διαφέρει. ἢν ὦν πρὸς ἅπαντα μὲν ὄκνος καταπόσιος ἔλθῃ, θᾶσσον ἐκ θανεῖν ἀνάγκη νούσῳ τε καὶ λιμῷ. γνώματα δὲ ἑκάστης χώρης, ὅπῃ τὸ πύον τρέψεται ἕτερα καὶ ἕτερα, ἤν τε δι' ἐντέρων ἴῃ, στρόφοι, γαστὴρ ὑγρή, φλέγματα καὶ χολή, ἔπειτα ξὺν περιρροῇ αἱμάλωψ, ἢ προσπλύσιος ὁκοίη κρεῶν ὠμῶν. ἢν δὲ ἐς κύστιν ἔῃ, βάρος ἐν νεφροῖσι καὶ ὀσφύϊ. τὰ μὲν ὦν πρῶτα πολλὰ καὶ χολοβάφια. ἔπειτα θολερά, ἀνυπόστατα καὶ ἀκατάστατα. ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ ἡ ὑπόστασις λευκὴ παρείη. ἢν δὲ ἐς στόμαχον ἄνω ῥέπῃ, ναυτίη, ἀποσιτίη, ἔμετοι φλέγματος, ἢ χολῆς, λειποθυμίη, σκοτοδινίη μέσφι ξυρραγῇ. μάλιστα μὲν ὦν ἀποτρέπειν τήνδε. πονηρὴ γὰρ ἡ ὁδός. ἢν δὲ τὸ πύον βιαιότερον ἐύρῃ, χρὴ πάντα ποιέειν, καὶ τῷ στομάχῳ ἀρήγειν, καὶ τροφῇσι καὶ φαρμάκοισι, καὶ διαίταις, πάντα μειλίχως φαρμάκοισι ἐς τὴν τοῦ κόλπου ῥαγῆν. βοτάνην τὴν ὕσσωπον ξὺν μελικρήτῳ πιπίσκειν, καὶ πρασίου τῆς κόμης, καὶ τὸ δὲ ξὺν μελικρήτῳ καὶ χυλῷ τοῦ ἀψίνθου. ταῦτα δὲ μέν τι πρὸ τῶν σιτίων πίνειν χρεών, ὡς λεπτὰ μὲν τὰ ὑγρὰ γίγνηται, εὔροα δὲ τὰ χωρία, εὔρηκτα δὲ τὰ ἔμπυα σώματα. διδόναι καὶ ὄνου γάλα λεῖον, ἄχολον, εὔτροφον, ἐς τυρὸν ἀσύστατον. ἥπερ ἐστὶ γάλακτος ἀρετή. προστιθέει δὲ καὶ χάριτας πόματος καὶ σίτου. κἢν μικρῷ χέρω τῶν ὀφελεόντων ἔωσι διδόναι. ἔσται γὰρ διέξοδος ναυτιώδεϊ* ὑγρῷ. μὴ ἐξελέρυς γὰρ ἡ τοῦ πύου δίοδος βλάψαι, μή πώ τι καὶ ἀποσιτίη ἔσονται. κἢν παλαβῶσι εὐηγέες. χρὴ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλῃσι ἐκροῇσι, παντοίην

* ἀνιηρῷ

ζοίην μελέτην τοῦ στομάχου ποιέεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἡ πάντων φαρμάκων ὁδός. μεμνῆσθαι δὲ καὶ τοῦ ἥπατος χρεών, ἔνθα τῶν ἑλκέων ἐστὶν ἡ ῥίζα. ἢν δὲ ἐς κύστιν ὁρμᾷ, οὐρητικοῖσι ἐξάγειν ἀσάρου τῆς ῥίζης, καὶ φοῦ, καὶ ἀδιάντου καὶ μείου τῶν ἐμπότων. τὰ δὲ μέντοι ξὺν μελικρήτῳ πιπίσκειν. ποικίλον μὲν τὸ Βησίνου φάρμακον καὶ τὸ διὰ τῶν φυσαλλίδων ἄριστον. ἢ δ' ὁκόσα διὰ πείρης τῇσι ἐπαινέεται. ἢν δὲ δι' ἐντέρων ἄγῃς τὸ ἀγωγὸν ἔχεις γάλα, μάλιστα μὲν ὄνου. ἢν δὲ μὴ, αἰγὸς, ἢ μήλων. χυλοὶ δὲ ὀλισθηροὶ καὶ σμηγματώδεες, ὁ τῆς πτισάνης, ὄψα, πέπερι, ζιγγίβερι, λιγυστικόν. ἀθρόον δὲ εἰρῆσθαι ἀμφὶ πάσης διαίτης, ἐπὶ πάσῃ συρρήξει, τροφαὶ μὲν εὔχυμοι, εὐστόμαχοι, εὔπεπτοι, ἢ χυλοὶ ἢ διὰ γάλακτος πόλτοι, ἄμυλοι, ἴτρια ξὺν γάλακτι.

diligentiſſimam ſtomachi curam ſuſcipere, quandoquidem ipſe omnibus medicamentis iter præbet. Meminiſſe quoque iecoris oportet, ubi ulcerum radix eſt. Porrò ſi pus in ueſicam impetum facit, urinam citantibus eliciatur: ut puta aſari radice, phu, adianto, & meo potabilibus, hæc enim ex mulſa potui danda ſunt. Biſtini utique uarium medicamentum, & quod ex ueſicario ſolano conficitur, & quotquot experimento aliquibus probantur: optima ſunt. Verum enimuerò ſi per inteſtina educere malis, tibi lac eductorium eſto, præcipuè quidem aſinæ, id ſi non adſit capræ, aut ouis, ſucci autem lubrici & abſtergentes præbeantur, qualis eſt ordeaceus, obſenia ſunto piper, zingiber, liguſticum, utque ſemel de omni uictus ratione abſoluam, in qualibet puris eruptione alimenta ſint boni ſucci, ſtomacho utilia, concoctionem facilè admittentia: ea uerò ſint aut cremores aut ex lacte pultes, & cibi ex amylo & bellaria cum lacte.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΣΠΛΗΝΟΣ.

Κεφάλ. ιδ.

Σκίρρου τοῦ ἐπὶ σπληνὶ λύσιες οὐ ῥηΐσται. ἢν δὲ καὶ ἀπότοκοι τῶνδε νοῦσοι γένονται, ὕδρωψ, ἢ καχεξίη, ὀκέλλει τὸ κακὸν ἐς ἀνήκεστον τὸν ἰητρὸν τὸν σκίρρον. ἰῆσθαι χρὴ ὧν ἀποτρέπειν γιγνομένους, καὶ λύειν ἄρτι ἀρχομένους. ἐνίστασθαι δὲ τῇσι φλεγμονῇσι· ἤνπερ οἱ σκίρροι διάδοχον ἐς διαπνοὴν ἄγωνται τὴν ἀπόστασιν. τὰ δὲ γὰρ φλεγμασίης ἰητρείοισι δὲ χρέεσθαι· ὁκόσα μοι ἐν τῇσι ὀξείῃσι λέλεκται. ἢν δὲ πάντα σοι πρήσσοντι ἐν φλεγμασίῃ ὁ σκίρρος ἐμμένῃ καὶ πυρὶ ἰκέλοισι χρέο ἐς

CVRATIO LIENIS.

Caput XIV.

SCirrhi in liene geniti diſcuſſiones non facillimæ eſt. Quòd ſi & ab hoc oriundi morbi proueniant ut potè aqua intercus, aut malus habitus, inſanabile malum effectum eſt. Hac ratione uerò ſcirrhis medicus opem ferre debet: orientes auertere & nuper incipientes diſcutere oportet: inflammationibus autem reſiſtendum. Siquidem ſcirrhi inflammationibus ad difflationem tendentibus ueluti hæreditario iure ſuccedunt, hæc enim inflammationis germina ſunt. Porrò ijs remedijs utendum eſt, quæ à me in ſermone de acutis morbis relata fuerunt. Si tibi omnia facienti in inflammatione ſcirrhus immaneat, igni quoque ſimilibus ad mollien-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

molliendam duriciem utitor, irrigationibus ex aceto, oleo & melle. Sed lanæ uice panni lintei complicati accipiantur. Sic unguentariæ glandis puluis cribratus inſpergendus eſt, & cataplaſmatis quam molliſſimis *

μάλθαξιν τῆς σκιῤῥίης, ἐγχέσει δι' ὄξεος, καὶ ἐλαίου καὶ μέλιτος, ἀντὶ δὲ ἐρίων, πτύγματα ἔσω ἀπὸ λίνου, ἐμπάσσειν ὧδε τῆς μυροβαλάνου σεσησμένης, ἐπιπλάσμασί τε τοῖσι μαλθακωτάτοισι*

CVRATIO SPLENIS.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΣΠΛΗΝΟΣ.

P. Ægin. lib. 3. c. 49. Inflammatione præſente, uena de ſiniſtro cubito ſecetur, aut circa ſummam manum, eo quod ex longiore diſtantia reuulſio fiat, aut etiam ob naturalem quandam cognationem. Deinde imponantur cataplaſmata attenuantia citra manifeſtam caliditatem, ita ut etiam nunc aliquã aſtringentia admiſceamus. Talis autem eſt ex ſua natura ſalis flos appellatus. Eſt & hoc cataplaſma admirandum. Fœni græci trientem, farinæ ordaceæ, naſturcij, ſingulorum unciam unam, ficuum pinguium libram unam, herbæ uerbenacæ ſiccæ unciam unam, ficus aceto acerrimo macerare oportet & cum alijs prius contuſis coquere & poſtea rurſus coquere: aut ſtercus caprinum cum cruda ordeacea farina, in poſca coctum imponito, habeat autem ſi uoles etiam ſalis florem. Vbi uerò prius Cyprino cum aceto modico foueris, utere malagmatis primum ſimplicioribus quale eſt hoc: ceræ ſeſquilibram, adipis taurini libram unam, nitri quadrantem, terebinthinæ, ſeminis uiticis, corticis radicis capparis, ſingulorum quincunem, cocta quæ liquari poſſunt, ſicca inſpergito. Sed et Nili malagma optimum eſt. Si uero inflammatio in ſcirrhum delabatur, fortioribus utendum eſt, ut etiam cutem lancinent, quale eſt quod ex ſtercore caprino paratur, & citrinum & Machætionis & Tonſoris & quod ex lauri baccis conſtat & quod ex ſalicibus. Hoc uerò ipſe etiam cum ſucceſſu expertus ſum: auri pigmenti ſextantem, ſandarachæ ſextantem, ceræ, terebinthinæ, ſingulorum libram unam, picis ſiccæ libram unam, galbani unciam unam, opopanacis unciam unam, corticis radicis capparis, myrobalam, ſingulorum trientem, ammoniaci thymiamatis ſexuncem, nardini aut cyprini quadrantem. Sed & ammoniacum cum aceto illitum ſpleni ſæpe profuit. Itemque potam ſcrupulorum trium aut quatuor pondere, cum caſtorij ſcrupulo uno in balnei ſolio, ubi caricas præmanducarunt &

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. μθ. Φλεγμονῆς παρούσης φλεβοτομητέον αὐτοὺς ἀπ' ἀγκῶνος ἀριστεροῦ, ἢ κατὰ τὴν ἄκραν χεῖρα, διὰ τὸ ἐκ μακροτέρου διαστήματος γίνεσθαι τὴν ἀντίσπασιν. ἢ καὶ διά τινα φυσικὴν συγγένειαν. εἶτα καταπλαστέον διὰ τῶν λεπτυνόντων, ἄνευ τοῦ σαφῶς θερμαίνειν. παραπλέκοντάς τινα καὶ νῦν τῶν στυφόντων. τοιοῦτον δέ ἐστιν αὐτοφυῶς, τὸ καλούμενον ἁλὸς ἄνθος. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο θαυμαστὸν τὸ κατάπλασμα. τηλέως Γο. δ. κριθίνου, καρδάμου ἀνὰ Γο. α. σύκων λιπαρῶν λι. α. περιστερεῶνος πόας ξηρᾶς Γο. α. τὰ σῦκα δεῖ ἀποβρέχειν ὄξει δριμυτάτῳ καὶ ἕψειν μετὰ τῶν ἄλλων ἤδη προκεκομμένων κἄπειτα αὖτις ἕψειν, ἢ γοῦν κόπρον αἰγείαν μετὰ ὠμῆς λύσεως ἑψήσας ἐν ὀξυκράτῳ, κατάπλασσε. ἐχέτω δὲ εἰ βούλει, καὶ τοῦ ἁλὸς ἄνθος. προπυριῶνται δὲ τῷ κυπρίνῳ μετ' ὀλίγου ὄξους, κεχρῆσθαι τοῖς μαλάγμασι. πρῶτον μὲν τοῖς ἁπλουστέροις, ὁποῖόν ἐστι τοῦτο, κηροῦ λι. α. S. ταυρείου λι. α. νίτρου Γο. γ. τερεβινθίνης, ἄγνου σπέρματος. καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ ἀνὰ Γο. ε. ἕψησον τὰ τηκτὰ ἔμπασον τὰ ξηρά. καὶ τὸ Νείλεως δὲ, κάλλιστον. τῆς δὲ φλεγμονῆς ἐπὶ τὸ σκιῤῥῶδες μεταπιπτούσης, τοῖς ἰσχυροτέροις χρηστέον. ὥστε καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἀμύσσεσθαι, οἷόν ἐστι. τὸ διὰ τῶν σπυράθων τῶν αἰγείων καὶ τὸ κίτρινον, ἐπὶ τούτοις δὲ τὸ, τε Μαχαιρίωνος, καὶ τὸ τοῦ κουρέως, καὶ τὸ διὰ δαφνίδων καὶ τὸ διὰ ἰτεῶν. τούτῳ δὲ καὶ αὐτὸς πειράσας ἐπέτυχον. ἀρσενικοῦ Γο. β. σανδαράχης Γο. β. κηρίων τερεβινθίνης λι. α. πίσσης ξηρᾶς λι. α. χαλβάνης Γο. α. ὀποπάνακος Γο. α. καππάρεως ῥίζης, φλοιοῦ, μυροβαλάνου ἀνὰ Γο. δ. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος Γο. ζ. ναρδίνου ἢ κυπρίνου Γο. ε. καὶ τὸ ἀμμωνιακὸν δὲ σὺν ὄξει ἐπιχριόμενον κατὰ σπληνὸς, πολλάκις ὤνησεν. καὶ πινόμενον δὲ ὅσον Γο. γ. ἢ δ. σὺν Γο. α καστορίου ἐν τῇ ἐμβάσει τοῦ λουτροῦ, προμασησαμένων αὐτῶν ἰσχάδα καὶ ἀποπτυ-

ἀποπλυσάντων, ἢ ἀμμωνιακοῦ μ. α. καστορίου μο. α. δίδου L. α. ταῦτα καὶ τοὺς σκιῤῥωθέντας ὀνίνησεν. ὥσπερ καὶ ὁ τῆς καππάρεως φλοιὸς ὄξει λειωθείς, καὶ καταπλασθείς. ὃς δὴ καὶ πινόμενος, δι᾽ ὄξους ἢ ὀξυμέλιτος, κενοῖ παχέας καὶ γλίσχρους χυλούς, ἔσθ᾽ ὅτι δὲ καὶ αἷμα. καὶ ὁ τῆς ἰτέας φλοιὸς ὁμοίως καταχρίεται. καὶ ἡ τέφρα τῶν χαλκείων καταπλασσομένη σὺν ὠμῇ λύσει δι᾽ ὀξυμέλιτος. καὶ ὁ τοῦ κενταυρίου χυλὸς ἔξωθεν ἐπιτιθέμενος. καὶ πινόμενος καὶ θέρμων πικρῶν τὸ ἀφέψημα μετὰ πηγάνου καὶ πεπέρεως, πινόμενον. καὶ τὸ ἄλευρον αὐτῶν καταπλαττόμενον. καὶ ὕδωρ ἐν ᾧ πολλάκις ἐναπεσβέσθη σίδηρος, πυρέττουσι καθ᾽ ἑαυτὸ διδόμενον K°. γ. ἀπυρέτοις δὲ μετ᾽ οἴνου καὶ μετ᾽ ὄξους K°. α. ἢ λαπάθου ἀγρίου ῥίζης μετὰ σκίλλης τριώβολον. ἢ χαμαίδρυος, ἢ ἑρπύλλου, ὀξύβαφον πάντα, ἢ ὀξυμέλιτος, ἀναγαλλίδος τῆς τὸ κυανὸν ἄνθος ἐχούσης χυλοῦ, διώβολον, πότιζε μετ᾽ ὀξυκράτου. ἢ ὄξος σκιλλητικόν, ἢ ὀξύμελι. σύνθετα δὲ ταῦτα. πάνακος ῥίζης. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος, καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ, στρουθίου, σκίλλης ὀπτῆς τοῦ ἐντός. ἴσα δίδου L. α. ποιεῖ καὶ ἀσθματικοῖς, καὶ ὑδρωπικοῖς. Ἄλλο. μυρίκης καρποῦ L. δ. πεπέρεως L. δ. ναρδοστάχυος L. β. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος L. β. λείου ὄξει σκιλλητικῷ καὶ δίδου L. α. ὀξυμέλιτι.

exſpuerunt. Aut ammoniaci partem unam, caſtorij partem unam: dato drachmam unam. Hæc etiam in ſcirrhum induratis proſunt, quemadmodum etiam capparis cortex aceto tritus ac impoſitus, qui etiam bibitur cum aceto, aut aceto mulſo, & craſſos & uiſcoſos humores euacuat: quandoque uero etiam ſanguinem. Salicis quoque cortex ſimiliter illinitur. Facit & cinis ex officina fabrili, cum cruda ordeacea farina impoſitus ex aceto mulſo. Et centaurij ſuccus forinſecus impoſitus & potus. Et lupinorum amarorum decoctum, cum ruta & pipere potum & farina ipſorum pro cataplaſmate impoſita & aqua, in qua ſæpe ferrum extinctum eſt, febrientibus per ſe data cyathorum trium menſura: non febrientibus, cum uini & aceti cyatho uno. Aut rumicis ſylueſtris radicis cum ſcilla obolos tres, aut chamædryos aut ſerpylli acetabulum, omnia cum aceto, aut aceto mulſo: aut anagallidis cæruleum florem habentis ſucci obolos duos cum poſca bibendos dato. Aut acetum ſcilliticum, aut acetum mulſum. Compoſita uerò hæc: radicis panacis, ammoniaci, thymi amatis, corticis radicis capparis, herbæ lanariæ, ſcillæ aſſatæ internæ partis, ſingulorum æquas partes permiſce, & præbe drachmã unã facit & ad anheloſos ac hydropicos. Aliud. Myricæ fructus drach. quatuor, piperis drach. quatuor, ſpicæ nardi drach. duas, amoniaci thymi amatis drach. duas: utere cum aceto ſcillitico & præbe drachmam unam ex aceto mulſo.

ΠΡΟΣ ΕΣΚΙΡΡΟΜΕΝΟΝ ΣΠΛΗΝΑ.

Κυκλαμίνου L. κ. βρυωνίας L. γ. δικτάμνου L. β. σκίλλης ὀπτῆς L. η. στρουθίου L. ς. καππάρεως ῥίζης L. ς. δίδου τροχίσκον τριωβολιαῖον ὀξυμέλιτι. καὶ ὁ δι᾽ ἐρείκης δὲ τροχίσκος, ἐπιτήδειός ἐστι. τροφαὶ δὲ τούτοις λεπτυντικαὶ, δριμεῖαι, ξηραὶ καὶ ποτὸν ὀλίγιστον. γυμνάσιά τε καὶ τρίψεις καὶ σιναπισμοὶ παραλαμβανέσθωσαν. ἔσθ᾽ ὅτι δὲ καὶ σικύαι μετ᾽ ἐγχαράξεως.

AD INDVRATVM ſplenem.

Cyclamini drach. uiginti, bryoniæ drach. tres. dictamni drach. duas, ſcillæ aſſatæ drachmas octo, herbæ lanariæ drachmas ſex, radicis capparis drach. ſex: dato de his paſtillum trium obolorum cum aceto mulſo. Quin & ex erica paſtillus commodus eſt. Cibi horum ſint attenuantes, acres, ſicci, & parciſſimus potus. Exercitia item ac frictiones & ſinapiſmi aſſumantur: quandoque etiam cucurbitæ cum ſcarificatione.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΙΚΤΕΡΟΥ.

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. ν. Τῆς μὲν οὖν θερμῆς δυσκρασίας τοῦ ἥπατος καὶ τῆς φλεγμονῆς αὐτοῦ, καὶ τῆς τῶν δυνάμεων ἀσθενείας τὴν θεραπείαν, ἔμπροσθεν ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ λόγῳ διήλθομεν. ἣν καὶ ἀπαραλλάκτως ἐνταῦθα μετενεγκτέον, ἵνα μὴ ταυτολογῶμεν. Ἐμπεφραγμένων δὲ τῶν πόρων τῆς χοληδόχου κύστεος

CVRATIO MORBI regij.

P. Æg. lib. 3. c. 50. Calidæ epatis intemperiei & inflammationis ipſius & facultatum debilitatis curationem antea in tractatione de ipſo recenſuimus, quæ etiam citra permutationem huc transferenda eſt, ut ne eadem ſæpe dicamus. Obturatis autem ueſicæ bilem ſuſcipientis meatibus utriſque

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

utriſque aut altero ſolo, uena ſecetur in cubito dextero. Quidam uerò & in his & in illis qui ob inflammationem hepatis morbum regium contraxerunt, uenam propè paruum digitum dextræ manus ſecant. Cataplaſmatis autem inflammationem arcentibus utendum eſt,& ipſi per hieram purgandi ſunt. Commodi ſunt etiam clyſteres. Præbibendum uero detur morbo regio affectis apij,aut adianti, aut rumicis aut ſerpylli ad tertias decoctorum decoctum : aut abſinthium potui inſpergatur. Summè uerò faciunt ſucci raphani cyathi duo cum uini cyatho uno poti, itemque ſucci cichorij cyathi duo aut tres, per ſe, aut cum uino. Verum ob hepatis inflammationem ictericis uinum mulſum bibendum præbe aut decoctum ariſtolochiæ tenuis, aut hyperici, aut adianti, aut herbæ lanariæ,aut rubiæ tinctorum : aut ramenti cornu ceruini drachmam unam cum uino : aut paſtinacæ in uino ad tertias coctæ decoctum, aut ſulphuris uiui drach. unam in ouis ſorbeant. Hæc etiam ob obturationem ictericis magnificè proſunt, ſeminis autem atriplicis ſcrupuli octo, cum Chryſattico, aut alio paſſo in balnei ſolio poti, ſufficientem euacuationem faciunt. Rectè etiam picra datur & arida, & ex aceto mulſo conſtans, & Theodoretus antidotus & ex amaris amygdalis paſtillus. Dato etiam Cinamomi quantum tribus digitis præhendi poteſt in uini mulſi cyatho uno, aut aqua temperata, aut myrrhæ magnitudinem fabæ, cum piperis granis quinque, parique cinamomo. Qui uerò ob calidam ſolidorum corporum intemperiem icterici ſunt, ſimplicibus frictionibus, & exercitijs moderatis & unctione & balneis utantur, & humectante & moderatè frigefaciente uictu, ptiſanæ ſucco, intybis, ſeride, cichorijs, piſcibusque, ac uino tenui aquoſo. Cæterùm de ijs qui ex ueneni potu, aut ob uenenum eiaculantium morſum, ad hanc affectionem deuenerunt, libro quinto dicetur. Porrò bile circa oculos & faciem recepta, elaterij erui magnitudinem cum lacte muliebri inſtilla in naſum in balneo,& ſtatim in ſolium dimitte, ac præcipe ne caput mergat,& poſt balneum refectorio uictu dato, ruſus in nares infunde in ſole. Facit & cyclamini ſuccus & marrubij & melanthij : ſed & acetum acerrimum naribus attrahat dum ſedet in ſolio,& parumper nares comprimat & mirificè euacuabitur.

CVRATIO CACHEXIÆ.

ἀμφοτέρων, ἢ καὶ θατέρου μόνον, φλεβοτομητέον αὐτοὺς ἀπ' ἀγκῶνος δεξιοῦ. τινὲς δὲ καὶ τούτων, καὶ τῶν διὰ φλεγμονὴν τοῦ ἥπατος ἰκτερικῶν, τὴν ἐγγὺς τοῦ μικροῦ δακτύλου τῆς δεξιᾶς χειρὸς τέμνουσι φλέβα. καταπλάσμασι δὲ, τοῖς ἀφλεγμάντοις χρηστέον, καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς αὐτοὺς καθαρτέον. ἐπιτήδειοι δὲ, καὶ οἱ κλυστῆρες. προποτιστέον δὲ τοὺς ἰκτερικοὺς, σελίνου, ἢ ἀδιάντου, ἢ λαπάθου ἢ ἑρπύλλου, ἀποτριτωθέντων ἀφέψημα. ἢ ἀψίνθιον ἐμπαστέον τῷ ποτῷ. ἄκρως δὲ ποιεῖ ῥαφάνου χυλῷ Κ°. β. μετ' οἴνου Κ°. α. ποτιζόμενοι καὶ χυλοῦ κιχωρίου Κ°. β. ἢ γ. καθ' ἰδίαν καὶ μετ' οἴνου. σὺν δὲ ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος ἰκτερικοὺς, πότιζε οἰνομέλιτι, ἢ ἀφεψήματι ἀριστολοχίας λεπτῆς, ἢ ὑπερικοῦ, ἢ ἀδιάντου ἢ στρουθίου, ἢ ἐρυθροδάνου ὁμοίως, ἢ κέρατος ἐλαφίου ῥινήματος L. α. μετὰ οἴνου, ἢ σταφυλίνου ἐν οἴνῳ ἑψηθέντος εἰς ἀποτριτῶσιν, τὸ ἀφέψημα, ἢ θείου ἀπύρου L. α. ἐν ᾠοῖς ῥοφήτωσαν. ταῦτα καὶ σὺν ἐπὶ ἐμφράξει μεγάλως ὠφελεῖ. τοῦ δὲ σπέρματος τῆς ἀτραφάξυος Γο. η. μετὰ χρυσαττικοῦ ἢ ἄλλου γλυκέως ἐν τῇ ἐμβάσει πινόμενα, κένωσιν ἱκανὴν ἐργάζεται. καλῶς δ' ἂν ἡ πικρὰ δοθείη ἥτε ξηρὰ καὶ ἡ δι' ὀξυμέλιτος καὶ ἡ θεοδώρητος. καὶ ὁ διὰ τῶν πικρῶν ἀμυγδάλων τροχίσκος. δίδου καὶ κινναμώμου ὅσον τοῖς τρισὶν δακτύλοις ἆραι ἐν οἰνομέλιτος Κ°. α. ἢ ὕδατι κεκραμένῳ, ἢ σμύρνης κυάμου μέγεθος μετὰ πεπέρεως κόκκων ε. ἴσον τε κιναμώμου. σὺν δὲ διὰ θερμὴν δυσκρασίαν τῶν στερεῶν ἰκτεριῶντας, ἁπαλαῖς τρίψεσιν, καὶ γυμνασίαις συμμέτροις, καὶ ἀλοιφῇ καὶ λουτροῖς. ἀκτέον. καὶ τῇ ὑγραινούσῃ τε, καὶ μετρίως ἐμψυχούσῃ τροφῇ χυλοῦ πτισάνης, καὶ ἰντύβων, καὶ σέρεως, καὶ τῶν κιχωρίων, ἰχθύων τε, καὶ οἴνου λεπτοῦ ὑδαροῦς. περὶ δὲ τῶν ἐπὶ δηλητηρίου πόσεσιν ἢ ἐπιδήξεσιν ἰοβόλων εἰς τὸ πάθος ἐλθόντων κατὰ τὸ πέμπτον εἰρήσεται βιβλίον. ἐν ἀπειλημμένης δὲ χολῆς περὶ σὺν ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον ἐλατηρίου ὀροβιαῖον μέγεθος μετὰ γάλακτος γυναικείου ἔνσταζε τῇ ῥινῇ ἐν βαλανείῳ καὶ εὐθέως καθείη εἰς τὴν ἔμβασιν, κελεύων μὴ καταδύειν τὴν κεφαλήν. καὶ μετὰ τὸ λουτρὸν ἀναληπτικῶς διαιτήσας αὖθις ἔγχει τὸ ἔρρινον ἐν ἡλίῳ. ποιεῖ δὲ καὶ κυκλαμίνου χυλὸς καὶ πρασίου, καὶ μελανθίου, καὶ ὄξος δὲ δριμύτατον ἀνελκέτω ταῖς ῥισὶν ἱστάμενος ἐν τῇ ἐμβάσει, καὶ κρατείτω καὶ σὺν μυκτῆρας ἕως ὀλίγου καὶ θαυμαστῶς κενωθήσεται.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΚΑΧΕΞΊΗΣ.

Υ Κεφ.

Κεφάλ. ιγ.

Π. αἰγ. βιβ. γ. κεφ. μζ. Τὴν ἀρχὴν τῶν ὑδροπικῶν παθῶν καχεξίαν καλεῖν εἰθίσμεθα· θεραπεύειν δὲ αὐτὴν χρή, φλεβοτομοῦντας, εἰ μή τι κωλύοι, μεμερισμένως ἄχρι τρίτης καὶ τετάρτης ἡμέρας ποιοῦντας τὴν ἀφαίρεσιν. κενωτέον δὲ μάλιστα τοὺς δι' ἐπίσχεσιν αἱμορροΐδων ἢ καταμηνίου καθάρσεως εἰς τὸ πάθος ἐμπεσόντας, ὥσπερ οὖν τοὺς διὰ πλήθους κενώσεως, ἀφεκτέον τῆς φλεβοτομίας. πάντως δὲ καθαρτέον τῇ διὰ κολοκυνθίδος ἱερᾷ. ἡ δὲ δίαιτα ἔστω λεπτὴ καὶ ξηραίνουσα. καὶ χρῆσις αὐτοφυῶν ὑδάτων παραλαμβανέσθω, στυπτηριωδῶν, καὶ νιτρωδῶν μᾶλλον, εἶτα θειωδῶν. τὸ δὲ ἄλλο λουτρὸν, ἐκ μακροτέρων διαστημάτων παραλαμβανέτωσαν. καὶ γυμναζέσθωσαν παντοδαπῶς. μάλιστα δὲ διὰ τῶν καλουμένων ἰατραλειπτῶν. εἰς ὕστερον δὲ καὶ ἐλλεβοριζέσθωσαν, θαυμαστῶς δὲ ὀνίνησιν αὐτοὺς, καὶ προποτισμὸς ἀψινθίου, καὶ σιναπισμοί, καὶ δρώπακες. εἰ δὲ τὸ πάθος εἰς ὕδρωπα μεταπέσοι τῇ τῶν ὑδρωπιώντων ὑπαγέσθω θεραπείᾳ, κατὰ τὸν ἐκτεθησόμενον τρόπον.

γαλ. βιβ. ιγ. θερ. μεθ. κεφ. ϛ. πῶς οὖν χρὴ τοῦ παντὸς σώματος ἐπιμελεῖσθαι μοχθηρῶς διακειμένου. λέλεκται μὲν οὖν οὐκ ὀλίγα, καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἴρηται δὲ, κἀν τῷ περὶ πλήθους γράμματι, καὶ νῦν δ' εἰρήσεται τὰ κεφάλαια τῶν λόγων, ὅταν μὲν γὰρ ὁμοτίμως ἀλλήλοις αὐξηθῶσιν οἱ χυμοί. πλῆθος τοῦτο καὶ πληθώραν ὀνομάζουσιν. ὅταν δ' ἤδη ξανθῆς χολῆς ἢ μελαίνης ἢ φλέγματος ἢ τῶν ὀρρωδῶν ὑγρῶν μεστὸν γένηται τὸ σῶμα, κακοχυμίαν οὐ πληθώραν καλοῦσι τὴν τοιαύτην διάθεσιν. ἡ μὲν οὖν πληθώρα, διά τε τῆς τοῦ αἵματος ἀφαιρέσεως θεραπεύεται, καὶ διὰ λουτρῶν πλεόνων καὶ γυμνασίων καὶ τρίψεων, ἔτι δὲ φαρμάκων διαφορούντων καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἀσιτίας. ὑπὲρ ὧν ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηται τελέως. ἡ κακοχυμία δὲ διὰ τῆς οἰκείας ἑκάστου τῶν πλεοναζόντων χυμῶν καθάρσεως. εἴρηται δὲ καὶ περὶ ταύτης ἐν τῷ προφυλακτικῷ μέρει τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας. ἐκεῖθεν οὖν αὐτὰ μεταφέρειν ἐνταῦθα σκοπουμένου ὅτῳ βέλτιον ἐξ ἑαυτῶν χρῆσθαι.

Caput XIII.

P. Æg. lib. 3. c. 47. Principium affectionis hydropicorum, malum habitum uocare conſueuimus. Curare uerò ipſum oportet uenæ ſectione ſi nihil prohibeat, partita ſanguinis detractione ad tertium uſque ac quartum diem faciendo detractionem. Euacuandi autem maximè ſunt, qui ob hæmorrhoidum aut menſium purgationis ſuppreſſionem in affectionem collapſi ſunt: quemadmodum qui ob plenitudinem humorum à uenæ ſectione abſtinere debent. Omnino autem purgandi ſunt per hieram ex colocynthide. Victus tenuis ſit & reſiccatorius & naturalium aquarum uſus aſſumatur, aluminoſarum ac nitroſarum magis, deinde ſulphurulentarum. Reliquum uerò balneum ex longioribus interuallis aſſumant, & uarijs modis ſe exerceant, maximè per jatraliptas, unctionis doctos medicos, poſtea etiam ueratro utantur. Mirificè etiam ipſis prodeſt abſinthij præpotatio & ſinapiſmi & dropaces. Si uerò ad hydropem affectio delabatur ad hydropicorum curationem deducatur, juxta modum, qui referetur.

Gal. lib. 13. Methodi medi. cap. 6. Ergò quid nam medenti agendum ſit, ſi totum corpus malè ſit affectum & dicta prius tum in libro de plenitudine, & nunc ſummas eorum quæ dicta ſunt recenſebimus. Vbi enim æquabiliter ſucci inter ſe ſunt adaucti, id & πλῆθος & πληθώραν Græci uocant: nos plenitudinem & ſuccorum redundantiam dixerimus. Vbi uerò uel flaua bili, uel nigra, uel pituita, uel ſeroſis humoribus refertum corpus jam fuerit, eum habitum κακοχυμίαν, quaſi ſuccorum uitium dicas, non plethoram nominant. Ergò plethorata ſanguinis miſſione curatur, tum frequenti balneo, tum exercitatione, tum frictione: præterea digerentibus medicamentis & præter hæc omnia inedia, de quibus in ijs quæ De tuenda ſanitate ſunt prodita, dictum abunde eſt. Succorum uitium purgatione, quæ cuique ſucco ſuperanti ſit accommodata, corrigitur. Dictum porrò & de hac eſt in ea parte operis, de ſanitate tuenda, quæ De uitandis morbis eſt inſtituta. Illinc igitur huc ea transferas oportebit, ac conſideres quo nam ex ipſis uti maximè expediat.

ARETAEI CAPPADOCIS MEDICI

De diuturnorum morborum curatione.

LIBER II.

Curatio hydropis, id eſt, aquæ intercutem, Caput I.
Curatio Diabetis ſiue urinæ profluuij, cap. II.
Curatio calculorum & ulcerum in renibus, cap. III.
Curatio uitiorum ueſicæ, cap. IV.
Curatio Gonorrhæas, id eſt, ſeminis profluuij, cap. V.
Curatio uitiorum ſtomachi, cap. VI.
Curatio uentriculi affecti, cap. VII.
Curatio colicorum, VIII.
Curatio dyſenterias ſeu difficultatis inteſtinorum, cap. IX.
Curatio læuitatis inteſtinorum, cap. X.
Curatio affecti uteri, cap. XI.
Curatio morborum in articulis & coxendice, cap. XII.
Curatio Elephantiaſeos, cap. XIII.

ΑΡΕΤΑΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΥ,

χρονίων παθῶν θεραπευτικὸν

βιβλίον β.

Θεραπεία ὕδρωπος, Κεφάλ. α.
Θεραπεία διαβήτου, κεφ. β.
Θεραπεία τῶν κατὰ τοὺς νεφροὺς παθῶν, κεφ. γ.
Θεραπεία τῶν ἐν κύστει, κεφ. δ.
Θεραπεία γονορροίης, κεφ. ε.
Θεραπεία στομαχικῶν, κεφ. ϛ.
Θεραπεία κοιλίης διαθέσιος, κε. ζ.
Θεραπεία κωλικῶν, κεφ. η.
Θεραπεία δυσεντερίης, κεφ. θ.
Θεραπεία λειεντερίης, κεφ. ι.
Θεραπεία ὑστερικῶν, κεφ. ια.
Θεραπεία ἀρθρίτιδος καὶ ἰσχιάδος, κεφ. ιβ.
Θεραπεία ἐλεφαντιάσιος, κεφ. ιγ.

CVRATIO HYDROPIS.

Caput I.

P. Æg. lib. 3. c. 48. Hepate uehementer perfrigerato, quandoque primaria affectione, aut inflammato, aut in ſcirrhum indurato, aut alio quopiam modo affecto, quandoque per conſenſum cum alijs partibus ſanguificationis ſucceſſus non contingit, & uocatur affectio aqua intercus. In qua aliquando flatus copia cum pauciſſima humiditate coaceruatur, inter membranam peritonæum appellatam, ac inteſtina, adeo ut ſi uerberetur ſuperior uenter, inſtar tympani ſonum edat. Vnde etiam tympanites hydrops uocatur, conflatus ab inflatione circa ſtomachum & uentrem & colon & à febribus diuturnis. Quandoq; uerò etiam à duritia peritonæi membranæ, aut uteri in mulieribus, aut ſcirrhi indurati: aliquando uerò uice uerſa humoris copiam cum pauciſſimo

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΥΔΡΩΠΟΣ.

Κεφάλ. α.

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ μη. τοῦ ἥπατος σφοδρῶς καταψυγέντος, ὅτε μὲν κατὰ πρωτοπάθειαν, ἤτοι φλεγμήναντος ἢ σκιρρωθέντος, ἢ ἄλλως πως αὐτοῦ παθόντος. ὅτε δὲ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρων μορίων. ἀποτυχία τῆς ἐξαιματώσεως γίνεται, καὶ καλεῖται τὸ πάθος ὕδερος. ἐφ' οὗποτε μὲν πλῆθος πνεύματος μετ' ἐλαχίστης ὑγρότητος ἀθροίζεται μεταξὺ περιτοναίου, καὶ ἐντέρων, ὥστε πληττόμενον τὸ ἐπιγάστριον ἠχεῖν δίκην τυμπάνου, διὸ καὶ τυμπανίας ὕδερος ἀπὸ τούτου προσηγόρευεται. συνιστάμενος, ἀπό τε τῶν περὶ στόμαχον, καὶ τὴν κοιλίαν καὶ τὸ κῶλον ἐμπνευματώσεων, καὶ πυρετῶν χρονίων. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἀπὸ σκληρίας περιτοναίου, ἢ μήτρας ἐπὶ γυναικῶν ἢ σκίρρου. ποτὲ δὲ τὸ ἀνάπαλιν πλῆθος ὑγροῦ σὺν ἐλαχίστῳ

πνεύματι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀθροίζεται χωρίοις ὥσπερ ἐν ἀσκῷ τινὶ φυλασσόμενον. ὅθεν τὸ πάθος ἀσκίτης ὕδερος ὀνομάζεται συνιστάμενος καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν εἰρημένων αἰτίων. τὸ δὲ πλεῖστον ἀπὸ σκληρίας καὶ σκίρρου περὶ τὸν σπλῆνα καὶ τὸ ἧπαρ καὶ τῶν περὶ τὰ ἔντερα χρονίων ῥευμάτων, ἐφ' ὧν συμβαίνει τὴν μὲν γαστέρα ἐξογκοῦσθαι, τὸ δὲ λοιπὸν ἐκτήκεσθαι σῶμα, μὴ τρεφόμενον. ἔστι δὲ ὅτε καὶ καθ' ὅλον τοῦ σώματος τὸν ὄγκον ψυχρότερόν τε καὶ φλεγματικώτερον αἷμα περιέχεται, πῆ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥπατος τοιοῦτο φερόμενον. πῆ δὲ καὶ πάσης τῆς σαρκὸς τοῦ σώματος οἷον ἐξυδατουμένης τικτόμενον. ὥστε λευκὸν καὶ φλεγματῶδες τὸ σῶμα φαίνεσθαι νεκρῷ παραπλήσιον, καὶ καλεῖται λευκοφλεγματίας, ὑποσαρκίδιος ὕδερος, ἢ ἀνασάρκεια συνιστάμενος ἀπό τε πυρετῶν μακρῶν καὶ στομάχου καχεξίας καὶ ἐπισχεθεισῶν χρονίων αἱμορροΐδων, καὶ γυναικείου ῥοῦ, καὶ δυσπνοίας, καὶ ἀλόγων ἀγρυπνιῶν, καὶ τῶν τούτοις ἐμφερῶν αἰτίων. θεραπεύοντας οὖν αὐτοὺς κοινῶς μὲν ἀπὸ κενώσεως ἀρχόμεθα. ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἀσκίτου καὶ τυμπανίου, διὰ τῆς τῶν ὑδραγωγῶν φαρμάκων δόσεως, ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνασάρκα, διὰ φλεβοτομίας. μάλιστα δ' ἐπίσχεσιν αἱμορροΐδων, ἢ καθάρσεως ἐμμηνίου, συστάντος τοῦ πάθους, πλὴν εἰ μὴ φθάσειεν ἐν καχεξίᾳ γενόμενοι φλεβοτομηθῆναι. καὶ ταῦτα οὖν, ὡς ἐπὶ τῶν καχεκτικῶν, δεῖ κατὰ μέρος ταμιεύεσθαι τὴν κένωσιν, εἶτα βόλβιτον βοὸς ἀγελαίας ξηρὸν, ἀκριβῶς λειώσας, ἕψε ἐν ὀξυκράτῳ ἢ ὀξυμέλιτι καὶ θεῖον τὸ τέταρτον μέρος περιεμπάσας, ὅλῳ τῷ τῆς γαστρὸς ἐπίβαλλε κύτει, ἢ σπυράθους αἰγὸς ἐν οὔρῳ παιδὸς, γλοιοῦ πάχος κατάπλασσε. διὰ γαστρὸς ἄκρως αὐτοὺς καθαίρει. καὶ τοῖς διὰ ζύμης δὲ καὶ ἰσχάδων, καὶ τιτάνου, καὶ νίτρου, καὶ ἴρεως, καρδαμώμου τε καὶ θείου ἀπύρου καὶ ἀμμωνιακοῦ, δαφνίδων τε καὶ τῆς ἀγρίας σταφίδος καὶ τῆς τῶν ἀγρίων περιστερῶν κόπρου, ἢ πάντων ἢ τινῶν, ἐκ τούτων δι' ὀξυμέλιτος χρηστέον καταπλάσμασι. μεθ' ἃ τὸ διὰ τῆς αἰγείας κόπρου σπογγίον προσαγορευόμενον ἐπίθεμα, θαυμασίως κενοῖ τὴν ὑγρότητα, διά τε τῶν ἀδήλων πόρων καὶ διὰ γαστρός. εὖ ὕστερον δὲ τὰς ξηραινούσας ἐπιθετέον ἐμπλάστρους τὴν διὰ ἰτεῶν, τὴν ἱκέσιον, ἢ τὴν τοῦ κουρέως, ἢ τὴν διὰ δαφνίδων, ἢ τὸ πολυάρχιον, ἢ τὸ διὰ σπερμάτων ἐπίθεμα. καὶ τοῦτο δὲ θαυμαστόν ἐστι, διαρπάζει γὰρ ἐκ τοῦ βάθους τὸ ὑγρόν. λίθου πυρίτου L. ιβ. θείου ἀπύρου L. ιβ.

flatu in iiſdem locis coaceruatur, uelut in utre quodam comprehenſa. Vnde affectio Aſcites hydrops nominatur, conflatus & ipſe ex relatis cauſis. Plerunque uerò à duritie & ſcirrho circa ſplenem & hepar, & à diuturnis circa inteſtina fluxionibus, in quibus uentrem in tumorem eleuari contingit, reliquum autem corpus alimentum non ſentiens conſumi. Quandoque etiam per totam corporis molem frigidior ac pituitoſior ſanguis continetur, qui interdum ab hepate talis adfertur, interdum etiam omni corporis parte uelut ex aqueſcente generatur, adeò ut album ac pituitoſum appareat corpus, mortuo ſimile, & uocatur Leucophlegmatias hydrops ſub carne, aut intercus conflatus à longis febribus, & malo ſtomachi habitu, & diuturnis hæmorrhoidibus ſuppreſſis, & à fluxu muliebri & ſpirandi difficultate & uigilijs præter rationem obortis, & ab alijs his ſimilibus cauſis. Curantes igitur ipſos in communi quidem ab euacuatione initium facimus, uerum in aſcite ac tympanite per medicamentorum aquam ducentium exhibitionem: in intercute uerò per uenæ ſectionem maximè, ſi ob hæmorrhoidum aut menſtruæ purgationis ſuppreſſionem conflata fuerit affectio, niſi, dum in malo habitu conſtituti fuerunt uenæ ſectionem præmiſerint. Et tunc igitur uelut in malo corporis habitu euacuationem partiri oportet. Deinde bubulum bouis armentarij ſtercus ſiccum exactè tritum, in poſca aut aceto mulſo coquito, & ſulphuris quarta parte inſperſa, toti uentris capacitati imponito: aut caprinum ſtercus in urina pueri aut capræ ad ſtrigmenti ſpiſſitudinem redactum impone. Hæc per uentrem ſummè ipſos purgant: quin & ex fermento cataplaſmatis, & ex caricis & calce & nitro, & iride & naſturtio & ſulphure uiuo, & ammoniaco & lauri baccis, ac ſtaphide ſylueſtri, & ſylueſtrium columbarum ſtercore, aut omnibus aut quibuſdam ex his aſſumptis cum aceto mulſo utendum eſt. Poſt hæc epithema ſpongiola appellatum, ex caprino ſtercore, mirificè humiditatem euacuat, tū per obſcuros meatus tum per uentrem. Poſtea uerò reſiccantia emplaſtra imponantur, id quod ex ſalicibus conſtat, iceſium, tonſoris, ex baccis lauri, aut epithema polyarchiū, aut ex ſeminibus. Sed et hoc mirum in modum efficax eſt, ex profundo enim abripit humiditatē. Lapidis pyritæ drach. duodecim, ſulphuris uiui drach. duodecim, ammoni-

ammoni-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ammoniaci thymiamatis drach. duodecim, cumini drach. ſedecim nitri drach. 12. excipe modica cera ac terebinthina & pelli inducta per totum uentrem impone. Præbibenda uerò ipſis detur ſambuci radix in uino cocta, aut cucumerem ſylueſtrem in uino auſtero maceratum, ad triduum dato, ita ut de uino cyathum unum bibat additione quotidie facta uſque ad cyathos tres. Multæ uerò mixturæ hoc eſt: Balſami, nardi, caſiæ, cumini, glycyrrhizæ, hyperici, junci rotundi odorati, aſari, dauci, amomi, ſmyrnij, petroſelini, calami aromatici, piperis, ſeſelis ſpondilij ſingulorum æquales partes. Facit & unum quodque ex his per ſe, ſimiliter etiam omnia urinam cientia. Citra grauitam uerò urinam ciet ſcilla aſſata, cum melle trita, & uelut eclegma delingenda exhibita. Poteſt etiam aquis quæ bibuntur incoqui. Bonum eſt & hoc. Internæ ſcillæ partis lib. duas in uini auſteri ſextarijs tribus ad tertias coquito, & de uino bibendum dato quotidie, initio à myſtro facto uſque ad unciam unam. Optimum eſt & hoc ad ciendam urinam. Aluminis liquidi magnitudinem fabæ aqua diluito, & per linteum excolato & ad triduum aut alternis diebus bibendum dato. Conuenit etiam his picra ex aceto mulſo, & antidotus Theodoretus, & ex amaris amygdalis paſtillus. Cæterùm aquam ducentia plura ſunt, experimento uerò cognita hæc: Grana cnidia quadraginta aut quinquaginta, aut lathyrides uiginti uel triginta, aut euphorbij ſiliquæ quinq; aut ſeptē, aut ſquamæ æris drach. duæ aut tres. Excipiuntur micis panis, & in catapotia efformantur. Aut corticis radicis ſambuci ſuccus potus cum condito. Aut foliorum chamelææ & ſquamæ æris, & aniſi ſingulorum pares partes dato ex aqua, ab initio quidem drach. unam, interpoſito autem interuallo, etiam duas & plures. Sed & hæc catapotia admiranda ſunt. Aloes, euphorbij, grani cnidij, ſingulorum unciam unam, rhei unc. dimidiam: excipe braſſicæ ſucco, & catapotia efforma. Dato de his ſiliquas ſeptem aut nouem. Quin & antidotus ex caryophyllo mirificè aquam ducit. Sed & ut uinum aquam ducens ipſis demus conandum eſt. Eſt autem optimum hoc. Scillæ quadrans, ſeminis apij, capparis radicis corticis, piperis ſingulorum drach. quatuor, grani cnidij decorticati drach. una folij Malabathri pillulæ duæ. Vini optimi heminæ duodecim, mellis crudi lib. 6. contuſa ac cribrata uino macerantur: ſcilla uerò ſimul conteritur. Dantur huic cyathi tres. At poſt humoris euacuationem etiam theriaca utendum eſt. Bubuli quoq; ſtercoris uſti cochlearij

ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος L. ιβ. κυμίνου L. ις. νίτρου ιβ. ἀνάλαβε κηρῷ βραχεῖ καὶ τερεβινθίνῃ, καὶ εἰς δέρμα ἐπιπλάσας, ἐπίθου δι' ὅλης τῆς γαστρός. προποτίζειν δὲ αὐτοὺς καθεψόντα τὴν ῥίζαν τῆς ἀκτέας ἐν οἴνῳ, ἢ σικύον ἄγριον ἐν οἴνῳ ἀποβρέξας αὐστηρῷ ἡμέρας. γ. δίδου κύαθον α. προστιθεὶς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρι κυάθων γ. πολυμίγματον δὲ τοῦτο, βαλσάμου, νάρδου, κασσίας, κυμίνου, γλυκυρρίζης, ὑπερικοῦ, σχοίνου, ἀσάρου, δαύκου, ἀμώμου, σμύρνης, πετροσελίνου, καλάμου ἀρωματικοῦ, πεπέρεως, σεσέλεως, σπονδυλίου ἴσα. ποιεῖ δὲ καὶ ἕκαστον καθ' ἑαυτό. καὶ πάντα δὲ τὰ διουρητικὰ ὁμοίως. δίχα δὲ βάρους τὴν οὔρησιν κινεῖ, σκίλλα ὀπτή, μετὰ μέλιτος λειανθεῖσα, καὶ ὡς ἔκλειγμα διδομένη. ἐνεψηθείη δ' ἂν καὶ τοῖς πινομένοις ὕδασι. καὶ τοῦτο δὲ ἄγαν καλόν. τοῦ ἐντὸς τῆς σκίλλης λι. β. εἰς οἴνου αὐστηροῦ ξ γ. ἑψήσας ἕως ἀποτριτώσεως, δίδου ἐκ τοῦ οἴνου καθ' ἡμέραν, ἀρξάμενος ἀπὸ μύστρου ἕως Γο. α. διουρητικὸν δὲ καὶ τοῦτο κάλλιστον. στυπτηρίας ὑγρᾶς ἡλίκον κύαμον, ὕδατι διαλύσας διηθήσας τε δι' ὀθόνης πότιζε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἢ παρὰ μίαν. ἁρμόζει δὲ καὶ τούτοις, ἡ διὰ τοῦ ὀξυμέλιτος πικρά, ἥτε θεοδώρητος. καὶ ὁ διὰ τῶν πικρῶν ἀμυγδάλων τροχίσκος. ὑδραγωγὰ δὲ πλείονά εἰσιν. πεπειραμένα δὲ ταῦτα. κνίδιοι κόκκοι μ. ἢ πεντήκοντα. ἢ λαθυρίδες. κ. ἢ λ. ἢ εὐφορβίου κερ. ε ἢ ζ. ἢ λεπίδος χαλκοῦ L. β ἢ γ. μετὰ ψιχῶν ἀναληφθεῖσαι καὶ καταποτιαγενόμενα. ἢ τῆς ἀκτῆς ῥίζης τοῦ φλοιοῦ ὁ χυλὸς ποθεὶς μετὰ κονδίτου. ἢ χαμελαίας φύλλων καὶ χαλκοῦ Κ. ἀνήσου τὸ ἴσον, δίδου ἐν ὕδατι, κατ' ἀρχὰς μὲν L. α. διαστήσας δὲ καὶ β. καὶ πλείω. καὶ ταῦτα δὲ θαυμαστὰ καταπότια, ἀλόης, εὐφορβίου, κόκκου κνιδίου ἀνὰ Γο. α. ῥέου Γο. S. ἀναλάμβανε χυλοῦ κράμβης καὶ πλάσσε καταπότια, δίδου κερ. ζ. ἢ θ. καὶ ἡ διὰ τοῦ καρυοφύλλου δὲ ἀντίδοτος ὕδωρ ἄγει θαυμαστῶς. καὶ οἶνον δὲ πειρατέον αὐτοῖς ὑδραγωγὸν διδόναι. ἔστι δὲ κάλλιστος οὗτος. σκίλλης Γο. γ σελινοσπέρματος, καππάρεως, ῥίζης, φλοιοῦ, πεπέρεως ἀνὰ L. δ. κόκκου κνιδίου λελεπισμένου L. α. φύλλου L. α. μαλαβάθρου σφαιρία β. οἴνου καλλίστου κοτύλαι ιβ. μέλιτος ὠμοῦ λι. ς. κόψας, σήσας, ἔμβρεχε τῷ οἴνῳ. τὴν δὲ σκίλλαν συλλέαινε. ἡ δόσις Κ. γ. μετὰ δὲ τὴν τοῦ ὑγροῦ κένωσιν, καὶ θηριακῇ χρηστέον. καὶ τοῦ βολβίτου δὲ καυθέντος ὅσον κοχλιάριον δι' οἴνου πινόμενον καθ'

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἡμέραν, μεγάλως ὀνίνησιν. καὶ κλύσμασι δὲ χρηστέον δριμυτέροις, πλὴν εἰ μὴ τὰ τῆς γαστρὸς αὐτομάτως ἐξυγραίνοιτο. τηνικαῦτα γὰρ μᾶλλον ἐπιξηραίνειν αὐτὴν προσήκει. ἐπὶ δὲ γυναικῶν ὑδρωπιουσῶν καὶ πεσσῷ χρηστέον τῷδε. ἀνήσου, καρδαμώμου, κυμίνου, νίτρου, ἀριστολοχίας, τήλεως, γλήχωνος, σύκων τοῦ ἐντὸς, ἴσα σουσίνῳ ἀναληφθέντα προστιθέσθω. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τοῖς αὐτοφυέσι χρηστέον ὕδασιν ἐπιμόνως, καὶ τῷ ψαμμισμῷ, τῶν δὲ ἄλλων λουτρῶν αὐτοὺς ἀφεκτέον. εἰ δὲ ποτε καὶ λούοιντο, χρήσθωσαν ἐν τῷ λουτρῷ τοῖς διὰ νίτρου τε καὶ ἁλῶν, καὶ νάπυος, τιτάνου τε καὶ τῶν παραπλησίων ἐμπάσμασιν. ταῦτα μὲν γε καὶ χωρὶς λουτροῦ χρήσιμα, ξηρά τε σὺν ἐλαίῳ τῇ γαστρὶ προστριβόμενα. ἐπὶ δὲ τῶν ἀνασάρκων καὶ τοῖς λοιποῖς μέρεσι γυμναζέσθωσάν τι καθ' ὅσον οἷόν τε καὶ ξηροτριβείσθωσαν ἐν ἡλίῳ καὶ ἡ λοιπὴ δὲ δίαιτα ξηραντικωτέρα παραλαμβανέσθω. ταρίχους οὖν ἐσθιέτωσαν, καὶ νάπυ, καὶ σκόροδα, καὶ τῶν ὀρνέων τὰ ἄγρια καὶ ξηρά. καὶ λαχάνων, ἀσπάραγον, γιγγίδια, πράσα, σινήπια, καυκαλίδας καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀγρίων. καὶ τῶν ἁλῶν τῶν θηριακῶν, ἢ τοῦ ἰαμβλίχου τοῖς ὄψοις ἐπιμιγνύτωσαν, οἴνῳ τε χρήσθωσαν παλαιῷ λεπτῷ διουρητικῷ. εἰ δὲ παρείη, τεθαλασσωμένῳ. ἀπεχόμενοι πλέονος μὲν πόματος παντὸς, ὕδατος δὲ τὸ παράπαν. σὺν πυρετῷ δὲ συνισταμένου τοῦ ὕδρωπος, τῶν μὲν θερμοτέρων καὶ δριμυτέρων ἐδεσμάτων τε καὶ βοηθημάτων ἀφεκτέον, ἐπιμίκτως δὲ τούτοις χρηστέον πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἐνισταμένους. ἐπὶ δὲ τοῦ τυμπανίου, τά τε καθαρτικὰ καὶ τὰ τοῦ ὅλου σώματος συντηκτικὰ, περιαιρετέον. καὶ τῶν διουρητικῶν, τὰ δραστήρια. τοῖς δὲ λεπτύνειν τε καὶ διαφορεῖν τὰ πνεύματα δυναμένοις. ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν χρηστέον, ἢ σικύας κούφας συνεχῶς κατὰ πάσης γαστρός. τοὺς δὲ τὸν ἀσκίτην ἔχοντας, εἰ μὴ τοῖς εἰρημένοις ὑπείξοιεν βοηθήμασιν, ἐπὶ τὴν παρακέντησιν ἀκτέον, οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὑδέρων ἁρμόζουσαν.

menſura, quotidie ex uino pota, magnopere prodeſt. Infuſis etiam per clyſterem utendum eſt, niſi aluus ſua ſponte liquida egerat: tunc enim magis reſiccare eam conuenit. Porrò in mulieribus hydropicis etiam peſſo hoc ſubſiditio ad uuluam utendum eſt. Aniſi, cardamomi, cumini, nitri, ariſtolochiæ, fœni græci, pulegij, ficuum internæ partis, ſingulorum pares portiones ſuſino excepta apponantur. Poſthæc etiam naturalibus balneis utendum eſt perſeueranter, & arenæ ingeſtione: ab alijs uerò balneis abſtineant, & ubi lauerint, in balneo utantur inſperſionibus ex nitro, ſale, ſinapi, calce & ſimilibus. Atque hæc quidem etiam citra balneum commoda ſunt, ſi ſicca cum oleo uentri affricentur. At in hydrope ſubter cutem, etiam alijs partibus ſe exerceant, quantum eius fieri poteſt, & ſicca frictione in ſole utantur. Sed & reliquus uictus ſiccior aſſumatur. Salſamenta igitur edant, & ſinapi & allium, & ex uolucribus ſylueſtres ac ſiccas. Et ex oleribus aſparagum, gingidium, porrum, ſinapi, caucalidas, & reliqua ſylueſtria, & ſalem theriacum, aut Iamblichij obſonijs aſpergant. Vinoque utantur ueteri, tenui, urinam ciente, &, ſi adſit, mari mixto: ita ut ab omni largiore potu abſtineant, & ab aqua in totum. Si uerò cum febre conſiſtat hydrops, ab omnibus calidioribus & acrioribus edulijs ac auxilijs abſtinendum eſt: uerùm mixtim his utendum aduerſus id quod urget inſtando. Cæterum in tympanite hydrope & purgatoria, & quæ totum corpus colliquant tollantur, & quæ efficacius urinam cient. Quæ uerò flatus attenuare & diſcutere poſſunt, intrinſecus & extrinſecus utenda dentur & cucurbitæ leues aſſiduè toti uentri affigantur. Qui uerò hydropem aſciten habent, ſi non relatis ceſſerit auxilijs, ad perpunctionem deducantur, quæ nulli alij hydropi conuenit.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΔΙΑβήτου.

Κεφάλ. β.

Ὕδρωψ ἰδέη τοῦ διαβήτεω πάθος αἰτίῃ καὶ διαθέσι, χώρῃ δὲ μούνῃ διάφορον, ἔνθα τὸ ὑγρὸν ἐκρέει.

DE CVRATIONE Diabetis.

Caput II.

Vitium Diabetem, quod uocant, ſi cauſam & affectum conſideres, hydropis ſpecies eſt: ſola corporis parte, per quam humor exit, differens.

Nam

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Nam aſcitæ conceptaculũ membrana illa eſt, quam Græci peritonæõ uocãt: neq; humoris exitum habet, ſed eodẽ loco reſidens, inundat. In Diabete humiditas ab affecto corpore eodẽ modo fertur, & liqueſcẽtia mẽbra tabeſcunt. In renes autẽ ac ueſica ut illac fiat exitus, humores decurrunt. At in aqua intercutẽ laborantibus, ſi morbus ad ſanitatẽ inclinat, per hanc uiam humor dilabitur, bona eſt autẽ cauſæ conuulſio, non ſola oneris leuatio. Hos autem ſitis uehementior diſcrutiat. Effluens nanque humiditas aridum corpus deſtituit. In hoc morbo colliquatio per eas rationes ſubmouetur, per quas & aqua intercutem. Ad ſitim uerò extinguendam magno medici artificio opus eſt, ſiquidem in ejuſmodi malo hoc cætera tormenta longè ſuperat. Atqui ſi humorem biberint, urina citatur: quæ inſuper & excurrens ea quæ in corpore ſunt liquefaciens ſecum euocat. Remedijs igitur ſitim lenientibus opus eſt. Sitis enim magna uexat, & in explebilis adeſt potandi auiditas. Neque enim, etiamſi quantumlibet æger biberit, ſiti mederi poteſt. Prorſus autem ſtomacho, unde ſitis fons emanat, ſuccurrendum eſt. Igitur ubi ſacro medicamento uentrem ſolueris, nardum, maſtichen, palmulas, cydonia mala cruda ſuperdato. Nempe horum ſuccus cum nardo & roſeo unguento ad irrigandum optimè facit: cataplaſma uerò ex ipſorum carne cum maſtiche & palmulis conficitur. Sed cera & nardino unguento hæc benè excipiuntur atq; miſcentur aut acaciæ & hypocyſthidis ſuccos ad irrigationes & cataplaſmata ſumito. At ei potio ſit & aqua ubi poma decocta ſint. Alimentum ſit lac, & cum eo cibi, amylũ, alicaq;, & ex his fiant ſorbitiones. Vina aſtringẽtia exhibeantur, quo uentriculo tenor cõparetur, eadem ſint benè diluta, ut alij humores attenuẽtur ac eluantur. Salſi enim ſitim excitant. Vinum uerò aſtringens, ſimul & refrigerans corpus immutat ac benè temperat.

ἀσκίτῃ μὲν γὰρ δοχεῖον τὸ περιτόναιον, οὐδ' ἔκροιαν ἴσχει, ἀλλὰ μίμνον τῇδε πλημμυρεῖ. διαβήτεω δὲ φορὴ μὲν ὑγροῦ ἡ ἀπὸ τοῦ πάσχοντος ἡ ἑωυτῇ καὶ σύντηξις. ἐς δὲ νεφροὺς καὶ κύστιν ἡ ξυνδόσις τὰ περὶ ἔξοδον φέρει. ἤδε τοῖσι ὑδεριῶσι ἡ ὁδὸς ἐπιγίγνεται, ἣν ἐς ἀγαθὸν ἡ νοῦσος τρέπηται. ἀγαθὸν δὲ ἡ λύσις τῆς αἰτίης. καὶ μὴ τοῦ ἄχθεος ἐλαφρίη μοῦνον. δίψος δὲ τουτέοισι μέζον. ἐκρέον γὰρ τὸ ὑγρὸν αὐαίνει. ἔστι δὲ τὰ ἄκεα ἐς τὴν ἐπίσχεσιν τῆς ξυντήξιος τὰ ὠυτὰ τοῖσι ὑδρώψι. ἐς δὲ τὸ δίψος μεγάλης ἰητρείης χρέος. τὸ δὲ γὰρ ἐν τῷ εἴδεϊ ἀλγέων πάντων μέζον, καὶ ἢν πίωσι τὸ ὑγρόν. προέκλησις οὐρήσιος. ποτὶ καὶ ἔκθεον τόδε ξυναπάγει τήκοντα τὰ ἐν τῷ σκήνεϊ. φαρμάκων ὦν ἀδίψων χρέος. δίψος γὰρ μέγα ἀκοείη ποτοῦ. ποτὸν γὰρ οὐδ' ὅσον γίγνηται δίψεος ἄκος. πάντη δεῖ τῷ στομάχῳ ἀρήγειν ἔνθα τοῦ δίψεος αἱ πηγαί. ἢν ὦν τῇ ἱερῇ καθάρῃς, ἐπιθήμασι χρέο, νάρδῳ, μαστίχῃ, φοίνιξι, μήλοισι κυδωνίοισι ὠμοῖσι. τῶν δὲ ὁ χυμὸς μὲν ξὺν νάρδῳ καὶ ῥοδίνῳ ἄριστον ἐς τέγξιν. ἐπίπλασμα δὲ ἡ σὰρξ αὐτέων ξὺν μαστίχῃσι καὶ φοίνιξι. ἐν κηρῷ δὲ καὶ νάρδῳ τῷ μύρῳ ἡ τουτέων μίξις ἀγαθή. ἢ οἱ χυλοὶ, ἀκακίης τε καὶ ὑποκυστίδος, ἔς τε τὰς τέγξιας. καὶ ἐς τὰ ἐπιπλάσματα. ἀτὰρ καὶ ὕδωρ τὸ ποτὸν, σὺν τῇσι ὀπώρῃσι ἑψείσθω. τροφαὶ δὲ καὶ γάλα καὶ ξὺν τῷδε σιτία, ἄμυλοι, χόνδροι, ῥοφήματα, οἶνοι στύφοντες ἐς τὸν τοῦ στομάχου τόνον, ἀκρητέστεροι μᾶλλον, ἐς τὴν τῶν ἄλλων χυμῶν ἐξηέρωσίν τε καὶ διάνιψιν.

ἁλμώδε-

ἁλμῶδές τι γὰρ δίψος. οἶνος δὲ στύφων θ' ἅμα καὶ ψυχρῶν μεταβολῇ τε καὶ ἀκρασίῃ ἐς δύναμιν δὲ χρὴν οἶνος γλυκὺς ὁκοῖος αἷμα ἔῃ ἐς τὴν αὐτοῦ γένναν. φάρμακα ποικίλα τὰ αὐτὰ, ἡ διὰ τῶν θηρείων ἢ τοῦ μιθριδάτεω, ἢ διὰ τῶν ὀπωρέων, τά τε ἄλλα ὁκόσα ὑδρώποσι ὀνηϊστὰ, ἀτὰρ καὶ ἡ ξύμπασα δίαιτα καὶ ὁ βίος ωὐτός.

Ad uires autem inſtaurandas uinum etiam dulce, qualis eſt ſanguis, optimè facit, ſanguinem enim procreat. Medicamenta ex uarijs compoſita eadem ſunto, quod ex uiperis conſtat & Mithridaticum, aut ex porris confectum: & alia, quotcunque hydropi ſubſidio ſunt. Quin etiam uniuerſa uictus ratio ac uita eadem inſtituatur.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΛΙΘΙΑ-σεως καὶ ἑλκώσεως νεφρῶν.

Κεφάλ. γ.

Ἀμφὶ μὲν φλεγμασίης καὶ αἱμοῤῥαγίης καὶ ὁκόσα ὀξέως ἀπὸ νεφρῶν κτείνει, ἐν τοῖσι ὀξέσι γεγράφαται. ἀμφὶ δὲ ἑλκώσιως ἠδὲ λίθων γενέσιος, ὁκόσα τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει πρεσβύτῃσι, μάλιστα νῦν γράφω, ἄγχιστα μὲν ἐς ἄκεσιν. εἰ δὲ μὴ, οἷσί γε παρηγορήσεται. λίθων μὲν ὦν εὐφυῆ γένναν ἐς ἄγονον τρέψαι ἀδύνατον. ῥηΐτερον μὲν γὰρ μήτρην ἄτοκον θέμεναι, ἢ νεφροὺς λιθιῶντας ἀλίθους. ἐς διέξοδον ὅκως ἀρήγειν χρή. ἢν ὦν ἐν ἕδρῃ ἵζωσι οἱ λίθοι, τὰ ἄκεα φράσω. κάρτα γὰρ ὀδυνέονται, ποτὶ καὶ ἐξέθανον στρόφοισι καὶ εἰλέῳ κώλου, καὶ ἰσχουρίῃ. ξυναφέα γὰρ ἀλλήλοισι νεφροί τε καὶ κῶλον. ἢν γὰρ λίθων ἐνστάσιες ἔωσι, ἐπὶ δὲ τοῖσι ἰσχουρίῃ τε καὶ στρόφῳ, τὴν ἐπὶ τῷ σφυρῷ τάμνειν φλέβα τὴν κατ' ἴξιν τοῦ νεφροῦ. αἱ γὰρ τοῦ αἵματος ἀπὸ νεφρῶν ἐκροιαι ἀνιᾶσι τῶν λίθων τὰς σφύξιας. φλεγμονὴ γὰρ δήσασα ἴσχει τὰ πάντα. φλεγμονῆς δὲ κενεαγγείη λύσις.

DE CALCVLI RENVM atque ulceris curatione.

Caput III.

DE inflãmatione & ſanguinis effluuio & alijs renum uitijs, quotquot celeriter enecant, in libris de morbis acutis cõprehenſum eſt, ſed de ulceribus, & calculorum creatione, quæ plerunq; ſenibus cõmoriũtur, in præſentia maximè ſcribimus, quam proximè poterimus ad ſalutem acquirendã collimantes; ſin minus eã aſſequi ualuerimus, at ſaltem ut mali acerbitas leniatur enitemur. Nempe ut innata calculorum fæcunditas ad ſterilitatem commutetur, fieri non poteſt. Facilius enim uterum concipiendo fætui inhabilem quis reddat, quam calculis generandis aptos renes, à calculorum generatione prohibeat. Quapropter ad tranſitum calculis expediendum utcunque opem ferre decet. Igitur ſi ſummam ſedem occupant, auxilia monſtrabo. Nam uehementer dolent. Interdum etiam torminibus & laxioris inteſtini uoluulo, & urinæ retentu conſumti ſunt. Renes enim & laxius inteſtinum ſeſe contingunt. Itaque ſi calculi urgeant, præterea non feratur urina & inteſtina torqueantur, uenam malleoli, quæ rectã affecto reni oppoſita ſit, incidito. Nam ſanguinis è renibus effuſiones calculorũ aſtrictiones relaxant, quoniã phlegmone ceu uinculo aſtricta occupat omnia. Vaſculorũ autẽ inanitio phlegmonẽ ſoluit.

Lumbos

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

Lumbos quoque, ubi renum ſedes eſt, madefacito, ſed in oleum. ſeu uetus ſeu recens ſit rutam inijcito. Vrinæ autem eliciendæ conuenit anethi coma, roſmarinus, aut ſampſuchus, amaracuſue. Aquæ uerò ubi hæc incocta ſint, locum affectum perfundito. Parum enim inunctiones facerent. Veruntamen his etiam fouere oportet, bubulis ueſicis chamæmelino oleo repletis, cataplaſmatum ad hunc morbum materia cum farinis eadem eſto. Nonnunquam & ſicca cucurbitula calculorum uexationem ſuſtulit: optimum quoque fuerit, ſi ſuper inflammatione ſcarificaueris. Cæterum ſi hæc te faciente adhuc remanent calculi, in oleum hominem demittito. Id enim ſimul omnia præſtat. Nam tepor relaxat, & quodammodo lentorem affert. Acrimonia uerò ad excernendi promtitudinem irritat. Hæc utique ad calculorum exitum faciunt, ipſosque prouocant. Inter ſimplicia uerò medicamenta radices hæ potui dandæ ſunt: phu, mei, aſari. Herbæ autem, betonica, triſſagoúe, aut petroſelinū, aut ſium. Inter uaria ea unguenta deligito, quæcunq; conſtant ex nardo, caſia, myrrha, cinnamomo. Ducendæ cicatrici ſinapi auxiliabitur, & ab igne cruſtæ, & epithemata quæ ſupra diximus. At uictus ratio, & inunctio, & nauigatio, & in mari uitæ traductio, hæc omnia renū morbis ſubueniunt.

τέγγειν τε τὰς ψύας ἔνθα τῶν νεφρῶν ἡ χώρη. λίπος δὲ παλαιὸν ἢ τὸ νέον ῥύτην ἴσχετο. οὐρητικὸν δὲ καὶ ἀνήθου ἡ κόμη καὶ λιβανωτὶς ἢ σάμψυχον. τοῖς δὲ χρὴ ὅκως ὕδωρ καταιονεῖν. σμικρὸν γὰρ αἱ χρήσιες. ἀτὰρ καὶ τοῖς δὲ πυρίην. βοείῃσι κύστεσι ἐγχέοντα ἔλαιον ἀνθέμιδος, ἐπιπλασμάτων νῦν ὕλη ξὺν τοῖσι ἀλήτοισι ἡ ωὐτή. ἔλυσε καὶ σικύη κούφη κοτὲ τῶν λίθων τὴν ἔνστασιν. ἄριστον δὲ κὴν ἐπὶ φλεγμασίης χάσης. ἢν δὲ τάδε σοι ποιέοντι ἔτι μίμνωσι οἱ λίθοι, ἐς ἔλαιον τὸν ἄνθρωπον καθιέναι. τὸ γάρ τι ἅμα πάντα ποιέει. ἀλέη μὲν χαλᾷ. πῆ δὲ ἐκγλισχραίνει τὸ δριμὺ δὲ ἐς προθυμίην δάκνει. τὰ δὲ μέν τοι ἔξοδα λίθων καὶ σφῶν προκλήσιες, πίνειν δὲ φαρμάκων τῶν ἁπλῶν μὲν ῥίζας, φοῦ, μεῖον, ἄσαρον. βοτάνας δὲ τὴν πρειονίτην ἢ πετρόσελι, ἢ σίον, ποικίλων δὲ μύρα μὲν ὁκόσα ἴσχει νάρδον, κασίην, σμύρναν, κινάμωμον. ἀπουλῶσαι σίνηπι καὶ ἐκ πυρὸς ἐσχάραι καὶ ἐπιθήματα, ἃ πρόσθεν μοι λέλεκται. δίαιτα δὲ καὶ ἄλειψις καὶ πλοῦς καὶ ἡ ἐν θαλάσσῃ βιοτὴ ἅπαντα τοῖσι ἐπὶ νεφρῶν ἐστιν ἄκεα.

DE RENVM AC VESICÆ AFFECTIONIBUS.

Caput IIII.

PAulus Ægineta lib. 3. capit. 45. Ordinem hunc docendi perſequi nos cogit morborum cognatio. Commune enim eſt colicis & lapidem in renibus habentibus, ut & ab initio aluus ſit adſtricta, & uehementer doleant, &

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΤΩΝ ἐν κύστει παθῶν.

Κεφάλ. δ.

Π. αἰγ. βιβ. γ. κεφ. με. Τὴν τάξιν τῆς διδασκαλίας ἡμᾶς ἀναγκάζει παρεξιέναι τῶν νοσημάτων ἡ συγγένεια. κοινὸν γάρ ἐστι κολικῶν τε καὶ τῶν λίθων ἐχόντων ἐν τῷ νεφρῷ τὸ, τὸ κατ' ἀρχὰς ἐπέχεσθαι τὴν γαστέρα καὶ σφοδρῶς ὀδυνᾶσθαι, καὶ ἀνορεκ-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἀνορεκτεῖν καὶ ἀπεπτεῖν, καὶ στροφοῦσθαι. ἴδιον δὲ τὸ, τοῖς μὲν κωλικοῖς ἐπιτεταμένα ταῦτα πάντα μᾶλλον γίνεσθαι. τοῖς δὲ νεφριτικοῖς, ἧττον. καὶ τοῖς μὲν κωλικοῖς, κατὰ τὴν δεξιὰν λαγόνα μᾶλλον εἶναι ὀδύνην τὴν καὶ ἀνιέναι μέχρι στομάχου, καὶ ἥπατος καὶ σπληνὸς, καὶ τὴν κόπρον ἐπέχεσθαι παντελῶς, ὡς μήτε φύσας διεξιέναι. ὅτε δὲ πρὸς ἀνάγκην ἐκκρίνωσιν, φυσώδη αὐτὴν εἶναι, βολβίτῳ παραπλησίως. καί ποτε καὶ ὑαλῶδες ἐκκρίνεσθαι φλέγμα. καὶ τὸ οὖρον πλεῖον καὶ φλεγματῶδες ἐκδίδοσθαι. τοῖς δὲ νεφριτικοῖς, τὴν μὲν ὀδύνην κατ' αὐτῶν τῶν νεφρῶν ἐστηρίχθαι βαρεῖαν δίκην σκόλοπος ἐμπεπαρμένου, τόν τε κατευθὺ δίδυμον ὀδυνᾶσθαι, καὶ νάρκη γίνεται μηροῦ τοῦ κατ' ἴξιν. ἐκκρίνει τε καὶ αὐτομάτως μὲν κατὰ τὸ σπάνιον, πάντως δὲ ἐπὶ κλύσμασι, τὴν κοιλίαν, φύσας τε καὶ κόπρον χολωδέστερον. τὰ δὲ οὖρα ὀλίγα καὶ ψαμμώδη μᾶλλον ἐκδίδοσθαι, καὶ στύφεσθαι τὸν οὐρητικὸν πόρον. ταῦτα τῶν ἐν τοῖς νεφροῖς λίθων τεκμήρια, τελείοις μᾶλλον ἀνδράσι γινόμενα. ἡ δὲ κατὰ κύστιν τῶν λίθων πῆξις, παιδίοις μᾶλλον γίνεσθαι φιλεῖ. σημεῖα δὲ καὶ τούτων ἄπεπτόν τε καὶ ὑπόλευκον οὖρον μετὰ ψαμμώδους ὑποστάσεως. κνῶνται συνεχῶς καὶ ψηλαφῶσι τὸ αἰδοῖον καὶ ἐντείνουσι, καὶ συνεχῶς εἰς οὖρον ἐπείγονται, καὶ στραγγουροῦσιν. ὑλικὸν μὲν οὖν αἴτιον τῆς τῶν λίθων γενέσεώς ἐστιν, παχὺς καὶ γεώδης χυμός. ποιητικὸν δὲ πυρώδης θερμασία τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστεως. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν νεφρῶν, τοῖς θρύπτουσι τοὺς λίθους καὶ τέμνουσι χρῆσθαι φαρμάκοις, ἄνευ τοῦ θερμαίνειν ἐπιφανῶς, τοιαῦτα δὲ εἰσιν, αἵ τε τῶν βασιλικῶν ἀσπαράγων ῥίζαι καὶ τοῦ βάτου. καὶ ὕαλός τε κεκαυμένος καὶ ἀγρώστεως ῥίζα καὶ ἀδίαντον καὶ βδέλλιον, δάφνης τε τῆς ῥίζης ὁ φλοιὸς, καὶ ἀλθαίας τὸ σπέρμα, καὶ τὸ ἐρεβίνθων οἱ μέλανες κριοὶ, οἵ τε τῶν σπόγγων λίθοι καὶ τὸ σκιλλητικὸν ὄξος, καὶ φοῦ. καὶ μῆον, καὶ ἄσαρον καὶ καρπήσια καὶ σαξίφραγες. τὸ δὲ σίον καὶ ἐσθιόμενον καὶ πινόμενον, σκολύμου τε ῥίζα, καὶ ἐρύσιμον, καὶ πριονῖτις. λουτροῖς δὲ συνεχῶς χρήσθωσαν. καὶ μετὰ τὸ λουτρὸν εὐθὺς τινὰ τῶν εἰρημένων πινέτωσαν. ἐμβροχαῖς τε καὶ καταπλάσμασι καὶ πυρίαις, καὶ ἐγκαθίσμασι, τοῖς χαλαστικοῖς τε καὶ παρηγοροῦσι χρηστέον ἐκ τῶν κωλικῶν αὐτὰ μεταφέροντες. σύνθετα δὲ πόματα. πηγάνου ἀγρίου, καὶ μαλάχης ἀγρίας καὶ σελίνου τὰς ῥίζας ἑψήσας μετ' οἴνου,

cibum faſtidiant, & non concoquant, & tormina habeant. Proprium uerò colicis quidem ut hæc omnia magis intenta fiant, nephriticis uerò minus: & quod colicis circa dexteram lateris mollitudinem magis ſint dolores & aſcendant ad ſtomachum uſque, & hepar ac ſplenem: & quod ſtercus penitus ſit ſuppreſſum, ut neque flatus penetrent, & ſi ad neceſſitatem ipſum excernant, quod flatuoſum ſit, ſimiliter uelut bubulum, & quod aliquando pituita uitreo excernatur, & urina copioſior ac pituitoſa reddatur. Nephriticis autem dolor circa ipſos renes firmatus eſt grauis inſtar pali impacti, & teſtem è directo dolent, & torpor femoris è directo fit, raroque ſua ſponte aluus excernit, omnino autem infuſis per clyſterem immiſſis, flatus & ſtercus bilioſus, urinæ uero paucæ & arenoſæ magis redduntur, & meatus urinarius eſt aſtrictus. Hæc ſunt calculorum in renibus ſigna quæ in uiris perfectis magis fiunt, at calculorum in ueſica coactio, pueris magis fieri ſolet. Notæ horum ſunt cruda & ſubalbida urina cum arenoſa ſubſidentia. Fricant aſſiduè & contrectant pudendum & arrigunt & aſſiduè ad urinam reddendam urgentur, & urinæ ſtillicidium habent. Materialis igitur calculorum generationis cauſa eſt craſſus ac terreus humor, efficiens uerò feruida renum aut ueſicæ caliditas. Cæterum ad renes atterentibus calculos & ſecantibus medicamentis utendum eſt abſque hoc ut manifeſtè calefaciant. Talia autem ſunt aſparagorum regiorum radix, & rubi radix, & nitrum uſtum & graminis radix, & adiantum & bdellium, radicis lauri cortex, althææ ſemen, ciner nigrum arietinum, lapides ſpongiarum, acetum ſcilliticum, phu, meon, aſarum, carpeſia, ſaxifraga, ſion & comeſtum & potum, cardui radix, eryſimon, & prionitis. Balneis etiam aſſiduè utantur & poſt balneum ſtatim aliqua ex relatis bibant, irrigationibus quoque & cataplaſmatis & fomentis ac inſeſſibus laxatorijs ac mitigatorijs utendum eſt ex colicis ipſa transferendo. Compoſitæ potiones ſunt. Rutæ ſylueſtris, maluæ ſylueſtris, & apij radices, concoquito in uino

& ex-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& expreſſum liquorem aqua temperato, & cyathos duos bibendos dato. Inſperſile uerò hoc eſt: fructus balſami, lapidis ſpongiarum, pulegij ſicci, ſeminis maluæ agreſtis, ſingulorum æquas portiones contundito & cochlearium unum cum uini diluti cyathis duobus dato. Sed & ſiccatus ſanguis hircinus, & cicadæ ſiccæ ſine alis & pedibus, & lapis Iudaicus ſiue tecolithos ex uino mulſo, in calido balnei ſolio dentur, & quæ ex ipſis parantur, compoſita medicamenta, & poſca nephritica & condita ad hoc compoſita. Quin & troglodytes laudatiſſimum auxilium exiſtit, eſt autem auicula ſiue paſſerculus omnium uolucrium minimus, ſolo regulo excepto. Nam ut paruus ſit, illo tamen ſolo maior eſt & ipſi ſimilis, colore inter cinereum & cum uirore pallidum tenui roſtro præditus in parietibus maximè ac ſepibus degens. Hic totus ſale ſeruatus, & crudus aſſiduè comeſtus, & calculos natos per urinam expellit, & de cæterò generari uetat. Sed & uſti totius uiuentis una cum pennis cinis, totus per ſe, & cum pipere, & folio modico ex uino mulſo potus idem efficere ſolet. Cæterum ad dolorum acumen & uigilias antidotus, ſotira, & philonis bona ſunt pharmaca. Venæ quoque ſectio adhibita, ſæpe dolorem leuat uelocem lapidis excretionem faciens. Præſeruantia uerò à calculi generatione ſint primum boni ſucci & moderatus cibus & exercitia, deinde à leguminum omnis generis, & à frumentaceorum aſſiduo uſu prohibeantur, & à caſeo & lacte & obſonijs quæ ex ipſo parantur. A uino item nigro & carnium multitudine & in ſumma ab omnibus craſſi ſucci cibis abſtineant & à ualdè calidis & acribus hydrogaris inquam, ac conditis, & ſimilibus. Hæc enim non ſolum nondum generatos lapides concreſcere prohibent, ſed etiam jam generatos atterere & excernere ſolent. Bibant autem acetum mulſum cum aliquo ex ſimplicioribus urinam cientibus, adianti, apij graminis decocto: & poſt balneum jejuni, ante uinum, aquam temperatam bibant, & in medio prandio frigidam inſuper ſorbeant, ſi nihil prohibeat. Si uitiatorum humorum copiam ſimul ſentiant per uenæ ſectionem aut purgationem euacuentur. Omniũ uerò optimũ eſt ad præſeruandos calculos poſt

καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκθλίψας, ὕδατι κεράσας δίδου κοχλιάριον β. κατάπλασον δὲ τοῦτο βαλσάμου καρποῦ, λίθου τοῦ ἐν τοῖς σπόγγοις, γλήχωνος ξηρᾶς, μαλάχης ἀγρίας τοῦ σπέρματος ἴσα κόψας, δίδου κοχλιάριον, μετ' οἴνου κεκερασμένου κοχλιαρίων β. καὶ τὸ ξηρανθὲν δὲ τράγειον αἷμα, καὶ οἱ τέττιγες ξηροὶ χωρὶς τῶν πτερῶν καὶ τῶν ποδῶν, καὶ οἱ τηκόλιθοι, δι' οἰνομέλιτος ἐν τῇ τοῦ λουτροῦ θερμῇ δεξαμενῇ διδόσθωσαν, καὶ τὰ δι' αὐτῶν σκευαζόμενα σύνθετα φάρμακα. ἥ τε νεφριτικὴ φοῦσκα, καὶ τὰ πρὸς τοῦτο συντιθέμενα κονδῖτα. καὶ ὁ τρωγλωδύτης δὲ τῶν ἄγαν ἐπαινουμένων ὑπάρχει βοηθημάτων. ἔστι δὲ στρουθίων ἁπάντων τῶν ὀρνέων τὸ σμικρότατον. πλὴν τοῦ λεγομένου βασιλίσκου, μικρὸν γὰρ ἐκείνου μόνου μεῖζον ἐστὶν, καὶ προσεοικὸς αὐτῷ χρόαν μεταξὺ τέφρου καὶ χλωροῦ, λεπτόραμφον ἐν τοίχοις μάλιστα καὶ φραγμοῖς διαιτώμενον. ὃ ταριχευθὲν ὅλον, ὠμόν τε συνεχῶς ἐσθιόμενον τούς τε γεγονότας λίθους ἐξουρηθῆναι ποιεῖ καὶ τοὺς λοιποὺς γεννᾶσθαι κωλύει. καὶ καυθέντος δὲ τούτου ὅλου σὺν τοῖς πτεροῖς ζῶντος, ἡ τέφρα πᾶσα καθ' ἑαυτήν τε, καὶ μετὰ πεπέρεως καὶ φύλλου συμμέτρου δι' ἀκρατομέλιτος πινομένη, τὸ αὐτὸ πέφυκεν δρᾶν. πρὸς δὲ τὴν ὀξύτητα τῶν ὀδυνῶν, καὶ τὴν ἀγρυπνίαν, ἥ τε σώτειρα, καὶ ἡ φίλωνος, ἀγαθὰ φάρμακα. καὶ φλεβοτομία δὲ παραληφθεῖσα, τὴν ὀδύνην πολλάκις ἐξεκούφισε, ταχεῖαν τοῦ λίθου ποιουμένη τὴν ἔκκρισιν. προφυλακτικὰ δὲ τῆς τῶν λίθων γενέσεως ἔστω, πρῶτον μὲν, εὔχυμός τε καὶ σύμμετρος τροφὴ, καὶ γυμνασία, ὀσπρίων τε παντοίων καὶ τῶν σιτωδῶν τῆς συνεχοῦς χρήσεως. τυροῦ τε καὶ γάλακτος, καὶ τῶν δι' αὐτοῦ σκευαζομένων ὄψων, οἴνου τε μέλανος καὶ κρεῶν πλήθους, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν παχυχύμων ἀποχὴ καὶ τῶν ἄγαν θερμῶν καὶ δριμέων, ὑδρογάρων φημὶ καὶ κονδίτων, καὶ τῶν παραπλησίων. καὶ γὰρ ταῦτα οὐ μόνον τοὺς μήπω γενομένους λίθους κωλύει συστῆναι. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη γεγονότας θρύπτειν, ἢ ἐκκρίνειν πέφυκε. πινέτωσαν δὲ τὸ ὀξύμελι μετά τινος τῶν ἁπλουστέρων διουρητικῶν, ἀδιάντου, σελίνου, ἀγρώστεως ἀφεψήματος, καὶ μετὰ βαλανεῖον νήστεις πρὸ τοῦ οἴνου εὔκρατον ὕδωρ πινέτωσαν. καὶ τῷ μέσῳ τοῦ ἀρίστου ψυχρὸν ἐπιρροφείτωσαν, εἰ μή τι κωλύῃ. πλῆθος τε κακοχυμίας συναισθανόμενοι, διὰ φλεβοτομίας ἢ καθάρσεως κενούσθωσαν. πάντων δὲ κάλλιστον εἰς προφυλακὴν λίθων, τὸ

μετὰ

μετὰ βαλανεῖον, πρὶν οἴνου ἢ τροφῆς ἑτέρας λαβεῖν, ὕδωρ εὔκρατον πίνειν. καὶ τοὺς ἐν κύστει δὲ λίθους ἐπὶ τῶν παιδίων τοῖς ἰσχυροτέροις κατεργάσῃ βοηθήμασιν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐκλέγων αὐτά. ὑπεραυξηθέντος δὲ τοῦ λίθου ἢ καὶ κατὰ τὸν τράχηλον ἐμφραχθέντος τῆς κύστεως, τῷ διὰ σειρισμῶν καθετηρισμῷ, ἢ καὶ τῇ λιθοτομίᾳ ὡς ἐν τοῖς χειρουργουμένοις εἰρήσεται, χρηστέον.

balneum, priuſquam uinum aut aliuin cibum capiant, aquam temperatam bibere. Porrò ueſicæ calculos in pueris, fortioribus auxilijs conficies, quæ ex relatis deliges. Nimium uerò aucto lapide, aut etiam juxta ueſicæ collum obturato, catheteris inſtrumento, aut etiam lapidis exſectione utendum eſt, uelut in Chirurgia dicetur.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΓΟΝΟΡΡΟΙΗΣ.

Κεφαλ. ε.

Καὶ τοῦ ἀτερπέος τοῦ πάθεος εἵνεκεν, καὶ τοῦ κατὰ σύντηξιν κινδυνώδεος, καὶ τῆς ἐς διάδεξιν γένεος χρείης, λύειν χρὴ μὴ βραδέως τὴν γονόῤῥοιαν, πάντων κακῶν ἐοῦσαν αἰτίην. πρώτιστα μὲν ὦν ὅκως ῥεῦμα κοινὸν ἰῆσθαι στύψεσι τῶν ἀμφὶ τὴν κύστιν καὶ τὴν ῥοιὴν τῶν χωρίων, καὶ ἐμψύξεσι ψυῶν, λαγόνος, αἰδοίων, διδύμων, ὅκως μὴ ῥέῃ ἐς πολλὸν ἡ γονή. εἶτα αὖθις ἀλεῆναι τὸ πᾶν, ἐς τὸ τὰς ἀφόδους ξηραίνειν. στύψεσι μὲν ὦν καὶ τέγξεσι, ἔριον μὲν, τὸ ἀπὸ τοῦ οἰός. ξὺν τοῖς λύμασι. λίπας δὲ τὸ ῥόδινον μύρον, ἢ τὸ διὰ τῆς οἰνάνθης ξὺν οἴνῳ λευκῷ εὐώδεϊ, ἐκ προσαγωγῆς δὲ ἀλεαίνοντα, λίπας τὸ κοινὸν, καὶ μελίλωτον ἐκζεσθὲν σὺν αὐτῷ καὶ σάμψυχον καὶ λιβανωτὸν, ἢ κόνυζα, ἄριστον καὶ ἀνήθου κόμη, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ῥυτή. τοῖς δὲ, ἐς τὰ ἐπιπλάσματα χρέο, κριθῶν καὶ ὀρόβων ἀλίτοισι καὶ ἐρυσίμου τοῦ σπέρματος. καὶ νίτρον. μέλι δὲ ἐς τὴν ἁπάντων ξύμπνοιαν καὶ ξυνάφειαν. τοιάδε καὶ ἐπιπλάσματα, ὁκόσα φοινίσσει, καὶ ἰόνθους ἐγείρει, καὶ τὸ ῥεῦμα παροχετεύει, καὶ ἀλεαίνει τὰ χωρία. τοιόνδε

CVRATIO PROFLVuij ſeminis.

Caput V.

Gonorrhæa, id eſt, ſeminis profluuiun, quæ malorum omnium cauſa eſt, haud cunctanter ſoluenda eſt, tum propter morbi turpitudinem tum propter colliquationis periculum, tum propter ſucceſſorum liberorum procreationis neceſſitatem. Ac primum quidem, quemadmodum communis fluxus, ſananda eſt medicamentis adſtringentibus partes ueſicæ & fluentibus locis propinquas, atque refrigerantibus lumbos, ilia, pudenda, teſticulos, ne diu genitura diffluat. Deinde rurſus uniuerſum corpus calefaciendum, ut excrementa ſiccentur. Adſtringunt igitur & irrigant, ab oue ſuccida lana & unguinoſum roſaceum unguentum, aut œnanthinum cum albo uino odorato: ſed ſenſim calorem excitando, oleum commune & melilotum cum eo feruefactum & ſampſuchum, & libanotum aut conyza. Optima eſt & anethi coma & multò magis ruta. His autem ad cataplaſmata utitor, ordei & erui farinis & irionis ſeminis. Nitrum quoque, mel uerò ad omnium conſpirationem & connexionem. Talia etiam ſunt cataplaſmata, quæcunq; rubefaciunt, & ionthos, id eſt, poſtulas cient, & fluxionē deriuant & locos tepefaciunt. Tale eſt

cata-

cataplaſma uiride et quod ex lauri fructu conſicitur. Caſtoreum quoque frequenter bibendum & de radice halicacabi, quantum drachma pondo pendet & menthæ decoctum. Ex uarijs medicamentis quod ex pipere gemino conſicitur, Symphonis item & Philonis antidotum optimum: & quod ex fera, quæ ſinchus appellatur ad potionem paratur pharmacum, & Byſtini antidotum, & quod ex ſerpentibus uiperis conſicitur. Vniuerſum autem uictus rationi tribuendum: concedendum, & credendum eſt, exercitationibus, & ambulationibus, & geſtationibus. Hæc enim habitum ad calorem conuertunt, quo affectui eſt opus. Quod ſi temperans ſit rerum uenerearum, & frigida lauetur, ſpes eſt fore ut homo celerrimè uirilem habitum induat.

τὸ χλωρὸν ἐπίπλασμα, καὶ τὸ διὰ τοῦ καρποῦ τῆς δάφνης. πιπίσκειν δὲ καὶ τοῦ κάστορος συχνὸν, καὶ τῆς ῥίζης τοῦ ἁλικακάβου ὁκόσον δραχμῆς ὁλκῆς, καὶ τῆς ἡδυόσμου τὸ ἕψημα. ποικίλων δὲ τὸ διὰ τῶν δύο πεπερέων, ἡ σύμφωνος, ἡ φίλωνος ἄριστον, καὶ διὰ τοῦ σίγχου τοῦ θηρίου φάρμακον ποτὸν καὶ ἡ τοῦ βησίνου, καὶ ἡ διὰ τῶν ἐχιδνῶν τῶν ἑρπετῶν. τὸ ξύμπαν δὲ διαίτῃ διδόναι, ἐπιτρέπειν τε καὶ πιστεύειν χρὴ καὶ γυμνασίοισι καὶ περιπάτοισι καὶ αἰώρῃσι. τάδε γὰρ τὴν ἕξιν ἐς θερμασίην τρέπει ὅπερ ἐστὶ τῷ πάθεϊ χρέος. εἰ δὲ καὶ σώφρων ἔοι ἐπὶ τοῖσι ἀφροδισίοισι, καὶ λούοιτο ψυχρῷ, ἐλπὶς ὡς ὤκιστα ἀνδρωθῆναι τὸν ἄνθρωπον.

CVRATIO LABORANTIUM ſtomachi uitio.

Caput VI.

IN alijs morbis poſt curationem diæta ad uires & robur corporis, bona concoctio eſt: ſtomachi affectibus laborantibus ſolis hæc uitioſa eſt. Quonam igitur hæc comparetur, dicam. Nam geſtationum, deambulationum, exercitationum, declamationum, & alimentorum concoctionem adjuuantium quod latis eſt, prodeſt quidem ad debellandum ſtomachi cibos faſtidientis uitium: ſed id concoquendi longam imbecillitatem tollere non poteſt, nec maciem corporis in corpulentiam conuertere: multò uerò magis proficiat ægrotantibus, ſi gratiſicetur, & puriter omnia faciat, ac cupiditatibus eorum indulgeat medicus in rebus, quæ non magnopere lædunt. Eſt enim id optimum,

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΣΤΟΜΑΧΙΚΩΝ.

Κεφάλ. ς.

Ἡ ἐν τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι μετὰ τὴν θεραπείην δίαιτα, ἐς ἰσχὺν καὶ κράτος τοῦ σώματος εὐπεψίη ἀγαθή. στομαχικοῖσι δὲ μούνοις ἥδε γίγνεται πλημμελής. ὅκως ὦν αὕτη γίγνοιτο φράσω. ἱκανὴ γὰρ αἰώρη, περίπατοι, γυμνασίη, φωνασκίη, τροφαὶ ἐς πέψιν ἀγαθαὶ ἀναμαχέσασθαι τὴν τοῦ στομάχου κακοσιτίην, ἀδύνατον δὲ τάδε καὶ ἀπεψίην λῦσαι μακρὴν, καὶ τὴν σκελετίην τοῦ σκήνεος εὔογκον σάρκας ποιῆσαι. πολλὸν δὲ μέζον ἐπὶ τελέων ἔσω αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες καὶ τὸ καθαρῶς ἅπαν δρᾶν, καὶ τοῖσι ἐπιθυμίῃσι ἕπεσθαι τὸν ἰητρὸν, μὴ μεγάλα βλάπτοντα. ἄριστον γὰρ τόδε

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἢν μὴ κάρτα ὠφελεόντων ὄρεξις ἥκῃ. φάρμακα δὲ ποτά, χυλοί, ἀψίνθιον καὶ νάρδος τὸ μύρον, καὶ ἡ διὰ τῶν θηρείων καὶ τοῦ ἐν πέτραις ὁ καρπός. καὶ ζιγγιβέριος, καὶ πεπέριος, καὶ σεσέλιος. τὰ δὲ ἐπιθήματα καὶ κατὰ τοῦ στέρνου ἐς στύψιν ἐπίθημα, νάρδοι, μαστίχαι, ἀλόαι, ἀκακίαι, καὶ μήλων κυδωνίων ὁ χυλός καὶ αὗται δὲ τῶν μήλων αἱ σάρκες ἀμφιθλασθεῖσαι ξὺν φοίνιξι ἐπίθημα στύφον. ἀτὰρ καὶ τἄλλα ὁκόσα μοι ἐς διαβήτεω γεγράφαται ἐς δίψεος ἄκος. τὰ αὐτὰ γὰρ καὶ τοῖσι δίψος γίγνεται, ὁ δὲ τόνος τοῦ στομάχου ἄδιψον στομαχικοῖσι.

nisi rerum ualde juuantium appetitu moueantur. Medicamenta potui danda ſunt, ſucci, abſinthium, nardinum unguentum, theriaca, petroſelini fructus & zingiberis & piperis & ſeſelios. Hæc ad concoctionem ualent, etiam pectori ad adſtringendum impoſita, nardi, maſtichæ, aloæ, acaciæ, & malorum cydoniorum ſuccus. Ipſæ quoque malorum carnes contuſæ cum palmulis epithema eſt aſtringens. Quin etiam alia quæcunque in diabete ad ſitis ſedationem mihi commemorata ſunt. Eadem enim & his & illis ſitim prouocant: tametſi ſtomachicis conſtitutio ſtomachi ſiticuloſa minimè fit.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΚΟΙΛΙΑΚΩΝ.

Κεφάλ. ζ.

* ἴσως ἀκρατής.
* ἴσως ἄκρατος.

Ἢν τῶν σιτίων * ἀκρισίης ἡ κοιλίη ἔῃ, διαῤῥέῃ δὲ ἡ τροφὴ ἄπεπτος * ὠμὴ καὶ μηδὲν εἰς τὸν ὄγκον ἀνίῃ, κοιλιακοὺς τούσδε κικλήσκομεν. ψύχει μὲν ἐμφύτῳ τῷ τε ἐς πέψιν θερμασίης, ἀτονίῃ δὲ τε ἐς ἀνάδοσιν δυνάμιος. χρὴ ὦν τὴν κοιλίην πρώτιστα μὲν πόνων ἀνιέναι, ἠρεμίῃ, καὶ ἀποσιτίῃ. ὧδε γὰρ παλινδρομέουσι αἱ δυνάμιες. ἢν δὲ καὶ πλήθεος τῶν ἐν τῷ στομάχῳ φαντασίη ἔῃ, νήστεσι, ἐμέτοισι χρέεσθαι ἀφ' ὕδατος ἢ μελικρήτου. τὴν κοιλίην δὲ σκέπειν καὶ τέγγειν ἐς στύψιν ἐρίοισι μὲν τοῖς ἐξ οἴος πιναροῖσι. λιπαίνειν δὲ ῥοδίνῳ μύρῳ. ἢ τῷ διὰ τῆς οἰνάνθης. ἢ μηλίνῳ. ἄριστον καὶ ἢν ἀπὸ τοῦ σχοίνου, καὶ ὑποκυστίδι, ἢ ὀμφακίῳ. ξὺν τοῖσι δὲ

CVRATIO COELIACORUM, id eſt, uentriculo laborantiũ.

Caput VII.

SI uentriculus digerendorumq; ciborum impotens fuerit, diffluat autem alimentum non coctum, non mutatum, crudum, nihilque ad corporis molem transeat, cœliacos hos appellamus, refrigerato nimirum intus innato calore, quo minus coquat, & uiribus quæ diſtribuunt alimenta debilitatis. Ventriculus igitur primum quiete & inedia labores remittat oportet. Ita enim eò uires recurrunt. Si uerò multitudo eorum quæ ſtomachus acceperit ſubeſſe uideatur, jejunis, nauſeis ex aqua uel mulſa utendum eſt. Ventriculus autem contegendus, & ut adſtringatur, rigandus lanis ab oue ſuccidis, ac unguinoſo roſaceo unguẽto, aut œnanthino aut melino. Optimum quoq; ſi & lentiſcino, hypocyſtide, etiam aut omphacio. Cum his etiam

cataplaſ-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cataplaſmata ſuperdentur, ad tactum quidem calida, ſed facultate acerba, & aſtringentia. Præterea ſi qua in parte jecoris, aut in porta uentriculi diſtentiones, inflammationesúe incumbant, cucurbitulam affigito, & incidito. Ac nonnullis id ſolum remedium ſatis fuit. Poſteaquam uerò ceratis uulnera cicatrice obducta fuerint, duritiemque contraxerint, eò beſtiolas hirudines admoueto. Deinde concoctoria epithemata imponito: quale eſt, quod ex ſeminibus conſtat. Si chamæleontis radicem habet, optimum eſt, & in quo lauri baccæ permiſcentur: nec non & malagma uiride, quod uocant, ac meum, quod myſterium, id eſt, arcanum, uoco. Nam hæc molliunt, & uellicant, & calorem excitant, & uiſcerum flatus diſcutiunt, quibus ad conſtrictionem opus eſt. Verum & ſinapis & Limneſtis, id eſt, Adarce, & Euphorbium, & omnia, quotquot ejuſmodi ſunt, refrigerationem quidem arcent, calorem autem reuocant. Ejuſmodi quoque medicamenta aſtringendi cauſa propinanda ſunt. Imprimis quidem plantaginis ſuccus oportunus eſt ex aqua myrtis aut cotoneis malis aſtricta, optimum eſt & ſemen acini uinacei ex uua immatura. Deinde & uentri opitulantia medicamenta potabilia quotquot ex zingibere, & pipere, & apij ſylueſtris in ſaxis naſcentis ſemine conficiuntur: quod ex ueris uiperis conſtat ſummoperè coagmentatiuum. Quod ſi per hæc nihil aut parum proficiatur, uomitionibus per raphanos laceſſitis utitor. Verum ſi & albi ueratri radicem in his per noctem unam abdideris, ualentiſſima tibi purgatio

ἐπιπλάσματα θερμὰ μὲν ἐς θίξιν, ἐς δύναμιν δὲ στρυφνά. καὶ ἤν τι τοῦ ἥπατος ἢ τῆς κοιλίης κατὰ στόμα ἐντάσιες, ἢ φλεγμασίαι ἔωσι, σικύην προσβάλλοντα ἐντάμνειν, καὶ ἔστι οἷσι τόδε μοῦνον ἤρκεσε. ἐπὴν δὲ κηρωτῇσι ἐς ὠτειλὴν ἥκῃ τὰ τρώματα, ἢ δὲ ἐπὶ σκληρείῃ κραίνῃ, τῇ δὲ βδέλλας τὰ θηρία προσβάλλειν, ἔπειτα ἐπιθήματα πεπτικὰ τιθέναι. ὁκοῖον τὸ διὰ τῶν σπερμάτων ἢν ἴσχῃ χαμαιλέοντος ῥίζαν, ἄριστον καὶ ἔνθα οἱ τῆς δάφνης ἔασι καρποὶ, καὶ τὸ μάλαγμα ἐπίκλησιν τὸ χλωρὸν, καὶ τοὐμὸν τὸ μυστήριον. τάδε γὰρ μαλάσσει τε καὶ ἀμύσσει, καὶ θερμασίην ἐγείρει, καὶ ἄφυσα τὰ σπλάγχνα ποιέει ὧνπερ ἐς στύψιν χρέος. ἀτὰρ καὶ σίνηπι καὶ λίμνησις, καὶ εὐφόρβιον, καὶ ὁκόσα τοιάδε πάντα τὴν μὲν ψύξιν κωλύει, ἀνάκλησιν δὲ θέρμης ποιέεται. τοιάδε χρὴ καὶ πιπίσκειν φάρμακα ἐς στύψιν. χρέος μὲν πρώτιστα, ὁ τοῦ ἀρνογλώσσου χυλὸς ξὺν ὕδατι ἐσυμμένῳ μύρτοισι, ἢ κυδωνίοισι μήλοισι. ἄριστον καὶ γίγαρτον σταφυλῆς ὀμφακίτιδος, οἶνοι τῶν κάρτα στυφόντων. ἔπειτα δὲ τὰ ἀλθαίνοντα τὴν γαστέρα φάρμακα, ποτὰ ὁκόσα διὰ ζιγγιβέρεος καὶ πεπέριος, καὶ σελίνου τοῦ καρποῦ τοῦ ἀγρίου τοῦ ἐν πέτραις, τὸ διὰ τῶν θηρίων τῶν ἐχιδνῶν πηκτικώτατον. ἢν δὲ ἐπὶ τοῖσι μηδὲν ἢ σμικρὸν ἐνδιδῷ, τοῖσι ἀπὸ ῥαφανίδων ἐμέτοισι χρέο. ἢν δὲ καὶ ἐγκρύψῃς ταῖσδε ἐλλεβόρου τοῦ λευκοῦ ῥίζαν ἐς μίην νύκτα, εὐτονωτάτη ἄν σοι γένοιτο ἡ

κάθαρσις, ἔς τε τὴν τῶν ὑγρῶν τῶν ψυχρῶν κάθαρσίν τε καὶ ἔκκρισιν καὶ ἐς τὴν ἔξαψιν τοῦ θερμοῦ. ἀτὰρ καὶ ἡ δίαιτα καὶ ὁ βίος τριῶσδε ἔσω ξύμμετρα. οἱ ὕπνοι νύκτωρ μὲν, δι' ἡμέρης δὲ περίπατοι ἀναφωνήσιες, αἰώρη ἤτε ἐν δάφνησι ἢ σμυρίναισι, ἢ θύμῳ. ἔχει γάρ τι ἡ διαπνοὴ καὶ ἡ ἀναπνοὴ τοιόνδε φάρμακον πεπτήριον. γυμνάσια, τρίψιες, χειρονομίη, ἁλτήρων βολαῖσι τοῦ θώρηκος, καὶ τῆς κοιλίης κόποι περιπόσιες. σμικρότατα γὰρ εἰς τόνον εὐσταλὲς ἄρτος. ἐπὶ τῶνδε φοίνιξις, περίπατος ῥαθὺ *

ſucceſſerit, per quam & frigidi humores purgabuntur, & excernuntur, calor autem accendetur. At uictus quoque ratio, uitaque ipſa hac moderatione ducatur, noctu dormiatur, interdiu ambuletur, uox exerceatur. Geſtatio aut inter lauros, aut inter myrtos, aut inter thymum fiat. Siquidem perſpiratio, atque ſpiratio medicamentum quoddam coctionem adjuuans ſecum habet. Exercitamenta adhibeantur, frictiones, alterum jactibus manuum jactione, pectoris ac uentris labores, præbitiones. Nam minimè promtus ad robur addendum panis eſt. Ad hæc ruboris per medicamenta excitatio. Deambulationes lentæ.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΚΩΛΙΚΩΝ.

Κεφάλ. η.

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. μγ. τὰς μὲν οὖν διὰ ψυχροὺς τε καὶ γλίσχρους καὶ παχεῖς χυμοὺς ὀδύνας ἰᾶσθαι προσήκεν, οὐ θερμαίνοντας σφοδρῶς. ὑπὸ γὰρ τῶν θερμαινόντων ἱκανῶς χέονται καὶ πνευματοῦνται μᾶλλον οἱ τοιοῦτοι χυμοί. προσήκει τοίνυν αὐτοὺς τέμνειν τε καὶ πέττειν, διὰ τῶν ἀφύσων, καὶ λεπτυνόντων καὶ ξηρῶν φαρμάκων, χωρὶς τοῦ θερμαίνειν σφοδρῶς, κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος, προεκκοπρώσαντας οὖν τὴν γαστέρα τοῖς ἁρμοδίοις κλύσμασι, ἐνετέον ἐλαίῳ ἐν ᾧ ἐναφέψηται κύμινον ἢ πήγανον μετὰ στέατος χηνὸς ἢ ὄρνιθος, ἢ διὰ ῥιζῶν σικύου ἀγρίου ἀφεψήματος καὶ σμύρνης L. α. καὶ μέλιτος, καὶ ἐλαίου, ἢ διά σμύρνης καὶ μέλιτος καὶ τοῦ σικυωνίου ἐλαίου, καὶ τῷ ἐλαίῳ δὲ τῷ κοινῷ πολλάκις ἐνεθέντι συνεκκριθὲν ὑαλῶδες φλέγμα, παραχρῆμα τὴν ὀδύνην ἔπαυσεν. εἰ δὲ διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς ὀδύνης καὶ τὸ ἔνεμα κατέχοιεν, βαλανιστέον αὐτοὺς διὰ μέλιτος, κυμίνου, νίτρου, πηγάνου σπέρματος ξηροῦ κράμβης καυλῷ καλῶς ἐξεσμένῳ, καὶ ἅλμῃ ἐμβραχέντι. ἢ τέφρα κράμβης μέλιτι φυραθείσῃ, ἢ κολοκυνθίδι λεία σὺν μέλιτι καὶ νίτρῳ καὶ κυμίνῳ. τὰ δὲ βαλάνια δακτύλων ἔσω ς. ὅπως ὑπερπεράσῃ

CVRATIO COLICORUM.

Caput VIII.

Paulus Ægineta lib. 3. cap. 43. Dolores igitur ob frigidos & uiſcoſos ac craſſos humores ſanare conuenit, non uehementer calefaciendo, nam à calefacientibus multum diffunduntur, & magis inflantur tales humores. Conuenit igitur ipſos ſecare ac concoquere per ea quæ flatus diſcutiunt, & attenuant ac ſiccant, citra uehementem caliditatem, ab initio morbi. Stercoribus igitur ex uentre per conuenientia infuſa prius eductis, infundendum eſt oleum in quo coctum eſt cuminum aut ruta cum adipe anſerino, aut gallinaceo aut radicum cucumeris ſylueſtris decoctum cum myrrhæ drach. una, & melle ac oleo. Sed & oleo ſæpe communi infuſo, pituita uitrea coexcreta ſtatim dolorem ſedauit. Si uerò ob doloris uehementiam, etiam infuſum retineant, glandula indatur ex melle, cumino, nitro, rutæ ſemine ſicco. aut braſſicæ caulis probè deraſus & muria maceratus, aut braſſicæ cinis melle ſubactus aut colocynthis trita cum melle & nitro aut cumino. Sine autẽ glandulæ digitorum ſex, quò muſculũ adſtrictoriũ transgre-

tranſgrediantur. Illinatur etiam ſedes cyclamini ſucco, cum melle & nitro, aut centaurio cum melle & nitro. Dolore perſeuerante, ſuprà relata infundatur reſinæ terebinthinæ uncia una, aut opopanacis drach. una, aut galbani drach. quatuor, bituminis tantundem, cum nitri drachma una & aquæ uncia una, & olei rutacei quincunce, aut amplius. Irrigationes autem partibus dolentibus adhibeantur ex oleo rutaceo, aut anethino, aut ſicyonio. Cataplaſma ſit ex medicamento triſperno, cum cumino, baccis lauri, apij ſemine. Epithemata ſint & quod ex ſeminibus conſtat, & quod ex baccis lauri, & quod ex meliloto paratur, & polyarchium: inſideant autem in decocto fœnigræci, althææ, chamæmeli, artemiſiæ, anethi, lauri & ſimilium. Sed & in oleum calidum, aut aquam & oleum demittendi ſunt. Potiones ſint abſinthium & cuminum æquis portionibus: aut panax cum aqua aut caſtorium & aniſum, aut piperis drach. una cum aceto mulſo. Dolore uerò non remittente, medicamentum ex tribus piperis generibus bibendum detur, aut theriace: Sed & ſinapiſmo & dropace utendum eſt, in remiſſionibus & balneis naturalibus. A balneis autem aquæ potabilis abſtineant, niſi ob doloris afflictionem cogantur, quando ſanè præ immiſſo aliquo ex relatis medicamentis lauare oportet, & jubere ut calorem admittant intra feruidos parietes, inſperſis quibuſdam nitroſis ſmegmatis. Si uerò dolor uehemens eſt, etiam moderatè mitigantibus utendum eſt: uelut eſt paſtillus ex caſtorio, tum infuſus tum potus, & medicamenta eiuſdem generis. Nam uehementia ſtupefactoria uitanda ſunt ut quæ ad breue quidem tempus mitigent, diuturniorem autem affectionem faciant, cùm quod materiam craſſefaciunt & inteſtini meatus denſant. Attenuata uerò jam pituita per hieram amaram ipſos purgamus, aut per hæc catapotia: Aloes, euphorbij, grani cnidij puri, ſcammoniæ ſingulorum æquales partes. Dantur huic ſcrupuli duo. Victus autem calidior & ſiccior his conuenit, ut qui ab initio à cibo abſtinent, poſtea uerò etiam acrium eſum aſſumunt. Porrum igitur his dandum eſt coctum cum condito, & apium, & aſparagus paluſtris, allium crudum, maximè ijs qui hæc non moleſtè admittunt: & ipſum conditum bibant, & panem ex ipſo accipiant. Poſtea uerò etiam reliqui boni ſucci &

τὸν σφιγκτῆρα, διαχρίειν τε τὴν ἕδραν, κυκλαμίνου χυλῷ σὺν μέλιτι καὶ νίτρῳ, ἢ κενταυρίῳ σὺν μέλιτι καὶ νίτρῳ. ἔνεμα δὲ τῆς ὀδύνης ἐπιμενούσης πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἔσω. ῥητίνης τερεβινθίνης Γο. α. ἢ ὀποπάνακος L. α. ἢ χαλβάνης L. δ. ἀσφάλτου τὸ ἴσον μετὰ νίτρου L. α. καὶ ὕδατος Γο. α. καὶ ἐλαίου πηγανίνου Γο. ε. ἢ πλέον. ἐμβροχὰς δὲ κατὰ τῶν ἀλγούντων ἐπιβλητέον, διὰ κυμίνου, ἢ ἀνηθίνου, ἢ σικυωνίου ἐλαίου. καταπλαστέον δὲ τῷ τριασπέρμῳ μετὰ κυμίνου, δαφνίδων. σελίνου σπέρματος. ἐπιθέματα δὲ, τό, τε διὰ σπερμάτων ἔσω, καὶ τὸ διὰ δαφνίδων, τό, τε διὰ μελιλώτων καὶ τὸ πολυάρχιον. ἐγκαθιστέον δὲ αὐτοὺς ἐν ἀφεψήματι τήλεως, ἀλθαίας, χαμαιμήλων, ἀρτεμισίας, ἀνήθων, δάφνης, καὶ τῶν παραπλησίων. καὶ εἰς ἔλαιον δὲ θερμὸν ἢ ὑδρέλαιον αὐτοὺς ἐμβιβαστέον, πόματα δὲ, ἀψίνθιον καὶ κύμινον ἴσον, ἢ πάνακα μεθ' ὕδατος. ἢ καστορίου, καὶ ἀνήσου. καὶ πεπέρεων L. α. μετ' ὀξυμέλιτος, μὴ ἐνδιδούσης δὲ τῆς ὀδύνης, ποτίζειν αὐτοὺς τῇ διὰ τριῶν πεπέρεων. ἢ τῇ θηριακῇ. καὶ σιναπισμῷ δὲ καὶ δρόπακι χρηστέον ἐν ταῖς ἀνέσεσι, καὶ αὐτοφυέσι λουτροῖς, τῶν δὲ δι' ὕδατος ποτίμου λουτρῶν ἀπεχέσθωσαν. πλὴν εἰ μὴ διὰ τὴν πρόστασιν τῆς ὀδύνης ἀναγκάζοιντο. ἡνίκα δὴ προενιέντας αὐτοῖς τινὶ τῶν εἰρημένων φαρμάκων, λούειν καὶ πυριᾶσθαι κελεύειν ἐν τοῖς διαπύροις τοίχοις, ἐμπαττομένους τινὰ τῶν νιτρωδῶν σμηγμάτων. ἰσχυρᾶς δὲ τῆς ὀδύνης οὔσης. καὶ τοῖς μετρίως παραμυθουμένοις, χρηστέον. οἷός ἐστιν. ὅ, τε διὰ τοῦ καστορίου τροχίσκος ἐνιέμενός τε καὶ πινόμενος, καὶ τὰ τούτοις ὁμογενῆ φάρμακα. τὰ γὰρ ἰσχυρὰ τῶν ναρκωτικῶν φυλακτέον. πρὸς ὀλίγον μὲν παραμυθούμενα, χρονιωτέραν δὲ τὴν διάθεσιν ἐργαζόμενα, τῷ, τε παχύνειν τὴν ὕλην, καὶ τῷ πυκνοῦν τοὺς ἐντέρου πόρους, ἤδη δὲ λεπτυνθέντος τοῦ φλέγματος. καθαίρωμεν αὐτοὺς διὰ τῆς ἱερᾶς πικρουμένης, ἢ τῶν καταποτίων τούτων. ἀλοῆς, εὐφορβίου, κνιδίου, κόκκου καθαροῦ. σκαμμωνίας τὸ ἴσον. ἡ δόσις Γο. β. διαίτα δὲ θερμοτέρα τε καὶ ξηροτέρα τούτοις ἁρμόσει. κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσιτοῦσιν. ἔπειτα δὲ καὶ δριμυφαγοῦσιν. πράσα γοῦν αὐτοῖς δοτέον ἑφθὰ μετὰ κονδίτου καὶ σέλινα, καὶ τὸν ἕλειον ἀσπάραγον, ὠμὰ σκόρδα, καὶ μάλιστα τοῖς μὴ πρὸς ταῦτα δυσχεραίνουσιν. καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ κονδίτου πινέτωσαν. καὶ ἄρτου σὺν αὐτῷ λαμβανέτωσαν. εἰς ὕστερον δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς εὐχύμους τε καὶ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

εὐπέπτους αὐτοῖς δοτέον τροφάς. φυλαττομένους πλησμονήν τε καὶ ἀπεψίαν. Εἰ δὲ πνεῦμα φυσῶδες εἴη, τὸ τὴν ὀδύνην ἐργαζόμενον, μετὰ τὰ ἄφυσα τῶν ἐνεμάτων τε καὶ πομάτων, καὶ σικύαι ὡς μέγισται διάπυροι κολληθῆσαι κοῦφαι καθ' ὅλου ἐπιγαστρίου πολλάκις ἤρκεσαν πρὸς θεραπείαν. Φλεγμονῆς δὲ κατὰ τὸ ἔντερον οὔσης, φλεβοτομήσωμεν ἀπ' ἀγκῶνος. εἰ δὲ τὰ τῆς δυσουρίας ἐπικρατεῖ, καὶ τὴν ἐν τῷ σφυρῷ τέμωμεν, καὶ τοῖς εἰρημένοις χρησώμεθα βοηθήμασι, πλὴν τῶν δριμέων καὶ τῶν καθαιρόντων ἰσχυρῶς. τοῖς δὲ πραΰνουσι μᾶλλον ἐνέμασί τε καὶ καταπλάσμασι καὶ ἐπιβρέγμασι, καὶ τῇ εἰς ἔλαιον ἐμβάσει, χρησώμεθα, σικύας τε, καὶ τούτοις προσβάλωμεν. κηρωτήν τε κατὰ τοῦ ἐπιγαστρίου θήσωμεν ἔχουσαν κηροῦ Γο. ε. χαμαιμηλίνου Γο. β. ῥοδίνου Γο. β. φαβατίνου ἀλεύρου Γο. S. κροκὰ ᾠῶν ε. χ° λινοσπέρμου λείου. λεπτῶς τε καὶ πυρεκτικῶς αὐτοὺς διαιτῶμεν, ἄχρι λύσεως φλεγμονῆς. εἰ δὲ διὰ δριμεῖς καὶ δακνώδεις ὀδυνῶνται χυμούς, ἐνετέον αὐτοὺς ἐλαίῳ, ἐν ᾧ ἀφήψηται τῆλις ἢ ἀλθαία σὺν ἁπαλῷ στέατι νεαρῷ χηνός, ἢ ὄρνιθος, ἢ καὶ χυλῷ πτισάνης σὺν ῥοδίνῳ. ἢ καὶ χυλῷ λινοσπέρμου. ποτιστέον τε αὐτοὺς τὴν διὰ τῆς ἀλόης πικρὰν ἀντίδοτον. λουτροῖς τε χρηστέον διὰ γλυκέων ὑδάτων. καὶ τροφαῖς ῥοφηματώδεσιν, ἐκ χόνδρου ἢ πτισάνης, χρηστέον, ἰχθύων τε τοῖς πετραίοις. καὶ τὸ σύμπαν ἁπλῶς τῆς διαίτης ὑγρότερον ἔστω καὶ ψυχρότερον. ἀπέχεσθαι δὲ τῶν δριμέων ἁπάντων ἐδεσμάτων τε καὶ φαρμάκων, καὶ τῆς δι' ἐμβροχῶν τε καὶ καταπλασμάτων πυρίας. οἴνου τε πόσεως, καὶ μάλιστα παλαιοῦ. ἐπικρατούσης δὲ τῆς ὀδύνης, καὶ τοῖς τὴν αἴσθησιν ναρκοῦσι, χρηστέον. βλάπτει γὰρ ἥκιστα τῶν ἄλλων τὰς τοιαύτας διαθέσεις, παχύνοντα καὶ μετρίως ἐμψύχοντα τοὺς λεπτοὺς καὶ δακνώδεις χυμούς. Οἶμαι δὲ καὶ τὴν νῦν ἐπικρατήσασαν κολικὴν διάθεσιν, ἐπὶ τοιούτοις γενέσθαι χυμοῖς. ἀρξαμένου μὲν τοῦ πάθους ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν ἰταλίαν χωρίων, καὶ ἐν ἄλλοις δὲ πολλοῖς τῆς τῶν ῥωμαίων πολιτείας φοιτήσαντος τόποις, κατὰ λοιμικήν τινα μετάδοσιν. ἐφ' ᾧ πολλοῖς μὲν εἰς ἐπιληψίαν, ἑτέροις δὲ εἰς παράλυσιν τῶν κώλων, σωζομένης τῆς αἰσθήσεως. τισὶ δὲ καὶ εἰς ἀμφότερα γέγονεν ἀπόσκηψις. καὶ τῶν μὲν εἰς ἐπιληψίαν μεταπεσόντων, οἱ πλείους ἀπέθανον. τῶν δὲ εἰς παράλυσιν, οἱ πλείους ἐσώθησαν, ὥσπερ ἐν κρίσει μεταστάσης τῆς αἰτίας. τοὺς οὖν οὕτως νοσοῦντας ἰατρός τις

concoctu faciles cibi ipſis dentur, ita ut uitent repletionem & cruditatem. At ſi fuerit ſpiritus flatuoſus, qui dolorem efficit, poſt infuſa & potiones flatus diſcutientes etiam cucurbitæ maximæ leues, ignitæ, per totum ſuperiorem uentrem affixæ, ad curationem ſæpe ſuffecerunt. Si uerò inflammatio in inteſtino ſit, uenam in cubiti flexura ſecabimus, & ſi urinæ difficultas inualeſcat, etiam eam quæ ad malleolum eſt ſecabimus, & relatis auxilijs utemur, exceptis acribus ac uehementer purgantibus. Verùm mitigantibus magis infuſis & cataplaſmatis & irrigationibus, & demiſſione in oleum utemur, cucurbitaſque etiam his affigemus. Ceratum quoque ſuperiori uentri imponemus, quod habet ceræ quincuncem, olei chamæmelini ſextantem, roſacei ſextantem, farinæ fabaceæ unciæ dimidium, uitellos ouorum quinque cum ſucco ſeminis lini trito. Victum autem tenuem & febricitantium ipſis conſtituimus, uſque ad inflammationis ſolutionem. Quod ſi ob acres & mordaces doleant humores, infundatur ipſis oleum, in quo coctum eſt fœnum græcum aut althæa cum ſimplici adipe recenti anſeris aut gallinæ, aut etiam ptiſanæ ſuccus cum roſaceo aut ſuccus ſeminis lini. Detur ipſis in potu amara ex aloë antidotus: & balneis utantur aquarum dulcium: & cibis ſorbilibus, ex alica aut ptiſana, piſcibuſque petroſis. Et in ſumma totus uictus humidior ſit ac frigidior. Abſtineant autem ab acribus omnibus edulijs ac pharmacis, & ab irrigationum & cataplaſmatum fomento, uinique potu, & præſertim ueteris. Inualeſcente uerò dolore, etiam ſenſum ſtupefacientibus, utendum eſt. Minimè enim præ alijs has affectiones lædunt, ut quæ tenues & mordaces humores craſſefaciant, & moderatè perfrigerent. Porrò arbitror etiam eam quæ nunc inualuit colicam affectionem, ex talibus humoribus generatam eſſe, quæ ab Italiæ quidem regionibus, initium cepit. Sed & in alijs multis Romanæ reipub. locis graſſata eſt, peſtilenti quadam diſtributione: in qua pleriſque ad morbum comitialem, alijs ad artuum reſolutionem, ſeruato ſenſu, quibuſdam ad ambo, delapſus contigit. Et qui quidem ad comitialem delapſi ſunt, plerique perierunt: qui uerò ad reſolutionem, plerique ſeruati ſunt, uelut in judicatione cauſa tranſlata. Sic igitur ægrotantes Medicus [illegible] quidam

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

quidam in Italia curauit, incredibili quodam ac temerario frigefactorio uictu conſtituto. Lactucas enim ipſis exhibebat non coctas, frigefaciens ipſas, intybaque ſimiliter ſupra ſatietatem edenda, uuas item & mala & piſces duræ carnis, omniáque teſta intecta, & pedes bubulos & bulbos & ſimilia: non ſolum potentia, ſed & tactu frigida. Vinum uerò rarò, aliquando tamen dabat, & frigida aqua miſcebat. Sed & frigidam aquam aut etiam poſcam frigidam dabat, ab omni alio calido ac medio cibo abſtinens: & plurimos hoc modo præter omnem opinionem ſanauit, & ex his aliquos qui iam ad comitialem aut reſolutionem delabi cœpiſſent.

κατὰ τὴν ἰταλίαν ἐθεράπευσεν, ἄπιστόν τινα ψυκτικὴν ἐπιτηδεύσας καὶ τολμηροτέραν τὴν δίαιταν. θριδακίνας τε γὰρ αὐτοῖς παρεῖχεν ἀνέφθους, ψυχρίζων αὐτὰς, ἴντυβα τε ὁμοίως ὑπὲρ κόρον ἐσθίειν, σταφυλάς τε καὶ μῆλα, καὶ τῶν ἰχθύων τοὺς σκληροσάρκους, τά τε ὀστρακόδερμα πάντα, καὶ πόδας βοῶν, βολβούς τε καὶ τὰ παραπλήσια. οὐ μόνον τῇ δυνάμει, ἀλλὰ καὶ τῇ θίξει ψυχρά. οἴνου δὲ σπανίως μὲν, ὅτε δὲ παρεῖχεν, ὕδατι ψυχρῷ τοῦτο ἐκίρνα. καὶ τὸ ψυχρὸν δὲ ὕδωρ ἢ καὶ ὀξύκρατον ψυχρὸν ἐδίδου, πάσης ἑτέρας θερμῆς τε καὶ μέσης ἀπέχων τροφῆς, καὶ πλείστους οὕτω κατὰ τὸ παράδοξον ἐξιάσατο, καὶ τῆς εἰς ἐπιληψίαν ἢ παράλυσιν ἤδη τινὰς ἀρξαμένους μεταπτώσεως.

CVRATIO DYSENTERIÆ.

Caput IX.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΔΥΣΕΝΤΕΡΙΗΣ.

Κεφάλ. θ.

P. Ægin. lib. 3. cap. 42. Dyſenteria eſt exulceratio inteſtinorum, quandoque ex teneſmi transmutatione, aut alicuius ex relatis alui exturbationibus ortum habens: quandoque uerò ipſa affectionem auſpicatur, & in ipſa excretiones fiunt: primum bilioſæ, uariæ: deinde pro ratione cruentæ, & ad finem ſanioſæ, quales à mortuis corporibus defluere ſolent. Quæ uerò ab atra bile initium ſumit dyſenteria, lethalis eſt, cum exulceratione cancrum indicans. Si igitur ulcerationis ſigna ſtercori admixta excernantur cum doloribus ac torminibus, in tenuibus inteſtinis ulcerationem eſſe ſcito, quæ auxilijs per os acceptis maximè opus habet. Si uerò ſine mixtura ſtercus exeat, craſſorum eſt inteſtinorum ulceratio, quæ infuſis per clyſterem magis cedit. Quum uerò multi ſanguinis per ſe excretio contingit, affectionem ipſam ſanguinolentam dyſenteriam uocant. Excernitur tamen quandoque ſanguis nigrior quàm pro natura ſua & ſplendidus, hepate non probè concoquente alimentum quod diſtribuitur, quin & ob debilitatem retentricis, aut alteratricis ipſius facultatis, excernuntur per uentrem ſimilia carnium recens mactatarum loturæ. Hepaticam autem hanc uocant dyſenteriam,

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. μβ. Ἡ δυσεντερία ἕλκωσις ἐστὶν τῶν ἐντέρων, ποτὲ μὲν ἐκ μεταπτώσεως τεινεσμοῦ, ἢ τῶν εἰρημένων τῆς γαστρὸς ἐκταράξεων τινὸς γινομένη. ποτὲ δὲ τοῦ πάθους αὐτῆ καταρχομένη, ἐφ᾽ ἧς ἀποκρίσεις γίνονται. πρῶτον χολώδεις, ποικίλαι. εἶτα πρὸς λόγον αἱματώδεις, καὶ ἐπὶ τέλει ἰχωροειδεῖς, ὁποῖαι ἀπὸ τῶν νεκρῶν εἰώθασιν ῥεῖν σωμάτων. ἡ δὲ ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἀρχομένη δυσεντερία, θανάσιμός ἐστι, τὸν μετ᾽ ἑλκώσεως δηλοῦσα καρκίνον. εἰ μὲν οὖν ἀναμεμιγμένα τῇ κόπρῳ τὰ τῆς ἑλκώσεως ἐκκρίνοιτο σημεῖα, μετὰ πόνων τε καὶ στρόφων, ἐν τοῖς λεπτοῖς ἐντέροις γίνωσκε τὴν ἕλκωσιν, τῶν διὰ στόματος μάλιστα βοηθημάτων χρήζουσαν. εἰ δὲ ἀμιγὴς ἡ κόπρος διεξέρχοιτο, τῶν παχέων ἐστὶν ἐντέρων, τοῖς ἐνέμασι μᾶλλον πειθομένη. ὅταν δὲ πολλοῦ κατὰ μόνας ἔκκρισις αἵματος γένηται, τὸ πάθος αἱματηρὰν δυσεντερίαν λέγουσιν. ἐκκρίνεται μὴν ποτὲ καὶ αἷμα μελάντερον τοῦ κατὰ φύσιν καὶ στιλπνὸν, μὴ πέττοντος καλῶς τοῦ ἥπατος τὴν ἀναδιδομένην τροφὴν, καὶ δι᾽ ἀτονίαν δὲ τῆς καθεκτικῆς, ἢ τῆς ἀλλοιωτικῆς αὐτοῦ δυνάμεως πολλάκις ἐκκρίνεται διὰ γαστρὸς, ὅμοια κρεῶν νεοσφαγῶν ἀποπλύματι. ἡπατηρὰν δὲ ταύτην καλοῦσιν δυσεντερίαν,

περὶ

περὶ ἧς ἐν τῷ περὶ ἥπατος λεχθήσεται λόγῳ. κοινῶς μὲν οὖν τοῖς ἐπὶ κοιλιακῶν τε καὶ τῶν ἄλλων παρὰ φύσιν ἐκκρίσεων εἰρημένοις χρηστέον. ἰδίως δὲ λημνία σφραγίς, καὶ τὴν ἤδη νεμομένην ἰᾶται δυσεντερίαν πινομένη τε καὶ ἐνιεμένη προαποκλυσθέντος τοῦ ἐντέρου μελικράτῳ πρότερον, κἄπειτα ἅλμῃ. καὶ ἀνδράχνης χυλὸς, ἐπιτήδειος δυσεντερικοῖς πινόμενος. καὶ αὐτὴ ἡ ἀνδράχνη ἑφθὴ ἐν ὀξυκράτῳ ἐσθιομένη. ἁρμόττει δὲ καὶ ἀρνόγλωσσον. καὶ βάτου καρπὸς καὶ τὰ φύλλα. καὶ ἀλθαίας τῆς ῥίζης τὸ ἀφέψημα. ἵππουρις δι᾽ ὕδατος, ἢ οἴνου, πινομένη. καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς. μορέας ἄωρος ὁ καρπὸς ξηρανθεὶς. καὶ τούτου μᾶλλον, τὰ βάτινα μόρα ὁμοίως ξηρανθέντα. ξηραίνει δὲ τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν ῥεύματα, καὶ ὠὰ δι᾽ ὄξους ἑψηθέντα καὶ βρωθέντα. βέλτιον δὲ εἰ μίξας αὐτοῖς τινὰ τῶν πρὸς δυσεντερίαν ταγηνίσῃς, καὶ δὸς φαγεῖν. χρησιμώτατον δέ ἐστιν πρὸς τούτοις ὀμφάκι, ῥοῦς ἐρυθρὸς, καὶ ὁ χυλὸς αὐτοῦ, σίδια, κηκίς, γίγαρτα, μέσπιλα, μύρτα, κράνια, κοχλιῶν ὅλων ὀπτηθέντων ἡ τέφρα. σύνθετον δὲ τοῦτο, τῆς τῶν κοχλιῶν τέφρας μ΄ δ. κηκίδος μ΄ β. πεπέρεως μέρος α. χνοώδες ποιήσας τοῖς ὄψοις ἐπίπαττε, ἢ ἐν ὕδατι ἢ οἴνῳ λευκῷ ὑδαρεῖ δίδου πίνειν. γενναίως ὠφελεῖ δυσεντερικοὺς, ὅσοις οὐδέπω σηπεδονῶδες ἕλκος γέγονεν. καὶ ἡ τῶν ὀστοφαγησάντων δὲ κυνῶν κόπρος ξηρὰ, σὺν γάλακτι πυρωμένῳ διὰ τῆς τῶν καχλήκων καθέσεως, πινομένη, μεγάλως ὀνίνησιν. σύνθετα δὲ ὅ, τε διὰ τῆς αἰγυπτίας ἀκάνθης τροχίσκος. ἔστι καὶ ὁ Φιλίππου. καὶ ὁ διὰ τοῦ ἐλαφίου κέρατος ὅ, τε διὰ σπερμάτων. καὶ ὁ τρίγωνος, καὶ τὰ διὰ τοῦ μάκερος καταπότια θαυμαστὰ. κάλλιστος δὲ καὶ οὗτος. ὀπίου, κρόκου, λυκίου ἰνδικοῦ, ἀκακίας, ῥοὸς, λιβάνου, κηκίδος, ὑποκυστίδος, σιδίων, σμύρνης, ἀλόης, ἴσα. ὕδατι δίδου τριώβολον. Ἄλλο. ῥοὸς L. η. κηκίδος, σιδίων ἀνὰ L. δ. δίδου κοχλιάριον α. οἴνῳ. Ἄλλο. Ῥοὸς L. η. κηκίδος, ἀκακίας, κόμμεως ἀνὰ L. β. ὀπίου L. α. δίδου L. α. ἐν οἴνῳ κεκρασμένῳ. ἔκλειγμα δὲ αὐτοῖς ἁρμόσει τοῦτο. μύρτων μελανῶν ξ. α. ῥοῦ συριακοῦ ξ. α. φοινίκων θηβαϊκῶν λι. β. μήλων κυδωνίων τῶν σαρκῶν λι. α. ῥοιὰς ὀξείας σὺν τοῖς κελύφοις ι. οἴνου στρυφνέντος ξ. ι. β. ἕψε ἕως τὸ τρίτον λειφθῇ καὶ διηθήσας ἔμβαλε μέλιτος λι. ς. καὶ ἑψήσας ἕως πάχους δίδου ἐκλείχειν. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ καταπλάσματα διὰ τῶν στυπτικῶν ἔσονται ὧν τὴν ὕλην ἔχεις. ἐνέματα δὲ τοῖς

de qua in ſermone de hepate dicetur. In communi igitur ijs quæ ad cœliacos & alias præter naturam excretiones relata ſunt, utendum eſt: priuatim uerò Lemnium ſigillum, etiam depaſcendo proſerpentem iam dyſenteriam ſanat & potum & per clyſterē infuſum, inteſtino prius per aquam mulſam eloto, deinde per muriam: & portulacæ ſuccus commodus eſt dyſentericis potus: & ipſa portulaca cocta in poſca, comeſta. Conuenit etiam plantago, & rubi fructus ac folia & radicis althææ decoctum, hippuris ex aqua aut uino pota, & ſuccus ipſius, mori immaturus fructus ſiccatus: & hoc magis rubi mora ſimiliter ſiccata. Siccant etiam fluxiones per aluum oua aceto cocta & comeſta: melius autem eſt ſi miſcueris ipſis aliqua ad dyſenteriam commoda, & in ſartagine fricta ad edendum dederis. Vtiliſſimum eſt adhæc Omphacium, rhus ruber, & ſuccus ipſius, malicorium, galla, uinacea, meſpila, myrti baccæ, corna, cochlearum integrarum uſtarum cinis. Compoſitum uerò hoc: cochlearum cineris partes quatuor, gallarum partes duas, piperis partem unam: in puluillum redacta obſonijs inſpergito, aut in aqua aut uino albo bibenda dato. Generosè hoc auxiliatur dyſentericis quibus nondum putredinoſum factum eſt ulcus: ſed & canum qui oſſa comederunt ſtercus ſiccum, cum lacte per candentes ſilices immiſſos feruefacto potum, magnopere prodeſt. Compoſita uerò paſtillus ex ſpina Ægyptia, & Philippi paſtillus, & qui fit ex cornu ceruino, & qui ex ſeminibus, & trigonus: & ex macere catapotia admiranda ſunt. Optimus eſt & hic, opij, croci, licij Indici, acaciæ, rhois, thuris, gallæ, hypocyſtidis, malicorij, myrrhæ, aloes: ſingulorum æquales portiones aqua excipe, & obolos tres præbe. Aliud. Rhois drach. 8. gallæ malicorij, ſingulorum drach. quatuor, dato cochlearium unum ex uino. Aliud. Rhois drach. 8. gallæ, acaciæ, gummi, ſingulorum drach. 2. opij drach. 1. dato drach. unā in uino diluto. Eclegma uerò ipſis conuenit hoc: Myrti nigræ baccarum ſextarius unus, rhois ſyriaci ſextarius unus, palmularum Thebaicarum lib. duæ, carnis malorum Cydoniorum libra una, mala Punica acida cum ipſis corticibus decem. Vini aſtringentis ſextarios duodecim, coquito ad tertias, & excolato, ac injicito mellis lib. ſex & ad ſpiſſitudinem coquito, ac delingenda dato. Manifeſtum uerò eſt quod etiam cataplaſmata ex aſtringentibus erunt, quorum materiam habes. Infuſa autem per clyſterem dyſente-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

dyſentericis commodant, propter teneſmos uexantes, ſuccus oryzæ, aut alicæ, aut alicuius huiuſmodi, cum adipe caprino aut hircino & quæ in capite de teneſmo relata ſunt. Si uerò ſanguis deſtillat, infundatur ſuccus polygoni, aut plantaginis cum acacia aut hypocyſtide, aut tali quopiam. At ſi res urgeat, etiam ex ſanguinem ſiſtentibus aliquod infundatur: uelut eſt cinis lanarum ſuccidarum, aut ſpongiæ nouæ, pice liquida, aut ſanguine bubulo, aut alumine liquido, aut ſtercoris aſinini ſucco imbutæ & uſtæ. Sed & Andronis paſtillus bonum medicamentum eſt, & Muſæ inſcriptus, & conſimiles. Sed & ſubdititia collyria, ex efficaciſſimis exiſtunt, maximè in quibus etiam dolores circa excretionem fiunt. Vlcere uerò depaſcente circa inteſtina conſiſtente, quod & fœtore & putredine eorum quæ excernuntur cognoſcimus, & quòd non ſtatim ab initio, ſed poſt tempus fiat, cruſtam inducentibus infuſis utemur: uelut ſunt paſtilli Fauſtini appellati & qui ex charta fit & Bythinus, & Thronius & qui ex ſubere paratur, per lenticulæ aut alicuius ex adſtringentibus decoctum per clyſterem infuſi. Sed & hoc infuſum ex ijs eſt quorum multam experientiam feci. Omphacitidis uſtæ (eſt autem cauum illud ex quo quercina glans enaſcitur, quo coriarij utuntur) auri pigmenti, ſymphyti, Rhois ſyriaci, ſingulorum æquales portiones. De his contuſis cochlearia duo excipe ſucco oryzæ, aut ſucco anchuſæ, quæ ſpinoſum & latum ac nigrum folium habet, quam chæroſpelethron, id eſt iugerum porcinum uocant: & candido ouorum: ita ut de ſingulis ex æquo ſextantem aut quadrantem accipias: & per clyſterem immitte. Epithemata uerò faciunt quæ ad cœliacos relata ſunt. Sed & uentris illitiones, quæ aſtringentem & ſiccantem materiam habent cum aliquo ex glutinoſis gummi, thure, glutine, polline in ijs quæ cataplaſmatis ſimiles ſunt, locum habeant. Cibus ijs ab initio ſit lac ouis permixtum, deinde ex frumentaceis ſorbitiones, per ſe & cum lacte coctæ. Ipſum quoque lac moderatè coctum optimum eſt. Olerum uſus non eſt neceſſarius: attamen guſtanda dentur, ſeris cocta, intybus, & plantago & braſſica bis cocta & ex fructibus aſtringentes carnibus ipſorum ſputo rejectis aut ijs quæ aliâs inteſtina exaſperare poſſunt. Si uerò multa fuerit calida intemperies, etiam intybus crudus detur & aquam frigidam ſorbeant.

δυσεντερικοῖς ἁρμόσει διὰ τοὺς ἐνοχλοῦντας τεινεσμοὺς, χυλὸς ὀρύζης ἢ χόνδρου, ἢ τοιούτου τινὸς, μετὰ στέατος αἰγείου, ἢ τραγείου, καὶ τὰ ἐν τῷ περὶ τεινεσμοῦ λεχθέντα. εἰ δὲ αἷμα ἀποστάζει, ἐνετέον χυλὸν πολυγόνου ἢ ἀρνογλώσσου μετὰ ἀκακίας, ἢ ὑποκυστίδος, ἢ τοιούτου τινὸς, εἰ δὲ ἐπείγοι, καὶ ἴσχαιμόν τι ἐνιέναι, οἷον τέφραν οἰσυπηρῶν ἐρίων, ἢ σπόγγου καινοῦ βραχέντος πίσσῃ ὑγρᾷ ἢ αἵματι βοείῳ, ἢ στυπτηρίᾳ ὑγρᾷ καυθέντος, ἢ ὀνίδος χυλῷ καὶ ὁ τοῦ Ἄνδρωνος δὲ τροχίσκος, ἀγαθὸν φάρμακόν ἐστιν ὅ, τε τοῦ Μούσα, καὶ οἱ παραπλήσιοι. καὶ ὑποθετὰ δὲ κολλούρια, τῶν πάνυ πρακτικωτάτων εἰσίν. ἐφ᾽ ὧν μάλιστα καὶ πόνοι περὶ τὴν ἔκκρισιν γίνονται νομῆς δὲ συστάσης περὶ τὰ ἔντερα ἣν διαγινώσκομεν τῇ τε δυσωδίᾳ καὶ σήψει τῶν ἐκκρινομένων, καὶ τὸ μὴ κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς, ἀλλὰ μετὰ χρόνον αὐτὴν γίνεσθαι τοῖς ἐσχαρωτικοῖς τῶν ἐνεμάτων χρησώμεθα. οἷοί εἰσιν οἵ τε Φαυστιανοὶ προσαγορευόμενοι τροχίσκοι, καὶ ὁ διὰ χάρτου, καὶ ὁ Βιθυνὸς, ὅ, τε θρόνιος καὶ ὁ διὰ τῶν φελλῶν διὰ φακῆς ἀποζέματος ἢ τινὸς τῶν στυφόντων, ἐνιέμενοι. καὶ τοῦτο δὲ τῶν πάνυ μοι πεπειραμένων ἐστὶν τὸ ἔνεμα. ὀμφακίδος κεκαυμένης, ἔστι δὲ τὸ κοῖλον, ἐξ οὗ ἐκπέφυκεν ἡ τῆς δρυὸς βάλανος, ὥσπερ οἱ βυρσεῖς χρῶνται ἀρσενικοῦ, συμφύτου, ῥοῦ συριακοῦ, τὸ ἴσον. τούτων κοπέντων ὅσον κοχλιάρια β. ἀναλαβὼν χυλῷ ὀρύζης, καὶ χυλῷ ἀγχούσης τῆς τὸ ἀκανθῶδες καὶ πλατὺ καὶ μέλαν ἐχούσης φύλλον, ἣν χοιροσπέλεθον καλοῦσι. καὶ τῶν ὠῶν τῷ λευκῷ ἐξ ἴσης ὅσον Γο. β. ἢ τρεῖς παράπεμπε. ἐπιθέματα δὲ τῶν ἐπὶ τῶν κοιλιακῶν εἰρημένα. καὶ τὰ κατὰ τῆς γαστρὸς, ἢ καταχρίσματα τῆς στυφούσης τε καὶ ξηραινούσης ὕλης ὑπάρχοντα σὺν τινὶ τῶν ἐχεκόλλων κόμμεως, λιβάνου, ταυροκόλλης, γύρεως. ἐπὶ τοῖς παραπλησίοις καταπλάσμασι χώραν ἐχέτω. τροφὴ δὲ τούτοις ὠόγαλα τὴν ἀρχὴν ἔστω. κἄπειτα τὰ διὰ τῶν σιτωδῶν ῥοφήματα. καθ᾽ ἑαυτὰ δὲ καὶ σὺν γάλακτι ἑψόμενα. καὶ τὸ γάλα δὲ μετρίως ἑψάμενον ἄριστόν ἐστι. λαχάνων δὲ οὐκ ἀναγκαία μὲν ἡ χρῆσις ὅμως δοτέον ἀπογεύσασθαι, σέρεως ἑφθῆς, καὶ ἰντύβου καὶ ἀρνογλώσσου, καὶ τῆς δισέφθου κράμβης, καὶ τῶν ὀπωρῶν τὰς στυφούσας ἀποπτυομένων, τῶν σαρκῶν αὐτῶν ἢ ἄλλως τραχύνειν ἔντερα δυναμένων. πολλῆς δὲ τῆς ἐπὶ τὸ θερμὸν δυσκρασίας οὔσης, καὶ ἴντυβον δοτέον ὠμὸν καὶ ὕδατος ἀπορροφήτωσαν ψυχροῦ.

τὸ ἀλλὰ

τὸ ἄλλο δὲ ποτὸν ὕδωρ ὄμβρειον ἔστω. κεκμηκότος δὲ τοῦ στομάχου καὶ οἶνος. εἰς ὕστερον δὲ καὶ τῶν πτηνῶν τὰ ξηρότερα καὶ εὔπεπτα λαμβανέτωσαν, καὶ λουτροῖς δὲ χρήσθωσαν γλυκέσιν. εἰ δὲ ῥευματίζοιντο πρὸς αὐτῶν, σπόγγον μέγαν, ἢ ψίχας ἄρτου σιλιγνίτου βρέξας οἴνῳ ἀσκαλωνίτῃ, ἤ τινι τῶν στυφόντων θερμῶν ἐπιθετέον καθ' ὅλου τοῦ ἐπιγαστρίου, καὶ ἐπιδήσας, οὕτω λούεσθαι κέλευε.

Reliquus uerò potus ſit aqua pluuialis. Languente uerò ſtomacho etiam uinum, poſtea uerò etiam de uolucribus ſicciores & concoctu faciles ſumant, & balneis utantur dulcibus. Si uerò ab ipſis fluxione infeſtentur, ſpongiam magnam, aut panis ſiliginei micas, uino Aſcalonite aut aliquo adſtringente calido imbutas per totum ſuperiorem uentrem imponito, deligato, atque ſic lauare iubeto.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΛΕΙΕΝΤΕΡΙΗΣ.

Κεφάλ. ι.

Π. Αἰγινήτου βιβ. γ. κεφ. μ. Διττῆς ὑπαρχούσης τῆς λειεντεριάας τῆς μὲν δι' ἐπιπόλαιον ἕλκωσιν τῶν ἐντέρων, κατά τινας δὲ καὶ δι' οὐλὴν ἐν δυσεντερίας τὰ πολλὰ, ἢ ἐξ ἑτέρων γινομένης ῥευματισμῶν. τῆς δὲ δι' ἀτονίαν τῆς κατεχούσης τὴν τροφὴν ἐν τῇ γαστρὶ δυνάμεως, τὴν δευτέραν οἶμαι διαφορὰν τῇ κοιλιακῇ λεγομένῃ συμπλέκειν διαθέσει. καὶ γὰρ ἐπὶ ταύτης, ἀτονούσης τῆς γαστρὸς πέττειν τε καὶ ἀναδιδόναι τὰ σιτία, λεῖά τε καὶ ἄπεπτα καὶ κάθυγρα διαχωροῦσι, ῥευματιζομένης ἐπὶ πάντων τῆς γαστρὸς. ἀλλ' ἐπὶ τῶν λειεντερικῶν, ἥ τε διέξοδος τῶν σιτίων ταχεῖα γίγνεται, καὶ τὰ τῆς ἀπεψίας ἐπιτεταμένα μᾶλλόν ἐστιν, ὥστε διαδηλοῦσθαι τὴν ληφθεῖσαν τροφήν. καὶ τούτων μάλιστα διακρίνονται τῶν κοιλιακῶν. καταπλαστέον οὖν αὐτοὺς λινοσπέρμου μετὰ φοινίκων. ἄκρως δὲ ποιεῖ καὶ σχῖνος, καὶ βάτος συνεψομένη τῷ ὀξυμέλιτι. ἐμπνευματώσεως δὲ συνούσης, καὶ κυμίνου καὶ ἀνήθου καὶ πηγάνου μικτέον. ἐπαυξομένου δὲ τοῦ ῥευματισμοῦ, συνεμβάλλομεν μῆλα κυδώνια, στυπτηρίαν ὑγρὰν, ἀκακίαν, ὑποκυστίδα, κηκίδα, ἤ τινα ἢ πάντα. κηρωταῖς δὲ διὰ μυρσίνου μετά τινος τῶν στυφόντων οἴνων. ἐπιθέματα δὲ θερμότερα μὲν τό, τε διὰ δαφνίδων καὶ τὸ διὰ σπερμάτων. στυπτικώτερα δὲ, τό, τε διὰ οἰνάνθης. καὶ τὸ διὰ γιγάρτων, καὶ τὸ αὐτίλου καὶ τὸ ἐρυθρίου δὲ θαυμαστόν. χρονιζούσης δὲ τῆς νόσου, καὶ δρώπακι χρηστέον κατὰ τῆς κοιλίας, καὶ τῇ διὰ νάπυος κηρωτῇ. καὶ αὐτῷ τῷ νάπυϊ. πόματα δὲ ἁπλᾶ μὲν, ἀρνογλώσσου σπέρμα, ἢ λαπάθου σπέρμα, ἢ ῥοιᾶς σίδια ἢ οὖα ξηρὰ, ἢ ὄμφακα ξηρὸν ἐξ ἀμιναίας σταφυλῆς, ὅσον τριώβολον, ἀπυρέτοις,

CVRATIO LÆVITATIS INTESTINORUM.

Caput X.

PAulus Ægineta lib. 3. cap. 40. Cum duplex ſit inteſtinorum læuitas, altera ob ſuperficiariam inteſtinorum ulcerationem, uel, (ut aliqui ſentiunt) ob cicatricem ex dyſenteria plerunque, aut ex alijs fluxionibus obortam: altera ob facultatis cibum retinentis in uentre debilitatem: ſecundam differentiam arbitror cum cœliaca affectione copulandam eſſe. Nam in hac debili exiſtente uentre ad concoquendos ac diſtribuendos cibos, læuia & cruda ac liquida egeruntur, aluo in omnibus fluxione laborante. Verùm in læuitate inteſtinorum, & tranſitus ciborum uelox fit & cruditas magis intenta eſt, ut acceptus cibus manifeſtus fiat: & per hæc maximè à cœliacis diſcernuntur. Imponendum igitur ipſis eſt lini ſemen cum palmulis. Egregiè facit etiam lentiſcus & rubus, ſi in aceto mulſo coquantur. Si uerò etiam inflatio adeſt, cuminum & anethum & ruta admiſceantur. Augeſcente autem fluxione, adijcimus etiam mala cydonia, alumen liquidum, acaciam, hypocyſtidem, gallam: aut quædam ex his, aut omnia. Cerata faciunt ex oleo myrteo, cum aliquo uino aſtringente. Epithemata autem calidiora, & quod ex baccis lauri paratur, & quod ex ſeminibus. Magis autem adſtringunt & quod ex œnanthe fit, & quod ex uinaceis, & Antylo inſcriptum. Sed & id quod erythrion inſcribitur, mirificè facit. Diuturno uerò euadente morbo, etiam dropace ad uentrem utendum eſt, & cerato ex ſinapi, & ipſo ſinapi. In potiones conueniunt, ſimplicia quidem, plantaginis ſemen, rumicis ſemen, malicorium, ſorba ſicca, uua Aminæa acerba ſicca, trium obolorum pondere: febre carentibus,

cum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cum uini auſteri cyathis ſex. febrientibus cum aqua pluuiali. Minus autem ſtomachum offendit uentriculus gallinarum ſiccus potui inſperſus. Sed & urinam cientia, apium, adiantum, & ſimilia ſi bibantur, fluxionem transferunt. Ex compoſitis autem eſt ſigillum Polyide, & paſtillus ex ſuccino, & ex ſpina Ægyptia, & clidion appellatum & ex ſeminibus conſtans. Sed & hoc optimum eſt. Seminis rumicis ſylueſtris unciam unam ſemis, ſeminis plantaginis unciam unam, ſucci hypocyſtidis drach. ſex, gummi aut acaciæ drach. tres. Excipe malorum cydoniorum decocto ad tertias redacto. Aliud. Cumini, piperis, rhois ſyriacæ, balauſtij ſingulorum unciam unam ſemis, malicorij unciam unam. Silphij unciæ dimidium aut pulueris eius ſicci drach. unam: inſpergito in potum aut aceto mulſo admixto, dato manè ac ueſperi. ALIVD. Myrti baccarum nigrarum cochlearium unum ſemis, aniſi, roſarum ſiccarum, œnanthes, ſingulorum cochlearij dimidium, palmulas uiginti: fac paſtillos & præbe drach. unam cum aqua aut uino diluto. Theriaca quoque è uiperis optimum ijs auxilium eſt. Cibus ſi acris & bilioſa eſt excretio ex alica, chondro, & oryza, ac ſimilibus ſit, ita ut adſtringentium quid ſimul coquatur, pirum, malum cydonium, meſpila & ſimilia. Coctum quoque lac his conuenit. Potus autem, uel uinum aquoſum tenue, aut aliqua ex iucundis ſit potionibus. Si uerò pituitoſiora excernant, ad contraria cibum transmutamus & ſemina quædam ſtomacho grata admiſcemus, aniſum aut cuminum, aut apij ſemen: ſed & lenticula bis cocta ſæpe ipſis profuit, comeſta cum modico aceto, aut aceto mulſo: braſſicæ quoque & ipſæ bis coctæ. Præſtat autem ſecundum ipſorum cocturam in poſca facere. Vinum uerò uetuſtius ac calidius bibant.

σὺν οἴνου αὐστηροῦ κυάθοις ϛ. πυρέσσουσι δὲ σὺν ὕδατι ὀμβρίῳ. ἧσσον δὲ στομάχου ἅπτεται, ἀλεκτορίδων κοιλία ξηρὰ ἐμπασσομένη τῷ ποτῷ. καὶ τὰ διουρητικὰ δὲ, οἷον σέλινον, ἀδίαντον, καὶ τὰ ὅμοια πινόμενα μετοχετεύσιν ἐργάζεται. σύνθετα δὲ, ἥτε πολυείδου σφραγίς ἐστι καὶ ὁ διὰ τοῦ ἠλέκτρου τροχίσκος, ὅτι διὰ τῆς αἰγυπτίας ἀκάνθης καὶ τὸ κλειδίον καλούμενον, καὶ ὁ διὰ σπερμάτων. καὶ οὗτο δὲ κάλλιστόν ἐστι. λαπάθου ἀγρίου σπέρματος Γο. α. S. ἀρνογλώσσου σπέρματος Γο. α. ὑποκυστίδος χυ. L. ϛ. κόμεως ἢ ἀκακίας ἀναλάμβανε κυδωνίων ἀποτριτωθέντων τῷ ἀφεψήματι. Ἄλλο. κυμίνου, πεπέρεως, ῥοὸς συριακῆς, βαλαυστίου ἀνὰ Γο. α. S. σιδίων Γο. α. σιλφίου Γο. S. ἢ ξηροῦ L. α. ἔμπασσε τῷ ποτῷ, ἢ φυρῶν ὀξυμέλιτι πρωῒ καὶ ἑσπέρας. Ἄλλο. μύρτων μελανῶν κοχλιάριον α. τὸ S. ἀνήσου, ῥόδων, ξηρῶν, οἰνάνθης ἀνὰ κοχλιαρίου S. φοινικοβαλάνους κ. ποίει τροχίσκους καὶ δίδου L. α. μεθ' ὕδατος ἢ μετὰ κράματος. καὶ ἡ διὰ ἐχιδνῶν δὲ θηριακὴ τούτοις ἄριστόν ἐστι βοήθημα. ἡ δὲ τροφή. δριμείας μὲν καὶ χολώδους οὔσης τῆς ἀποκρίσεως, διά τε χόνδρου καὶ ὀζρύης, ἁλικός τε καὶ τῶν παραπλησίων γινέσθω. συνεψομένων αὐτοῖς τῶν στυφόντων τινός, ἀπίου, μήλου, κυδωνίου, μεσπίλου καὶ τῶν ὁμοίων. καὶ τὸ ἄπεφθον δὲ γάλα τούτοις ἁρμόσει. ποτὸν δὲ ἢ οἶνος ὑδαρὴς λεπτὸς, ἤ τι τῶν ἡδέων ἔσω πομάτων. φλεγματικώτερα δὲ αὐτῶν ἐκκρινόντων ἐπὶ τἀναντία τὴν τροφὴν μετάγομεν. σπέρματά τε τινὰ τῶν εὐστομάχων παραμιγνύντες, ἄνησον, ἢ κύμινον, ἢ σελίνου σπέρμα. καὶ ἡ φακὴ δὲ δὶς ἑψηθεῖσα πολλάκις αὐτοὺς ὤνησεν ἐσθιομένη σὺν ὄξει βραχεῖ, ἢ ὀξυμέλιτι. αἵ τε κράμβαι, δίσεφθοι καὶ αὗται. κάλλιον δὲ τὴν δευτέραν ἕψησιν αὐτῶν ἐν ὀξυκράτῳ γίνεσθαι, οἶνον δὲ τινα τῶν παλαιοτέρων καὶ θερμοτέρων πινέτωσαν.

CVRATIO AFFECTI uteri.

Caput XI.

P. Æg. lib. 3. c. 60. Pleriſque purgatio menſium contingit circa decimum quartum annum, paucis citius, circa decimum tertium aut duodecimum, non paucis autem tardius quatuordecim annis. Tempus uerò unicuique purgationi ſtatutum non eſt. Multæ enim ad duos aut tres, plurimæ ad quinque dies purgantur, aliæ ad ſeptimum uſque diem,

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΥΣΤΕΡΙΚΩΝ.

Κεφάλ. ια.

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. ξ. ταῖς πλείσταις ἡ κάθαρσις γίνεται περὶ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος. ὀλίγαις δὲ θᾶττον, κατὰ τὸ τρισκαιδέκατον ἢ δωδέκατον. οὐκ ὀλίγαις δὲ βράδιον τῶν δεκατεσσάρων ἐτῶν. χρόνος δὲ ἑκάστῃ καθάρσει τεταγμένος οὐκ ἔστιν. πολλαῖς δὲ ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς, ταῖς πλείσταις δὲ ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἐκκρίνεται καὶ ἄλλαις, δὲ ἄχρι ἑπτά.

σπανίαις

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

σπανίαι δὲ καὶ ἄχρι δωδεκάτης ἐκαθάρθησαν. παύονται δὲ τῶν καθάρσεων αἱ μὲν περὶ τὸ πεντηκοστὸν ἔτος. σπανίαι δὲ μέχρι τῶν ἑξήκοντα. ἐνίαις δὲ ἀπὸ πέντε καὶ τριάκοντα. καὶ μάλιστα ταῖς καταπιμέλοις, λήγειν ἤρξατο καταμήνια. στραγγευομένης οὖν τῆς καθάρσεως, λούειν περὶ τὴν προθεσμίαν καὶ προποτίζειν, ἢ σησάμῳ ἢ κεφαλωτῷ πράσῳ, μετὰ πεπέρεως καὶ πηγάνου εἰς τὸ αὐτὸ ἑψημένοις, ἡ δὲ πόσις διὰ γλυκέως γινέσθω κρητικοῦ, κοτύλην δὲ πιοῦσα, περιπάτοις κινεῖτο τὰ ἐμμήνια, ἐσθιέτω δὲ τευθίδας, σηπίας, πολύποδας, καὶ ὅσα τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστί. τοῦ γὰρ αἵματος ἰδίως εἰσὶ ταρακτικά.

paucæ etiam ad duodecimum uſque purgatæ ſunt. Deſinunt autem purgari aliquæ circa quinquageſimum annum, paucæ uſque ad ſexageſimum: quibuſdam à triceſimo quinto anno & maximè pinguibus, menſes deſinere cœperunt. Si igitur remoratur purgatio, circa præfinitum tempus lauato, & ſeſamum aut porrum capitatum præbibendum dato cum pipere & ruta ſimul coctis. Edat autem loligines, ſepias, polypos, & quæcunque eius generis ſunt. Priuatim enim ſanguinem turbant.

ΠΕΡΙ ΕΠΟΧΗΣ ἐμμηνίων.

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κ. ξα. Ἐπέχεται ἡ ἐμμήνιος κάθαρσις ποτὲ μὲν ὅλου τοῦ σώματος ἀῤῥώστως διακειμένου, ποτὲ δὲ τῆς ὑστέρας αὐτῆς ἴδιον πάθος ἀναδεδεγμένης, διὰ ψύξιν ἐντόπιον, ἢ πληγὴν, ἢ δυσκρασίαν ἐκ γεννητῆς ἢ ἐπίκτητον κάκωσιν. ὡς τὸ πολὺ δὲ ἐκ τῶν ἀμβλώσεων, καὶ διά τι μέρος τῶν κυριωτέρων πρωτοπαθεῖσαν, οἷον ἧπαρ, ἢ κοιλίαν, ἢ θώρακα ἢ τῶν τοιούτων ἐν χρονίῳ γεγονὸς πάθει ἐπισχεθεῖσα δὲ πολλῶν καὶ χρονίων παθῶν εἴωθεν αἰτία γίνεσθαι. ὅταν μὲν οὖν διά τινα τῶν ἐντοσθιδίων πρωτοπαθησάντων ἐπικόπτηται ἢ στραγγεύηται ἡ κάθαρσις, προηγιαίτατον ἡ τοῦ πρωτοπαθήσαντος ἐστὶν θεραπεία, καὶ μετ᾽ αὐτὴν ἡ τῆς ὑστέρας ὑπόμνησις. τὴν δὲ τούτων σημείωσιν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν. ὅταν δὲ μηδὲν ἐκείνων παρῇ πρόδηλόν ἐστιν αὐτὴν πρωτοπαθεῖν τὴν ὑστέραν. μὴ κωλυούσης οὖν ἡλικίας, ἢ ἕξεως, ἢ ἑτέρου τινός, φλεβοτομία χρηστέον, μὴ πρὸ τῆς ἐμμηνίων προθεσμίας. παρελθούσης δ᾽ ἐπιμετρείσθωσαν ἡμέραι δέκα. ἀφαιρείσθω δὲ μήτε πλέον β. S. λιτρῶν, μήτε ἔλαττον μιᾶς, εἴτε φλεβοτομήσαιμεν, εἴτε μὴν, τῇ διὰ κολοκυνθίδος ἱερᾷ καθαίρειν, διδόντας δύο δραχμῶν πλῆθος ἐν ϛ. Κο. μελικράτου. πυρετοῦ δὲ παρόντος, τῇ μὲν ἱερᾷ χρῆσθαι οὐκ ἐγχωρεῖ. εὔκαιρον δὲ ἐστι φλεβοτομεῖν ἐν ταῖς πρώταις τοῦ πυρέσσειν ἡμέραις. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν ἀναληπτέον ἐπ᾽ ὀλίγας ἡμέρας ἐν δὲ ταῖς ἑξῆς γυμναζέσθω περιπάτοις, τρίψεσι τῶν κάτω, καὶ λουέσθω. τροφαὶ δὲ ἁρμόζουσιν εὐδιοίκητοι καὶ ὑγραὶ, λάχανα τὰ γλυκέα ἅπαντα, ἰχθύων οἱ πετραῖοι, πτηνῶν τὰ ἁπαλώτερα, γαλακτοποσίαι, μελιτώματα, οἶνος λεπτὸς λευκὸς, μὴ πάνυ παλαιὸς, ἄθετα κρέα, καὶ

DE MENSIVM SVPpreſſione.

P. Æg. lib. 3. c. 61. Supprimitur menſtrua purgatio aliquando toto corpore malè affecto, aliquando ubi uterus ipſe propriam affectionem ſuſcepit, propter loci frigiditatem, aut plagam aut intemperiem ex natiuitate, aut ob acquiſititiam uexationem. Plerunque uerò ex abortibus, & ob partem aliquam principaliorem primariò affectam, uelut eſt hepar aut uentriculus aut thorax, aut eiuſmodi quædam in diuturna affectione conſtituta. Suppreſſa uerò multarum & diuturnarum affectionum cauſa fieri ſolet. Quum igitur ob aliquam uiſcerum interaneorum affectionem primariam purgatio intercepta fuerit, aut moram traxerit, maximè operæ precium eſt primariò affectam partem curare, & poſt ipſam uteri meminiſſe. Notas autem illarum partium affectarum in ſuperioribus tradidimus, ubi uerò nihil eorum affuerit, manifeſtum eſt ipſum uterum primariò affectum eſſe. Si igitur non prohibet ætas aut habitus corporis, aut aliud quiddam, uena ſecetur, non ante præfinitum menſium tempus, ſed præterito jam dies decem adijciantur. Detrahatur autem non plus duabus libris & dimidia, neque minus una, ſi ſanè uenam ſecuerimus: ſin minus, hiera ex colocynthide purgentur, duabus drachmis datis in ſex cyathis aquæ mulſæ. Febre uerò præſente, hiera uti non expedit. Commodum autem eſt uenam ſecare in primis febrium diebus: poſt purgationem reficiantur ad paucos dies. In ſequentibus autẽ exerceantur deambulationibus, frictionibus infernarũ partium & lauentur. Cibi conueniunt qui facile concoqui ac diſtribui poſſunt & olera humida ac dulcia omnia: ex piſcibus petroſi, ex uolucribus teneriores: lactis potus, dulciaria ac mellita liba, uinũ tenue, album, non ualde uetus, ineptæ ſunt carnes & legumi-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

legumina excepta ptiſana. Vbi uerò propinquum eſt præfinitum tempus ex marinis dentur cartilaginea ac mollia uelut dictum eſt, & teſta intecta : & porrum capitatum cum ruta & pipere coctum & decoctum ipſorum bibant, tunc quoque ligamentis infernas partes adſtringant ad tres aut quatuor dies. Inſtante autem præfinito tempore, ligamenta quidem tollantur, præbibant autem myrrhæ obulum, aut fabæ magnitudinem, aut caſtorium ex paſſo, aut aqua mulſa, aut artemiſiæ decoctum, aut ſaluiæ poſt balneum, ex paſſo & uino abſinthite. Abſinthites autem uinum per totam curationem præbibatur. Præterito autem tempore præfinito, et nulla, aut non memorabili purgatione facta ad malleolum uena ſecetur, & repetita detractio fiat : poſt ſeptimum uerò aut octauum diem, purgatione ex hiera utatur, & poſt quartum diem dropacem adhibeat ad pectinem, lumbos ac femora. Et ubi per triduum aquam bibit, cataplaſma ex ſinapi ac pane madefacto, paribus portionibus imponat uſque ad æquinoctij tempus, deinde lauet. Sequenti menſe caricæ pro pane admiſceantur in decoctum fœnigræci, maluæ, pulegij, rutæ, & artemiſiæ. In ſinum uerò infundatur ſuſinum aut amaracinum, & peſſus ſubdatur ἐννεαφάρμακος à nouem quas recipit rebus appellatus, aut libauius uocatus. Eſt autem peſſus lana carpinata, & in rotunditatem ad digiti figuram redacta, in qua continentur medicamenta : atquæ hæc curatio plurimis ſuffecit ad purgationem. Si uerò fortioribus opus habuerit medicamentis, ſunt hæc. Iris Illirica pota cum uino, cyperus, ari radix, caſia, iunci rotundi odorati flos, nardus, radicis Helenij decoctum, myrrhæ fabæ græcæ magnitudo : hæc cum paſſo bibuntur, in aquæ mulſæ cyatho dimidio, & dictamni decocti cyathi duo & ammoniacum & ſagapenum. Quæ uerò ſtomachum minus noxæ expoſitum habent, his & opopanacis parum in pillulam coactum & melle cocto tinctum dari poteſt. Quin & familiaria nobis ſemina menſes mouere ſolent. Sed minus : uelut eſt fœniculum, cuminum, apium, daucus creticus, ſeſeli, amni, ſinon, cicer, cedri baccæ, & omnia urinam cientia. Appoſita autem & ſubdita faciunt hæc : Myrrha, abſinthij, aut lupinorū decocto trita, aut etiam rutæ ſucco trita, bdelliū eodē modo, ſtyrax item & oleæ ſylueſtris gum̄i, cum rutæ ſucco ſimiliter, aut ariſtolochia longa ad collyrij formā exſculpta : ſimiliter etiā magni centaurij

ὄσπρια, πλὴν πτισάνης, πλησίον δὲ τῆς προθεσμίας γενομένης, διδόναι τῶν θαλασσίων τὰ σελάχια, καὶ τὰ μαλάκια, ὡς εἴρηται, καὶ τὰ ὀστρακόδερμα καὶ τὰ κεφαλωτὰ πράσα, σὺν τῷ πηγάνῳ καὶ πεπέρει ἑψηθέντα. καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν πινέτωσαν τότε, καὶ δεσμοῖς τὰ κάτω διασφίγγειν μέρη ἐπὶ τρεῖς ἢ δ' ἡμέρας. ἐνστάσης δὲ τῆς προθεσμίας περιαιρείσθω μὲν ἡ σφίγξις, προπιπιζέσθωσαν δὲ σμύρνης ὀβολὸν, ἢ κυάμου μέγεθος, ἢ καστόριον διὰ γλυκέος, ἢ μελικράτου, ἢ ἀφέψημα ἀρτεμισίας, ἢ ἐλελισφάκου μετὰ λουτρὸν διὰ γλυκέος καὶ ἀψινθίου. ἀψινθίτης δὲ παρ' ὅλην τὴν θεραπείαν προπιπιζέσθω. παρελθούσης δὲ τῆς προθεσμίας, καὶ μηδενὸς, ἢ μὴ ἀξιολόγως ἐκκριθέντος, ἀπὸ σφυροῦ φλεβοτομητέον, καὶ ἐπαφαιρείσθω. μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἢ ὀγδόην ἡμέραν, τῇ διὰ τῆς ἱερᾶς χρήσθω καθάρσει, καὶ μετὰ δ' ἡμέραν δρωπακιζέσθω κατά τε ἦτρου καὶ ὀσφύος, καὶ μηρῶν, ὑδροποτήσασα δὲ τρεῖς ἡμέρας καταπλασσέσθω νάπυ ἴσον πρὸς ἴσον ἄρτου βεβρεγμένου, ἄχρι ὥρας ἰσημερινῆς, ἔπειτα λουέσθω. τῷ δὲ ἑξῆς μηνὶ ἰσχάδες ἀντὶ τοῦ ἄρτου μιγνύσθωσαν εἰς ἀφέψημα τήλεως, καὶ μαλάχης, καὶ γλήχωνος, καὶ πηγάνου καὶ ἀρτεμισίας. εἰς δὲ τὸν κόλπον ἐγχυματιζέσθω, σούσινον, ἢ ἀμαράκινον. καὶ πεσσὸς προστιθέσθω ὁ ἐννεαφάρμακος ἢ ὁ λιβάνιος. πεσσὸς δὲ ἐστιν ἔριον διεξασμένον, καὶ ἤθοι σφαιρωθὲν, δακτύλου σχῆμα εἰληφὸς ἐν ᾧ ἐγκατέχεται τὰ φάρμακα. αὕτη μὲν οὖν ἡ θεραπεία πλείστοις ἤρκεσεν πρὸς κάθαρσιν. εἰ δὲ ἰσχυροτέρων δεήσοι φαρμάκων, εἰσὶ τάδε. ἶρις ἰλλυρικὴ πινομένη μετ' οἴνου, καὶ κύπειρος, καὶ ἄρου ῥίζα, καὶ κασσία, καὶ σχοίνου ἄνθος, καὶ νάρδος, ἑλενίου δὲ ῥίζης ἀφέψημα, καὶ σμύρνη κυάμου ἑλληνικοῦ μέγεθος, σὺν γλυκεῖ πινόμενα ἐν ἡμίσει κυάθου μελικράτου. καὶ δικτάμνου ἀφεψήματος Κ°. β. καὶ ἀμμωνιακὸν καὶ σαγαπηνόν. ταῖς δὲ δυσπαθεστέραις τὸν στόμαχον, καὶ ὀποπάνακος βραχὺ σφαιρωθὲν, καὶ ἐν ἀπέφθῳ μέλιτι βραχὲν, καὶ τὰ συνήθη δὲ ἡμῖν σπέρματα κινεῖν πέφυκεν, ἔλαττον δέ. οἷον μάραθρον, κύμινον, σέλινον, δαῦκος κρητικὸς, σέσελι, ἄμι, σίνων, ἐρέβινθοι, καὶ κερκίδες, καὶ πάντα τὰ διουρητικά, προσθετὰ δὲ, σμύρνα, ἀψινθίου ἢ θέρμων ἀφεψήματι λεανθεῖσα, ἢ πηγάνῳ λεανθεῖσα, βδέλλιόν τε ὡσαύτως στύραξ τε καὶ τῆς ἀγρίας ἐλαίας τὸ κόμμι, ἢ πηγάνου χυλοῦ ὁμοίως, ἢ μακρὰ ἀριστολοχία διαγλυφομένη εἰς σχῆμα κολλυρίου. παραπλησίως δὲ καὶ ἡ τοῦ μεγάλου κενταυρίου

 ῥίζα,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ῥίζα, ἢ ἐλλεβόρου, ἢ ὀπὸς σκαμμωνίας, καὶ κολοκυνθίδος ἐντεριώνη καθ' ἑαυτὴν, καὶ ἀρτεμισία καταπλασσομένη μετὰ πηγάνου, καὶ χαλβάνη ὑποθυμιωμένη. ταῦτα δὲ αὐτὰ καὶ τὰ ἔμβρυα πέφυκε ἐκβάλλειν.

radix, aut ueratri aut ſcammoniæ ſuccus, & colocynthidis medulla per ſe, & artemiſia impoſita cum ruta & galbanum ſuffitum: eadem etiam fœtus eijcere ſolent.

ΠΕΡΙ ΥΠΕΡΚΑΘΑΡσεως καὶ αἱμορραγούσης ὑστέρας.

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. ξβ. Ὑπερκαθάρσεις δὲ γυναιξὶν γίνονται, ποτὲ μὲν, τῶν καταμηνίων ἐπιτεινόντων καὶ ἀθροώτερον φερομένων. ποτὲ δὲ ἐπὶ τελείαις ἀποτέξεσιν, αἵ τινες ὡς τὸ πολὺ καὶ αὐτομάτως παύονται. συνεχῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἀμβλώσεσιν, ἰσχυρῶς αἱμορραγοῦσιν. ὥστε πολλάκις ἐπιγίνεσθαι κίνδυνον. πρῶτον μὲν οὖν διασφίγγειν τὰ κῶλα ἀπό τε μασχαλῶν καὶ βουβώνων. διδόναι δὲ πιεῖν ὀξύκρατον μὴ ψυχρὸν, καὶ προσαντλεῖν ὀξυκράτῳ. ἐπιτιθέναι τε τοῖς τόποις πολλὰ ἔρια ἐξ οἴνου καὶ ἐλαίου ἢ ῥοδίνου, ἢ μηλίνου, ἢ μυρσίνου ἀποτεθλιμμένα. τροφὴν δὲ δοτέον, χόνδρον πλυτὸν ἐξ ὀξυκράτου, ἢ ὄρυζαν, ἢ ἄλικα. οἴνου δὲ ἀπέχονται. ὑδρόμηλον αὐστηρὸν, ἢ ὀμφακόμελι, ἢ τι τῶν τοιούτων αὐταῖς δοτέον. προποτίζειν δὲ βαλαύστιον ἐν ὀξυκράτῳ, ἢ ὑποκυστίδος, ἢ ἀκακίας χυλὸν, ἢ λύκιον, ἢ σάμιον ἀστέρα, ἢ ὄμφακα ξηρὸν, ἢ ῥέον, ἢ φακοῦ ἐξ ἰταλικοῦ κεραμίου καυθέντος τὴν σποδὸν, ἢ σήσαμον ἐσθίειν ἐν ὀξυκράτῳ βραχέντα. ἕως οὖν τρυφερὸν γένηται. πρόσθετα δὲ διὰ τοῦ γυναικείου, στέλλει τὰς αἱμορραγίας, ὑποκυστίδος χυλὸς, ἢ ἀκακίας σὺν μάννῃ λειωθέντες σὺν ὄξει. θαυμαστῶς δὲ ἀρήγει σπόγγος οἴνου, ἢ ὑγρᾶς πίσσης δευθεὶς καὶ προσθεθεὶς. ἢ κενομένου αὐτοῦ, ἢ σποδιὰ μετὰ ὄξους, ἢ ὀξυκράτου προστιθεμένη. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ φελλοῦ τοῦ ἀπὸ τοῦ ἰταλικοῦ κεραμίου καυθέντος σποδιά. ἔξωθεν δὲ ἐπιτιθέμενα ὠφελεῖ τὰ στύφοντα ἐπιθέματα καὶ τὰ διὰ φοινίκων καὶ κυδωνίων καταπλάσματα. προσειληφότα σίδια ἢ πρινοβαλάνους, ἢ βάτου σὺν ἀκρέμονας, ἢ σχίνου φύλλα. βαλαύστιον, ἀκακίαν, ὑποκυστίδα, κηκῖδα, βραθὺ, στυπτηρίαν, μάλιστα δὲ τοῦτο. ταυρόκολλα βρέχεται ὀξυκράτῳ ἕως οὗ διαλυθῇ. ἔπειτα εἰς ῥάκος ἰσχυρὸν ἐμπλάσσεται καὶ κολλᾶται τῇ ὀσφύϊ. ἐνεργῶς δὲ πρὸς τοῦτο ποιοῦσι, καὶ αἱ κολλητικαὶ τῶν ἐμπλάστρων. οἷον ἁρμονία, ἱκέσιος, ἀθηνᾶ, μηλίνη ἰνδικὴ, καὶ αἱ παραπλήσιοι. πεσσοῖς δὲ χρῆσθαι πρὸς αἱμορραγίαν κηκῖδος, τὸ ἐντὸς λεῖον καὶ λιβανωτὸν διεὶς ὕδατι προστίθει. ἢ κυτίνους, ἢ ῥοὰς γλυκείας ὁμοίως. ἢ πολύγωνον λεῖον. συνθέτῳ

DE NIMIA PVRGAtione uteri & ſanguinis ex eo eruptione.

PAulus Ægineta lib. 3. cap. 62. Nimiæ purgationes mulieribus fiunt: quandoque dum menſes augentur, & aceruatius feruntur: quandoque in partu perfecto, quæ plerunque etiam ſua ſponte ceſſant. Frequenter autem & ex abortibus uehementer ſanguis erumpit, ut ſæpe periculum incurrant. Primum igitur conſtringendi ſunt artus ab alis & ab inguinibus. In potu uerò danda eſt poſca, non frigida & poſca quoque affundenda imponendæque locis multæ lanæ ex uino & oleo, aut roſaceo, aut melino, aut myrteo expreſſæ. Cibus detur Chondrus lotus ex poſca, aut oryza, aut alica, hydromelum quoque auſterum, aut omphacomeli aut talium quiddam ipſis detur. Præbibant autem balauſtium in poſca aut hypocyſtidis aut acaciæ ſuccum, aut Lycium aut ſamium aſterem aut uuam acerbam ſiccam, aut rheon, aut ſuberis ex Italico uaſe uſti cinerem, aut ſeſamum edant in poſca maceratum, donec molleſiat. Appoſita uerò & in pudenda ſubdita ſanguinis eruptiones ſiſtunt, hypocyſtidis ſuccus aut acaciæ, triti cum manna in aceto. Mirificè uerò auxiliatur ſpongia uino aut pice liquida imbuta ac appoſita: aut uſtæ ipſius cinis cum aceto aut poſca appoſitus, ſimiliter etiam ſuberis ex Italico uaſe uſti cinis. Forinſecus autem impoſita proſunt, epithemata adſtringentia & cataplaſmata ex palmulis ac malis cydonijs, in quæ addita ſunt malicorium, ilicit glandes, rubi uirgulta, lentiſci folia, balauſtium, acacia, hypocyſtis, gallæ parum, alumen. Maximè autem hoc. Glutinum maceratur in poſca, donec fuerit diſſolutum, deinde in robuſtum linteum inducitur ac lumbis agglutinatur. Efficaciter quoque ad hoc faciunt emplaſtra glutinatoria, uelut eſt, Harmonia, Iceſium, Athena, Melinum, Indicum & ſimilia. Peſſis autem utendum eſt ad ſanguinis eruptionem his: Gallæ internam partem tritam, & thus aqua dilue ac appone aut flores mali Punici dulcis ſimiliter, aut polygonum tritum: compoſito

uerò

uerò hoc: aluminis ſciſſi, gallarum internæ partis, ſucci acaciæ, mannæ ſingulorum drach. quatuor: ouorum aſſatorum uitelli quinque: ſicca teruntur ſucco plantaginis & miſcentur. Vſus autem tempore in peſſum laneum excipiuntur, & in roſaceum tinguntur ac apponuntur. Sed & cucurbitæ leues, magnæ, ſæpe ſub mammas appoſitæ, abunde reuellunt. Inſeſſus autem ijs quibus ſanguis erumpit conueniunt hi, Iunci acuti capitulorum, myrti, roſatum, rhamni foliorum, rubi uirgultorum, ſingulorum æquales partes in aqua coquito, & inſidere jubeto. Aliud. Corticis radicis, mali punici dulcis, myrti, corticis cupreſſi ſingulorum partes tres: gallæ partem unam, coquito in aqua ſufficiente. Cæterum per clyſterem uterifuſorium plantaginis ſuccum infundito, aut ſeridis, aut polygoni, aut ſolani, aut perdicij, aut pſillij, aut hypocyſtidis, aut acaciæ. Indantur etiam hæc per lanam, aut digitum, aut ſpecillum, aut pennam in longitudinē formatā, uſq; ad uteri oſculum, ſed & Andronis paſtillus per uteri fuſorium clyſterem, cum aliquo ex prædictis ſuccis, aut cum uino aſtringente imiſſus, efficax eſt medicamentū.

DE FLVXV MVliebri.

PAulus Ægi. lib. 3. cap. 63. Fluxus muliebris, eſt fluxio uteri per quam totum corpus expurgatur. Tali autem ſpecie præditum eſt id quod euacuatur, quale eſt id quod redundat. Aliud enim eſt rubicundum, uelut ſeroſus ſanguinis humor, aliud album, à pituita: aliud pallidum ab amara bile: aliud aquoſum. Si uerò aliquando ſanguis purus uelut in uenæ ſectione feratur, diligenter animaduertere oportet, annè aliqua eroſio facta eſt in utero. Notæ fluxus ſumuntur ex eo, quod aſſiduè loci humectantur, humoribus colore diuerſis, & ex eo quod ægrota decolor eſt, alimentum non ſentit, cibum auerſatur, & in deambulando difficulter ſpirat, & tumidos oculos habet: & ex eo quòd aliquando cùm dolore, aliquando ſine dolore fit, & aut cum ulceratione, aut citra ulcerationem, aut inflammatam, aut ſordidam, aut puram. Proinde toti corpori opitulari oportet, cum humida ſit affectio, per ſiccantia citra manifeſtam calefactionem, & per frictiones totius corporis, & per unctiones ex melle abunde coctо. Danda ſunt etiam urinā cientia medicamenta: uelut eſt aqua in qua aſarum, & apium ſunt incocta: euacuandum quoq; totum corpus per aluum. Ad hæc portulaca comeſta, & ſuccus eius potus prodeſt, item balauſtium, rubi fructus & flos, quercus membrana illa quæ ſub cortice trunci eſt, & quæ ſub cortice ipſius glandis.

διὲ συπηρίας σχιστῆς, κηκίδων τοῦ ἐντὸς ἀκακίας χ°. μαίνης ἀνὰ L. δ. ὠῶν ὀπτῶν λέκυθοι δ. τὰ ξηρὰ λεαίνεται χυλῷ ἀρνογλώσσου, καὶ μίγνυται. ἐν δὲ τῇ χρήσει ἀναλαμβάνεται εἰς πεσσὸν ἐρεοῦν, καὶ ἀποβάπτεται εἰς ῥόδινον καὶ προστίθεται. καὶ σικύαι δὲ κοῦφαι μεγάλαι, πολλάκις ὑπὸ τοὺς τιτθοὺς προστεθεῖσαι, ἱκανῶς ἀντισπῶσιν. ἐγκάθισμα δὲ ταῖς αἱμορραγούσαις. ὀξυσχοίνου κεφαλῶν μυρσίνης, ῥόδων, ῥάμνου φύλλων, βάτου ἀκρεμόνων, ἴσα ἑψήσας ἐν ὕδατι ἐγκάθιζε. Ἄλλο. ῥοιᾶς γλυκείας ῥίζης φλοιοῦ, μυρσίνης, κυπαρίσσου φλοιοῦ ἀνὰ με. γ. κηκίδος με. α. ὕδατι τὸ ἀρκοῦν. ἐγχυμάτιζε δὲ διὰ μητρεγχύτου, χυλὸν ἀρνογλώσσου, ἢ σέρεως, ἢ πολυγόνου, ἢ στρύχνου, ἢ περδικίου, ἢ ψυλλίου, ἢ ὑποκυστίδος, ἢ ἀκακίας καὶ ἐντιθέσθω ταῦτα διὰ ἐρίου, ἢ δακτύλου, ἢ μήλης, ἢ πτεροῦ, εἰς μῆκος ἐσχηματισμένου, ἄχρι τοῦ στομίου. καὶ ὁ Ἄνδρωνος δὲ τροχίσκος, ἐγχυματιζόμενος διὰ μητρεγχύτου, μετά τινος τῶν εἰρημένων χυλῶν, ἢ οἴνου στύφοντος, ἐνεργές ἐστι φάρμακον.

ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΥ ῥοῦ.

Π. Αἰγ. βιβ. γ. κεφ. ξγ. Ῥευματισμός ἐστιν ὑστέρας, ὁ ῥοῦς ὅλου τοῦ σώματος ἐκκαθαιρομένου. τοιοῦτον δὲ ἐστι. ἰδέαν ἐστὶ τὸ κενούμενον, οἷον καὶ τὸ πλεονάζον. τὸ μὲν ἐρυθρὸν. οἷον ἰχὼρ αἵματος. ἕτερον δὲ λευκὸν, ἀπὸ φλέγματος. ὠχρὸν δὲ ἄλλο, τὸ πικρόχολον. Ἄλλο δὲ ὑδατῶδες εἰ ποτὲ δὲ αἷμα καθαρὸν, ὡς ἐν φλεβοτομίᾳ φέροιτο, προσέχειν ἀκριβῶς μή τις ἀνάβρωσις γέγονεν ἐν τῇ μήτρᾳ. σημειωτέον δὲ τὸν ῥοῦν, ἐκ τοῦ συνεχῶς ἐπικαθυγραίνεσθαι τοὺς τόπους, διαφόροις κατὰ χροιὰν ὑγροῖς. τὴν δὲ κάμνουσαν ἄχροειν, ἄτροφον, ἀνόρεκτον. κἂν τοῖς περιπάτοις δυσπνοεῖν καὶ οἰδηκότας ἔχειν τοὺς ὀφθαλμούς. καί ποτε μὲν μετὰ πόνου, ποτὲ δὲ χωρὶς πόνου γίνεσθαι. καὶ ἢ μεθ' ἑλκώσεως ἢ χωρὶς ἑλκώσεως, ἤτοι φλεγμαινούσης, ἢ ῥυπαρᾶς, ἢ καθαρᾶς ὅλῳ μὲν οὖν τῷ σώματι βοηθεῖν τοῖς ξηραίνουσιν, ὑγροῦ τοῦ πάθους ὄντος, χωρὶς τοῦ θερμαίνειν ἐπιφανῶς. τρίψεσι δὲ τοῦ σώματος ὅλου καὶ χρίσεσι διὰ μέλιτος ἱκανῶς ἑψηθέντος, καὶ διουρητικὰ φάρμακα διδόναι. οἷον ἐστὶν ὕδωρ ἐνεψηθέντος αὐτῷ ἀσάρου καὶ σελίνου. κενοῦν δὲ καὶ διὰ γαστρὸς ὅλον τὸ σῶμα. πρὸς δὲ γε τούτοις ἀνδράχνη ἐσθιομένη καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς πινόμενος ὠφελεῖ. βαλαύστιον, βάτου ὁ καρπὸς καὶ τὸ ἄνθος, δρυὸς τὰ ὑπὸ τῷ φλοιῷ τοῦ πρέμνου τὸ ὑμενῶδες, καὶ τὸ ὑπὸ τῷ κελύφει τῆς βαλάνου.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ἱππουρις μάλιστα τὸν ἐρυθρὸν ῥοῦν πινομένη δι' ὕδατος ἢ οἴνου, ἢ ὑποκυστίς. σχίνου ὁ καρπὸς φρυγεὶς μετ' οἴνου πινόμενος. σάμιος ἀστὴρ, λημνία σφραγίς, πιτύα λαγωοῦ, ἢ ἐρίφου, ἢ ἀρνὸν, ἢ μόσχου, ἢ ἐλαφείου. γίγαρτα, λεῖα, μύρτα, ὄμφαξ ξηρὸς, πίτυος φλοιός, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς αἱμοῤῥαγούσης ὑστέρας εἰρημένα, τὰ μὴ λίαν δραστήρια. ὅταν δὲ μετὰ πόνου φέρηται, διὰ μητρεγχύτου, ἢ κλυστῆρος, χυλὸν ἄλικος ἢ πτισάνης, ἢ τράγου, ἢ ὀρύζης ἐνετέον αὐτῇ, μετά τινος τῶν ἀνωδύνων φαρμάκων, καὶ ἐν μὲν τοῖς παροξυσμοῖς, παρηγορητέον ἐν δὲ τοῖς διαλείμμασι, περιοδίζει γὰρ ἐνίοτε, μετασυγκρίνειν ἐώραις διαφόροις, περιπάτοις, ἀναφωνήσεσιν, ἀλείμμασιν, σικύαις δρώπαξι κατὰ τῶν ὑπερκειμένων, κλιώσεσι, τρίψεσι. ψιλώθροις, σμήγμασι, σιναπισμοῖς, ἐμέτοις ἀπὸ ῥαφανίδων, ἀναληπτικῇ ἐπιμελείᾳ, λουτροῖς, οἴνῳ, ποικίλῃ τροφῇ.

Hippuris rubicundum maximè fluxum ſiſtit pota ex aqua aut uino, item hypocyſtis, lentiſci fructus torrefactus cum uino potus. Samius aſter, Lemnium ſigillum, coagulum leporis aut hœdi, aut agni, aut uituli, aut cerui, uinacea trita, myrti baccæ, uua acerba ſicca, pinus cortex, & quæ in ſanguinis ab utero eruptione dicta ſunt, quæ non ualde efficacia exiſtunt. Quum uerò cum dolore fertur, per uteri fuſorium aut alium clyſterem, ſuccum alicæ aut ptiſanæ, aut tragi, aut oryzæ, infundito, cum aliquo dolorem ſedante medicamento. Et in exacerbationibus quidem mitigatoria adhibeantur: in interuallis autem, (per circuitus enim aliquando affligit) ex alto euocare ac meatus transmutare oportet per diuerſas geſtationes, deambulationes, uociferationes, iunctiones, cucurbitas, dropaces partium ſuperincumbentium, inſolationes, frictiones, pſilothra, ſmegmata, ſinapiſmos, uomitus à raphanis, uictum refectorium, balnea, uinum, uarium cibum.

ΠΕΡΙ ΦΛΕΓΜΟΝΗΣ ΥΣΤΕΡΑΣ καὶ παρεκλύσεως.

Κεφάλ. ξδ.

Η φλεγμονὴ τῆς ὑστέρας ἐκ πλειόνων αἰτίων γίνεται. καὶ γὰρ ἐκ πληγῆς, καὶ τῆς τῶν ἐμμηνίων ἐποχῆς, ἀπό τε ψύξεως καὶ πνευματώσεως, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐξ ἀμβλώσεως, καὶ ἐκ τοκετῶν διὰ κακὴν κύησιν. παρέπεται δὲ τῇ φλεγμονῇ τῆς μήτρας, πυρετὸς ὀξὺς, ὀδύνη τε, τῆς κεφαλῆς, καὶ τένοντος. καὶ βάσεων ὀφθαλμῶν, καρπῶν τε καὶ δακτύλων, καὶ τραχήλου κατὰ σπασμός. παρέγκλισις ἐπὶ τἀναντία, στομάχου συμπάθεια. μύσις τῆς ὑστέρας στομίου σφυγμοὶ μικροί, πυκνοί. καὶ εἰ μὲν ἀμυδρὰ εἴη ἡ φλεγμονὴ, οὐκ ἰσχυρῶς αὐτὴν ὀδυνῶνται τὴν ὑστέραν. εἰ δὲ ἰσχυρὰ, καὶ αὐτὴ πᾶσα σφυγματωδῶς ὀδυνᾶται. ὅλη μὲν φλεγμαίνουσα, δι' ὅλης αὐτῆς. εἰ δὲ μέρος φλεγμαίνοι, κατὰ τοῦτο μᾶλλον ἡ ὀδύνη διασημαίνει. τῶν μὲν γὰρ ὄπισθεν αὐτῆς μόνον φλεγμαινόντων, τὸ ἄλγημα κατὰ τὴν ὀσφὺν γίνεται. τὸ σκύβαλον ἐπέχεται, θλιβομένου τοῦ ἀπευθυσμένου. τῶν δὲ ἔμπροσθεν, ἥ τε ὀδύνη κατὰ τὸ ἦτρον, καὶ στραγγουρία ἢ δυσουρία γίνεται, τῆς κύστεως θλιβομένης τῶν δὲ πλευρῶν φλεγμαινόντων, οἵ, τε βουβῶνες τείνονται. καὶ τὰ σκέλη βαρύνονται, τοῦ δὲ πύγματος φλεγμαίνοντος, κατὰ τὸν ὀμφαλὸν ὁ πόνος μάλιστα γίνεται σὺν ὄγκῳ. περὶ δὲ τὸ στόμιον οὔσης τῆς φλεγμονῆς, κατὰ τὸ ἐπιγάστριον ὀδυνῶνται, καὶ τῷ δακτύλῳ καθιεμένῳ σκληρὸν καὶ ἀπηνὲς ὑποπίπτει τὸ στόμιον. ἐν οὖν τῇ θεραπείᾳ. πρῶτον

DE INFLAMMATIONE uteri ac declinatione.

Caput LXIV.

INflammatio uteri fit ex pluribus cauſis. Nam & ex plaga & menſium ſuppreſſione & frigiditate, & inflatione: non minus etiam ex abortu, & partu propter malam partus editionem. Sequitur ad uteri inflammationem febris acuta, dolorque capitis ac tendinis, & baſis oculorum, juncturæque manuum ac digitorum, & colli detractio, & declinatio ad contraria, ſtomachi per conſenſum affectio, oſculi uteri concluſio, pulſus parui, denſi. Et ſi obtuſa fuerit inflammatio, non uehementer uterum dolent: ſi uerò fortis, etiam ipſe totus pulſatorio modo dolet per totum, ſi totus eſt inflammatus: ſin pars inflammata fuerit, circa hanc magis dolor de ſe ſignificationem præbet. Si enim poſteriores ipſius partes ſolum inflammatæ ſunt, dolor circa lumbos fit, & ſtercora ſupprimuntur ex recti inteſtini compreſſione: ſi anteriores, dolor circa pectinem fit, & urinæ ſtillicidium, ac emittendæ difficultas ex ueſicæ compreſſione. At lateribus inflatis & inguina tenduntur, & crura grauantur, ſi uerò fundum ipſius inflammatum fuerit, circa umbilicum dolor maximè conſiſtit cum tumore. At ſi circa oſculum eſt inflammatio, circa ſupernum uentrem dolent, & digito immiſſo durum ac renitens oſculum occurrit. In curatione igitur, primùm

irrigatio-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

irrigatione ex uino & oleo aut uino & roſaceo utendum eſt, circa pectinem & lumbos per lapſos lanæ putæ, citra deligationem. Cibi abſtinentia indicitur uſque ad tertium diem, poſt quam uena ſecanda eſt in cubito ſi nihil prohibuerit. Nutriantur autem alica ex aqua mulſa aut pane, aut ouo ſorbili, alternis diebus: Poſt quintum diem cataplaſma imponatur ex polline, ſemine lini fœnogræco, ex aqua mulſa, in qua papaueris capita cocta reiecta ſunt, & oleo. Si uerò indignetur aduerſus calidítates inflammatio, ut pote ignis ſacri naturam habens, ad melilotum in paſſo coctum ac tritum adijce uitellos ouorum aſſatorum cum roſaceo, aut melino, aut crocino & impone, aut palmulas uino diluto feruefactas cum polente polline trito addito aliquo ex relatis unguentis & imponito. *Declinatione uerò contingente* ceratum nardinum, aut cyprinum adhibeto, per totam uerò curationem, etiam inſeſſibus utendum eſt, ex decocto fœni græci, aut ſeminis lini, maluæ, artemiſiæ & ex oleo: in ijs autem quæ ferre nequeunt calorem, ex aqua calida, affuſo roſaceo. Peſſi uerò & infuſa aſſumantur, ex œſypo, butyro, medulla ceruina, adipe anſerino, unguento ſuſino & cera Tyrrhenica. Verùm quæ calorem ſuſtinere poſſunt, in ijs etiam aureus appellatus peſſus conueniet, & enneapharmacus: quæ uerò non ſuſtinent, cum ouo & roſaceo, & adipe anſerino aut gallinaceo. Ad feruidiores autem inflammationes, emplaſtrum ex ſuccis in duplici uaſe cum roſaceo liquefacito, & ſuccum plantaginis, aut ſeridis, aut Cichorij, aut intybi miſceto: aut hoc utitor: Adipis anſerini, aut ſuilli recentis drach. quatuor, cerati roſacei, aut ſuſini ſextantem, uitellorum ouorum aſſatorum uncium unam, croci drach. unam, myrrhæ obolos tres, opij obolos duos, aut pro opio papaueris capitum decoctum. Si uerò multus uexat dolor, ſucci papaueris magnitudinem fabæ cum lacte muliebri ac ſucco fœnigræci apponendam præbe. Cæterùm ad inflammationes cum duricia, emplaſtrum tetrapharmacum roſaceo dilutum apponito, aut infundito. Quin & declinationes uteri circa exacerbationes quidem, ſimiliter uelut inflamationes curentur, uerùm in remiſſionibus, & mali declinatione, ijs quæ magis molliunt utendũ eſt: in inueteratis autem, ijs quæ ex alalto euocant, & meatus tranſmutant. Si uerò extrinſecus duricia eſt, malagmatis utendum, eo quod ex meliloto paratur, & Mnaſeæ inſcripto, & Iceſij, & melino

μὲν ἐμβροχῇ δι᾽ οἰνελαίου ἢ οἰνοροδίνου χρηστέον, κατὰ τὸ ἦτρον καὶ τὴν ὀσφὺν διὰ πιλημάτων ἐξ ἐρίου καθαροῦ χωρὶς ἐπιδέσεως. καὶ ἀσιτία μέχρι διατρίτου μεθ᾽ ἣν φλεβοτομητέον ἀπ᾽ ἀγκῶνος, εἰ μηδὲν κωλύοι. θρεπτέον δὲ χόνδρῳ ἐκ μελικράτου ἢ ἄρτῳ, ἢ ᾠῷ ῥοφητῷ παρὰ μίαν. μετὰ δὲ τὴν πέμπτην καταπλαστέον γύρει, λινοσπέρμῳ, τήλει, διὰ μελικράτου ἐν ᾧ κωδίαι ἀφεψηθεῖσαι ἐρρίφησαν, καὶ ἐλαίου, εἰ δὲ ἀγανακτοίη πρὸς τὰς θερμασίας ἡ φλεγμονὴ ἐρυσιπελατώδης οὖσα, μελίλωτον ἑψήσας ἐν γλυκεῖ καὶ τρίψας, ἐπίβαλλε λεκύθους ᾠῶν ὀπτῶν, σὺν ῥοδίνῳ, ἢ μηλίνῳ, ἢ κροκίνῳ, καὶ κατάπλασσε, ἢ φοίνικας οἴνῳ κεκραμένῳ ζέσας λείου μετὰ παιπάλης, ἀλφίτων καὶ τινος τῶν εἰρημένων μύρων καὶ κατάπλασσε. παρακμῆς δὲ γενομένης, κηρωτὴν ναρδίνην, ἢ κυπρίνην ἐπιρριπτέον. παρ᾽ ὅλην δὲ τὴν θεραπείαν καὶ τοῖς ἐγκαθίσμασιν χρηστέον δι᾽ ἀφεψήματος τήλεως ἢ λινοσπέρμου, μαλάχης, ἀρτεμισίας, ἐλαίου. ἐπὶ δὲ τῶν μὴ ἀνεχομένων τῆς θέρμης, δι᾽ ὕδατος θερμοῦ ῥοδίνου ἐπιχεομένου. πεσσοὺς δὲ καὶ ἐγχυματισμοὺς παραληπτέον, δι᾽ οἰσύπου μὲν καὶ βουτύρου, καὶ μυελοῦ ἐλαφίου, καὶ χηνὸς στέατος, καὶ σουσίνου μύρου, καὶ κηροῦ τυρρηνικοῦ. ἐφ᾽ ὧν ἀνέχονται θερμασίας, καὶ ὁ χρυσοῦς δὲ προσαγορευόμενος πεσσὸς ἁρμόσει ταύταις, καὶ ἡ ἐννεαφάρμακος. ἐφ᾽ ὧν δὲ μὴ ἀνέχονται, δι᾽ ᾠοῦ, καὶ ῥοδίνου καὶ χηνὸς στέατος ἢ ὄρνιθος, πρὸς δὲ τὰς πυροδεστέρας φλεγμονὰς τῆς διὰ χυλῶν ἐμπλάστρου ἐν διπλώματι μετὰ ῥοδίνου τήξεως μίγνυε χυλὸν ἀρνογλώσσου, ἢ σέρεως, ἢ κιχωρίου, ἢ ἰντύβου. ἢ τούτῳ χρῶ. στέατος χηνίου, ἢ ὑείου προσφάτου L. δ. κηρωτῆς ῥοδίνης, ἢ σουσίνης Γο. β. ᾠῶν ὀπτῶν λεκύθων Γο. α. κρόκου L. α. σμύρνης τριώβολον. ὀπίου ὀβολοὺς β. ἢ ἀντὶ ὀπίου κωδυῶν ἀφέψημα. πολλῆς δὲ τῆς ὀδύνης οὔσης, ὀποῦ μήκωνος ὅσον φακοῦ μέγεθος μετὰ γάλακτος γυναικείου, καὶ χυλοῦ τήλεως, δίδου προστίθεσθαι. πρὸς δὲ τὰς μετὰ σκληρίας φλεγμονάς, τὴν τετραφάρμακον ῥοδίνῳ λύσας, προστίθει ἢ ἔγχει. καὶ τὰς παρεγκλήσεις δέ, κατὰ μὲν τοὺς παροξυσμοὺς ἐμφερῶς ταῖς φλεγμοναῖς θεραπευτέον. ἐν δὲ ταῖς ἀνέσεσι καὶ παρακμαῖς, μαλακτικωτέροις. καὶ χρονισάντων δέ, τοῖς μετασυγκριτικοῖς, ἔξωθεν δὲ σκληρίας οὔσης, μαλάγμασι χρηστέον, τῷ διὰ μελιλώτων, τῷ μνασαίου, τῇ ἰκεσίου, τῇ μελίνῃ

σεραπίωνος, ἢ τῇ πυρίνῃ. δίαιτα δὲ, κατάρχας μὲν λεπτή. παρακμῆς δὲ γινομένης ὀλίγης, ἐπὶ λουτρὸν ἀκτέον. ποικιλοτέρα τε καὶ ἀδροτέρα χρηστέον τροφῇ.

Sarapionis, aut pyrino, emplaſtris. Victus ab initio quidem ſit tenuis, declinatione uerò modica contingente, ad balneum ducantur, & pleniore cibo utantur.

ΠΕΡΙ ΑΠΟΣΤΗΜΑΤΟΣ ὑστέρας.

Κεφάλ. ξε.

Τῆς φλεγμονῆς εἰς ἀπόστασιν μεταβαλλομένης τὰ μὲν λεχθέντα σημεῖα ἐπιταθήσεται, προσέτι δὲ ἄτακτοι μετὰ φρίκης αὐταῖς ἐπισημασίαι γίνονται. κατὰ μὲν οὖν τοὺς πρώτους χρόνους ἐπιτεταμέναι σὺν ταῖς ὀδύναις. τελείως δὲ διαπυησάσης, ἐπὶ ποσὸν ἀνίενται. περὶ δὲ τὸν τῆς ῥήξεως καιρὸν οἵ τε πόνοι δριμύτεροι πολλάκις ἔδοξαν ἐμπεσεῖν νυγματωδῶς, καὶ τὰ πυρέτια σφοδρότερον ἐνοχλεῖ, καὶ ποτὲ μὲν οὖρον ἐπέχεται ποτὲ δὲ κόπρος. παρὰ τὸ πεπονθὸς τῆς ὑστέρας μέρος γινομένου τοῦ παραποδισμοῦ. ποτὲ δὲ ὄγκος παρὰ τὸ ἐφέβαιον, καὶ οἷον κλυδασμοῦ συναίσθησις. ὁπότε τὸ ἀπόστημα μεῖζον ᾖ. τὸ δὲ ἐν τοῖς προχείροις τόποις καὶ διὰ διοπτρισμοῦ, ἢ δακτύλων ἁφῆς καταλαμβάνεται. πρὸς τὸ καὶ τὰς ὀδύνας ἰσχυροτέρας ἴσχειν διὰ τὸ νευρῶδες τοῦ στομίου ὥσπερ οὖν τὸ ἐν τῷ πυθμένι, καὶ κατὰ τὸν κόλπον, ἀπονότερόν ἐστιν, καὶ τοῖς μὲν δακτύλοις ὄγκος οὐχ ὑποπίπτει. τὸ δὲ στόμιον ἰσχνότερον δείκνυται. τῇ μὲν οὖν τάχιον ἐκπυήσει συνεργητέον διά τε καταπλασμάτων τῶν διὰ τήλεως, καὶ λινοσπέρμου, καὶ κριθίνου ἢ σιτίου ἀλεύρου, παραπλεκομένων αὐτοῖς σύκων ἑφθῶν. ποτὲ δὲ καὶ περιστερᾶς κόπρου. καὶ ἐγκαθίσμασι δὲ τοῖς ἐπὶ φλεγμονῇ συνεχέστερον χρηστέον. καὶ πεσσοῖς διὰ τερεβινθίνης, καὶ σμύρνης, καὶ ὑσσώπου, καὶ βουτύρου. συρραγέντος δὲ τοῦ ἀποστήματος. εἰ μὲν ἐπὶ κύστιν ἐνεχθῇ τὸ πύον, γαλακτοποσίαις χρηστέον, καὶ σικύου σπέρματι ποτιστέον. εἰ δὲ εἰς ἀπευθυσμένον συρραγῇ, φακοῦ καὶ σιδίων ἀφεψήματι κλυστέον. εἰ δὲ κατὰ τοῦ κόλπου ῥαγείη, καθαροῦ μὲν ὄντως τοῦ πύου ῥόδινον ἐγχυματίζειν ἢ λελευκασμένον ἔλαιον, ἢ τὴν τετραφάρμακον βασιλικὴν, ἢ βούτηρον πρόσφατον. ἰχῶρος δὲ φερομένου λεπτοῦ, δυσώδους, ὡς ἀπὸ νομῆς συπτικώτερον ἔσω τὸ ἔνεμα διὰ μύρτων, φοινίκων, φακῆς, καὶ μετὰ τὴν ἔκκρισιν τῶν ὑγρῶν, εἰ φλεγμαίνοιεν, ἐπιμενετέον τοῖς τε καταπλάσμασι, καὶ τοῖς ἐγκαθίσμασι. περὶ δὲ τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας γινομένου τοῦ ἀποστήματος καὶ μὴ συρρηγνυμένου μετὰ τὸ λεπτοποιηθῆναι τὰ ἐπικείμενα τῷ πύῳ σώματα ἐπὶ τῇ διὰ χειρουργείας ἐκκρίσει τοῦ πύου τραπῶμεν. ὡς ἐν τοῖς χειρουργουμένοις εἰρήσεται.

DE ABSCESSV uteri,

Caput LXV.

Si inflammatio in abſceſſum mutatur, relata ſigna intendentur, inſuperque inordinatæ exacerbationes cum horrore ipſis fiunt, primis quidem temporibus intenſæ, cum doloribus: perfectè uerò ſuppuratione facta, aliquantum remittunt. Verùm circa ruptionis tempus, & dolores acriores ſæpe punctorio modo irruere putantur, & febriculæ uehementiores uexant, & aliquando urina ſupprimitur, aliquando ſtercus, circa affectam uteri partem impedimento contingente: aliquando uerò tumor circa pubem, & uelut fluctuationis ſenſus, ubi abſceſſus maior fuerit. Qui uerò in expeditis locis eſt, etiam per dioptram inſtrumentum immiſſum, aut per digitorum contactum deprehenditur, ſupra hoc quod etiam dolores uehementiores habent propter oſculi neruoſitatem: quemadmodum ſane in fundo abſceſſus, & in ſinu minorem dolorem inducit, & digitis quidem tumor non occurrit, oſculum autem gracilius comparet. Proinde quò citius ſuppuretur, auxilium ferendum eſt, cataplaſmatis ex fœno græco, ſemine lini, hordeacea, aut triticea farina, admixtis ficubus coctis, quandoque etiam columbino fimo, ſed & inſeſſibus inflammationi congruis aſſiduè utendum eſt, & peſſis ex terebinthina, myrrha, œſyppo, & butyro. Rupto autem abſceſſu, ſiquidem ad ueſicam pus delatum fuerit, lactis potu utendum eſt, & cucumeris ſemen bibendum. Si uerò ad inteſtinum rectum eruperit, lentis ac malicorij decocto colluatur per clyſterem infuſo. At ſi ad ſinum ruptus fuerit abſceſſus, ſi quidem purum pus fuerit, roſaceum infundatur, aut oleum inalbatum, aut tetrapharmacum regium emplaſtrum, aut butyrum recens: ſi uerò ſanies tenuis graueolens feratur, uelut ab ulcere depaſcendo proſerpente, adſtringentius ſit infuſum, ex myrti baccis, palmulis, lenticula. Et poſt humorum excretionem, ſi inflammatio permaneat, in cataplaſmatis ac inſeſſibus perſeuerandum eſt. Cæterum ſi circa uteri oſculum abſceſſus fiat, & nō rumpatur, poſtquam tenues factæ fuerint, partes puri incumbentes, ad puris excretionem per Chirurgiam nos conuertemus, uelut in Chirurgiæ tractatione dicetur.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

DE VLCERATIONE uteri.

Caput LXVI.

VLceratur ſæpe uterus ob partus difficultatem, aut fœtus extractionem, aut corruptionem, aut ab acribus medicamentis, aut à fluxione, aut ex abſceſſibus ruptis. Si igitur expoſita fuerit ulceratio, per dioptræ uſum deprehenditur. Si uerò in profundo, ex ijs quæ excernuntur. Humor enim diuerſus excernitur, inflammato quidem ulcere, paucus, cruentus, aut fœculentus, cum dolore: ſi uerò ſordidum eſt ulcus, copioſior, & ſanies cum minore dolore: ſi uerò depaſcendo proſerpit, graueolens, niger, cum uehementioribus doloribus, & alijs inflammationis ſignis, & irritatio ad laxatoria medicamenta, ad contraria uerò alleuatio. Purum uerò ſi eſt ulcus, humor paucus, æqualis, ſine odore, craſſus, albus, cum ſenſus facilitate. Si igitur inflammatum eſt ulcus, ijs quæ ad inflammationem relata ſunt utendum eſt. Si uerò ſordidum, ptiſanæ ſuccus cum melle infundatur, aut tetrapharmacum emplaſtrum cum ſuſino aut aqua mulſa, cocto in ipſa fœnogræco, aut malua, aut furfuribus, aut lente decorticata, aut quò magis expurgetur, marrubio aut eruo, aut admixtam melli erui farinam, aut iridem, aut alumen rotundum, aut ſimile quiddam immittito. Hæc ipſa etiam forinſecus cataplaſmatis modo imponuntur aqua mulſa ſubacta. Peculiariùs autem prodeſt hoc medicamentum: Crocus optimus teritur cum lacte muliebri, deinde roſaceo cerato exceptus cum adipe anſerino illinitur lanæ tomento. Præſtantius hoc eſt, quod etiam ad dolores conducit. Capita papaueris in paſſo diluto macerantur ad triduum, deinde coquuntur donec flacceſcant, poſtea teruntur cum foliorum roſarum drachmis 5. croci drach. tribus: admixto capitum papaueris decocto: deinde ceræ drach. duæ cum roſaceo liquatæ affunduntur, & in peſſo apponuntur illito ex roſaceo. Facit etiam id quod ex ouis, croco, roſaceo, adipe anſerino, & medulla ceruina paratur, & emplaſtrum Ægyptium abſque ærugine mirificè ad ulcerationes facit. Si uerò ulcus depaſcendo proſerpit cum inflammatione, imponatur panis purus maceratus cum aqua mulſa, oleo, althæa,

ΠΕΡΙ ΕΛΚΩΣΕΩΣ ὑστέρας.

Κεφάλ. ξς.

Ἑλκοῦται πολλάκις ἡ ὑστέρα, διὰ δυστοκίαν, ἢ ἐμβρυουλκίαν, ἢ φθορὰν, ἢ ὑπὸ φαρμάκων δριμέων, ἢ ὑπὸ ῥεύματος. ἢ ἐξ ἀποστημάτων συῤῥαγέντων. εἰ μὲν οὖν πρόχειρος εἴη ἡ ἕλκωσις, διὰ διοπτρισμοῦ καταλαμβάνεται. εἰ δὲ διὰ βάθους, ἐκ τῶν ἐκκρινομένων, ὑγρὸν γὰρ ἀποκρίνεται διάφορον. φλεγμαίνοντος μὲν τοῦ ἕλκους, ὀλίγον, αἱματῶδες, ἢ τρυγῶδες, σὺν περιωδυνίᾳ. ῥυπαροῦ δὲ ὄντος, πλεῖον καὶ ἰχῶρες σὺν ἐλάσσονι πόνῳ. νεμομένου δὲ δυσῶδες μέλαν, σὺν ἀλγήμασιν ἰσχυροτέροις, καὶ τοῖς ἄλλοις τῆς φλεγμονῆς σημείοις. ὁ δὲ ἐρεθισμὸς, πρὸς τὰ χαλαστικὰ τῶν φαρμάκων. πρὸς δὲ τἀναντία, κουφισμός. καθαροῦ δὲ ὄντος. ὑγρὸν ὀλίγον ὁμαλὸν, ἄοσμον, πάχυ, λευκὸν ὑπ' εὐαισθησίας. φλεγμαίνοντος μὲν τοῦ ἕλκους. τοῖς πρὸς φλεγμονὴν εἰρημένοις χρηστέον. ῥυπαροῦ δὲ ὄντος, πτισάνης χυλὸν μετὰ μέλιτος ἐγκλυστέον, ἢ τὴν τετραφάρμακον μετὰ σουσίνου, ἢ μελικράτου ἑψημένης ἐν αὐτῷ τήλεως, ἢ μαλάχης, ἢ πιτύρων, ἢ φακοῦ λελεπισμένου. πρὸς δὲ τὸ μᾶλλον ἀνακαθᾶραι, καὶ πρασίου, ἢ ὀρόβου, ἢ μέλιτι παραπλέξαντα τοῦ ὀρόβου τὸ ἄλευρον, ἢ ἶριν, ἢ στυπτηρίαν στρογγύλην. ἤτι τῶν ἐμφερῶν παραπέμπειν. τούτοις δὲ αὐτοῖς καὶ ἔξωθεν καταπλάττειν, μελικράτῳ πεφυραμένοις. ἰδιαίτερον τε ὠφελεῖ τόδε τὸ φάρμακον, κρόκος κάλλιστος λεαίνεται μετὰ γυναικείου γάλακτος, εἶτα ἀναληφθεὶς κηρωτῇ ῥοδίνῃ μετὰ χηνείου στέατος. ἐγχρίεται κροκύδι. τούτου δὲ σπουδαιότερον, καὶ πρὸς περιωδυνίας ἁρμόζον τοῦτο. κωδύαι μήκωνος ἐν γλυκεῖ κεκραμένῳ μίγνυνται ἐπὶ ἡμέρας γ. εἶτα ἕψονται ἕως τακερωθῶσιν, εἶτα τρίβονται ἅμα ῥοδοφύλλων L. ε. κρόκου L. γ. παραμιγνυμένου τοῦ τῶν κωδυῶν ἀφεψήματος. εἶτα καταχεῖν αὐτῶν, τήξαντα σὺν ῥοδίνῳ κηροῦ L. β. καὶ προστιθέναι ἐν πεσσῷ, χρίσαντα ῥοδίνῳ. ποιεῖ δὲ καὶ τὸ δι' ὠῶν καὶ κρόκου, καὶ ῥοδίνου καὶ χηνὸς στέατος, καὶ ἐλαφίου μυελοῦ σκευαζόμενον. καὶ ἡ αἰγυπτία δὲ ἡ δίχα τοῦ ἰοῦ θαυμασίως ἁρμόζει πρὸς τὰς ἑλκώσεις. νομῆς δὲ οὔσης, σὺν φλεγμονῇ μὲν, καταπλαστέον ἄρτῳ χλιαρῷ πεφυραμένῳ δι' ὑδρομέλιτος, καὶ ἐλαίου καὶ ἀλθαίας, καὶ τήλεως,

καὶ τήλεως, καὶ φοινίκων λιπαρῶν. ἐνετέον δὲ χυλὸν ἀρνογλώσσου, στρύχνου, πολυγόνου, σέρεως. πρῶτον μὲν καθ' αὐτὰ, ὕστερον δὲ μετ' οἴνου αὐστηροῦ ἢ ὄξους. ἄνευ δὲ φλεγμονῆς τῆς νομῆς κατεπειγούσης, ἐνετέον τὰ εὐτονώτερα, καθάπερ ἀφέψημα σιδίων, ῥόδων, θαλλίας κυπαρίσσου, μήλων κυδωνίων, βάτου, μύρτων, σχίνου, ῥάμνου, ῥοῦ σκυτοδεψικοῦ, δι' οἴνου στύφοντος. ὕστερον δὲ καὶ στυπτηρίας, ἀκακίας, λυκίου ὑποκυστίδος. ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν ἀφεψημάτων ἔστω καὶ ἐγκάθισμα. μὴ προσκόπτοντος δὲ, ἐνιέναι τὰ διὰ χάρτου μετ' ὀξυκράτου τὸ πρῶτον, εἶτα ὄξους. ἢ τὴν ἀνθηρὰν, ἢ χαλκῖτιν, ἢ χάλκανθον διὰ τῶν αὐτῶν ὑγρῶν. καὶ τὰ τοῖς δυσεντερικοῖς ἁρμόζοντα. διδόναι δὲ τροφὴν εὔχυμον, ὀλίγην. καθαροῦ δὲ γινομένου τοῦ ἕλκεος, λούειν τε, ποικιλώτερον καὶ τρέφειν, καὶ οἶνον παρέχειν, ὅπως ἡ σάρκωσις ταχέως γίνοιτο. ἐν πεσσοῦ δὲ μέρει προσθετέον τὴν διὰ μόρων, ἀνειμένην διὰ καδμίας, ἢ λαδάνου, ἢ μολυβδαίνης. ἔξωθεν δὲ καὶ ἀπουλωτικὴν ἔμπλαστρον ἐπιθετέον ἐπιγαστρίῳ καὶ ἰσχύοις. ὥσπερ γὰρ τῶν καταπλασμάτων, οὕτω καὶ τῶν ἐμπλάστρων ἡ δύναμις διὰ τῶν ἀδήλων διενεχθήσεται πόρων.

fœnogræco, & palmulis pinguibus. Infundatur autem ſuccus plantaginis, ſolani, polygoni, ſeridis, primum per ſe, poſtea cum uino auſtero aut aceto. Si autem ſine inflammatione nome depaſcitur, fortiora infundantur, uelut eſt decoctum malicorij, roſarum, oleæ uirgultorum, cupreſſi, malorum cydoniorum, rubi, baccarum myrti, lentiſci, rhamni, rhois coriarij, ex uino adſtringente: poſtea uerò etiam decoctum aluminis, acaciæ, lyciæ hypocyſtidis: ex ijſdem uerò decoctis ſit etiam inſeſſus. Si non ſuccedit, medicamentum aridum ex charta immittito, primum cum poſca, deinde cum aceto: aut puluillum antherum, hoc eſt floridum, appellatum, aut chacitidem, aut atramentum ſutorium cum ijſdem liquoribus, item ea quæ dyſentericis conueniunt. Dato autem cibum boni ſucci modicum. Puro autem facto ulcere, & lauato & nutrito ueriegatius, & uinum exhibeto, quò caro cito producatur. Peſſi uice apponatur confectio ex moris diſſoluta cum cadmia, aut ladano, aut plumbagine. Forinſecus autem emplaſtrum cicatricem inducens, ſuperno uentri ac coxis imponatur. Quemadmodum enim cataplaſmatum, ita etiam emplaſtrorum facultas, per occultos meatus penetrans, transferetur.

ΠΕΡΙ ΚΑΡΚΙΝΟΥ.

Κεφάλ. ξζ.

Τῶν ἐν τῇ μήτρᾳ καρκίνων. οἱ μὲν μεθ' ἑλκώσεως, οἱ δὲ χωρὶς ἕλκεος συνίστανται. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀνελκώτων, ὄγκος εὑρίσκεται περὶ τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας σκληρὸς, ἀνώμαλος, ὀχθώδης, χροιὰ τρυγώδης, ἐνερευθής. ποτὲ δὲ καὶ ὑποπέλιος. καὶ πονοῦσιν ἰσχυρῶς κατά τε βουβῶνας καὶ ἐπιγάστριον, καὶ ἦτρον, καὶ ὀσφὺν, ἀγανακτοῦσί τε πρὸς τὰς χειραψίας καὶ τὴν ποικιλωτέραν φαρμακείαν. ἡλκωμένου δὲ ὄντος τοῦ καρκίνου, πρὸς ταῖς ὀδύναις καὶ σκληρίαι. καὶ ὄγκῳ διαβεβρωμένα, καὶ ἀνώμαλά τε ἕλκη θεωρεῖται. κατὰ μὲν τὸ πλεῖστον, ῥυπαρὰ, ὀχθώδη, λευκανθίζοντα, εἰδεχθεῖς ἐπιπάγους ἔχοντα. τὰ δὲ δοκοῦντα καθαρὰ, τρυγώδη, πελιὰ, ἐνερευθῆ καὶ δίαιμα φαίνεται. ἐκκρίνεται δὲ διηνεκῶς ἀπ' αὐτοῦ ἰχὼρ λεπτὸς, ὑδατώδης, μέλας, ἢ πυῤῥὸς, δυσώδης. ἐνίοτε δὲ καὶ αἷμα φέρεται, τά τε ἄλλα σημεῖα ἐπὶ φλεγμαινούσης ὑστέρας εἰρημένα. τὸ μὲν οὖν πάθος ἀνίατον, ὥσπερ καὶ Ἱπποκράτης ἀπεφήνατο. παρηγορεῖν δὲ ὅμως αὐτὰς ἐγκαθίσμασι μὲν, τοῖς διὰ τήλεως καὶ μαλάχης, καταπλάσμασί τε τοῖς ὁμοίοις. λίαν δὲ παρηγοροῦσιν ἐν τοῖς παροξυσμοῖς,

DE CANCRO VTERI.

Caput LXVII.

CAncri in utero partim cum ulceratione, partim ſine ulcere conſiſtunt. In his igitur quæ ſine ulcere ſunt, tumor reperitur circa uteri oſculum durus, inæqualis, præminens, colore feculentus, rubicundus, quandoque etiam ſubliuidus, & dolent uehementer circa inguina & ſupernum uentrem, & pectinem ac lumbos, ægreque ferunt contactum, & ueriegatiorem medicationem. Si uerò ulceratus eſt cancer, ad dolores, duritias & tumorem, eroſa etiam, & inæqualia ulcera conſpiciuntur, plerunque quidem ſordida, oris tumida, albicantia, turpes cruſtas inductas habentia: quæ uerò pura uidentur, feculenta, liuida, rubicunda & cruenta apparent. Excernitur autem aſſiduè ab ipſo ſanies tenuis, aquoſa, nigra, aut fulua, graueolens, aliquando etiam ſanguis fertur, & alia ſigna ad inflammatum uterum relata. Affectio igitur ipſa incurabilis eſt, uelut alicubi etiam Hippocrates dixit: mitigare tamen oportet per inſeſſus ex fœnogræco & malua & per cataplaſmata ſimilia. Valdè autem mitigant in exacerbationibus

malua

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

malua aut althæa in aqua mulſa flaccida facta, & cum modico roſaceo contrita ac impoſita: itemque cataplaſma ex caricis, meliloto, ruta, thure, buniade herba cum oleo diligenter contuſa, & cataplaſma ex palmulis coctis in paſſo, additis ouorum uitellis, & polenta, aut cataplaſma ex papauere cum coriandro, aut polygono, aut ſeride. Hæc quidem in doloris uexationibus: poſtea uerò ceratum adhibeatur ex roſaceo aut myrteo, aut œnanthino, aut melino cum palmulis in paſſo coctis. Priuatim autem cõmodat, id quod ex fæce in æneis uaſis in quibus aqua coquitur, ſubſidente paratur. Hæc enim fæx inſuper aſſata minutiſſimè teritur, & cerato roſaceo excipitur ad emplaſtri compagem redacta. Et hæc quidem forinſecus. Intrinſecus autem mitigat locos etiam oleum. Si uerò ulcerati fuerint etiam lac muliebre infuſum, & ſuccus plantaginis tepidus: ſi uerò cruentati fuerint, ſuccus polygoni cum modico thure mitigat, & peſſi ex croco, & muliebri lacte, & ſucco papaueris & Oeſypo. Omnibus autem efficacius eſt etiam ad ſedis affectiones hoc. Spumæ argenti Italicæ lotæ ſexuncem, thuris maſculi, œſypi, adipis porcini recentis, butyri recentis, ceræ Tyrrhenicæ, ſingulorum ſextantem, roſacei trientem. Spumam argenti ſeridis ſucco tritam liquatis adijce. Cibi dentur boni ſucci, qui facilè concoqui ac diſtribui poſſint: uinum ſit modicum aquoſum. Vitent actium eſum, & ciborum copiam. Promtè enim in ipſis cibi corrumpuntur.

DE SCIRRHO ET tumore duro.

Caput LXVIII.

IN ſcirrhum induratur uterus, aliquando derepentè nulla prægreſſa cauſa: plerunque uerò inflammatione prægreſſa & neque ſoluta, neque in abſceſſum transmutata. Species autem ſcirrhi eſt etiam σκλήρωμα, id eſt, tumor durus, in collo uteri maximè conſiſtens, qui quidem tumore ſimilis eſt, minus autem renitens, cum moderato dolore. Conſequitur etiam in his declinatio ad oppoſita, eſtque tumor pro ratione affectionis uehementer renitens cum grauitate, & ægro motu non ſolùm crurum, ſed etiam totius corporis, adeſtque ad actiones obeundas pigritia. Sequitur non probè curatas malus habitus aquoſus. In principio itaque uena ſecetur, aut purgatio aſſumatur per hierã Archigenis,

μαλάχη ἢ ἀλθαία ἐν μελικράτῳ τακερωθεῖσα καὶ συλλειωμένη μετὰ ὀλίγου ῥοδίνου, καὶ καταπλασσομένη. καὶ τὸ διὰ τῶν ἰσχάδων καὶ μελιλώτων, καὶ πηγάνου, καὶ λιβάνου. καὶ βουνιάδος βοτάνης κοπτομένης ἐπιμελῶς σὺν ἐλαίῳ, κατάπλασμα. καὶ τὸ διὰ φοινίκων ἑψημένων ἐν γλυκεῖ. προσλαβὸν λεκύθους ὠῶν, καὶ ἄλφιτα. ἢ μήκωνος μετὰ κοριάννου, ἢ πολυγόνου, ἢ σέρεως, ταῦτα μὲν ἐν ταῖς περιοδυνίαις. μετὰ δὲ ταῦτα, κηρωτὴ ἐπιῤῥυπτέσθω διὰ ῥοδίνου, ἢ μυρσίνου, ἢ οἰνανθίνου, ἢ μελίνου μετὰ φοινίκων ἐν γλυκεῖ ἑφθῶν. ἰδίως δὲ συμπεφώνηται, τὸ διὰ τῆς ὑποστάθμης τῆς ἐν τοῖς χαλκίοις, ἥτις ἐποπτηθεῖσα λειοτριβεῖται. καὶ ἀναλαμβάνεται κηρωτῇ ῥοδίνῃ μέχρι συστάσεως ἐμπλαστρώδους. ταῦτα μὲν ἔξωθεν. ἔσωθεν δὲ παρηγορεῖ τοὺς τόπους, καὶ ἔλαιον. ἐπειδ' ἂν δὲ εἱλκωμένοι τύχοιεν, καὶ γάλα γυναικεῖον ἐγχυματιζόμενον. ὅ,τι χυλὸς τοῦ ἀρνογλώσσου χλιαρός. εἰ δὲ αἱμάσσοιτο, χυλὸς πολυγόνου σὺν βραχεῖ λιβάνου παρηγορεῖ. καὶ πεσσοὶ διὰ κρόκου, καὶ γυναικείου γάλακτος, καὶ ὀποῦ μήκωνος. καὶ ὑσσώπου. πάντων δὲ ἄμεινον ἐνεργεῖ, καὶ πρὸς τὰς ἑδρικὰς διαθέσεις τοῦτο. λιθαργύρου ἰταλικῆς πεπλυμμένης Γο. ς. λιβάνου ἄρρενος, ὑσσώπου, στέατος χοιρείου νεαροῦ, βουτύρου προσφάτου, κηροῦ τυῤῥηνικοῦ, ἀνὰ Γο. β. ῥοδίνου Γο. δ. τὴν λυθάργυρον λειώσας σέρεως χυλῷ, τοῖς τηκτοῖς ἔμβαλλε. τροφὰς δὲ εὐδιοικήτους δοτέον εὐχύμους, οἶνον ὀλίγιστον ὑδαρῆ, φυλαττομένους δριμυφαγίας, καὶ τροφῆς πλῆθος. ἑτοίμως γὰρ αὐτοῖς τὰ σιτία διαφθείρεται.

ΠΕΡΙ ΣΚΙΡΡΟΥ ΚΑΙ σκληρώματος.

Κεφάλ. ξη.

Σκιῤῥοῦται ἡ μήτρα, ποτὲ μὲν αἰφνιδίως, μηδενὸς προφανέντος, τὰ πολλὰ δὲ φλεγμονῆς προηγησαμένης, καὶ μήτε λυθείσης, μήτε εἰς ἀπόστημα μεταβληθείσης. ἐν εἴδει δὲ τοῦ σκίῤῥου καὶ τὸ λεγόμενον σκλήρωμα ἐστί, περὶ τῷ τραχήλῳ τῆς μήτρας ὡς μάλιστα συνιστάμενον. ὄγκον μὲν ὁμοίως ἔχον, ἧσσον δὲ ἀντίτυπον, μετὰ ἀλγήματος συμμέτρου. παρέπεται δὲ καὶ τούτοις παρέγκλισις ἐπὶ τὰ ἀντικείμενα, ὄγκος πρὸς λόγον τῆς πείσεως, ἰσχυρῶς ἀντίτυπος, μετὰ βάρους καὶ δυσκινησίας οὐ σκελῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὅλου σώματος. ὄκνος δὲ πρὸς τὰς πράξεις. ἔπεται μὴ καλῶς ἀχθείσαις, καχεξία ὑδερώδης. ἐν ἀρχῇ τοίνυν φλεβοτομητέον, ἢ κάθαρσιν παραληπτέον, διὰ τῆς ἀρχιγένους ἱερᾶς.

εἶτα

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

εἶτα καταπλάσματα διὰ ἰσχάδων, ὑσσώπου, νίτρου, ἀψινθίου καὶ σικύας μετὰ καταχασμῶν. μαλάγματα δὲ τὸ πολυάρχιον τὸ διὰ σπερμάτων, τὸ διὰ δαφνίδων. ἐγκαθίσματα δι' ἀφεψήματος ἰσχάδων, ἀρτεμισίας, γλύχωνος, ἀλθαίας, πεσσοὺς διὰ τερεβινθίνης, χωλβάνης, σμύρνης, ἴρεως, ὑσσώπου, δρώπακος. ὑδάτων αὐτοφυῶν χρῆσις νιτρωδῶν, ἀσφαλτωδῶν, ἰσχύος δὲ ὑπούσης, καὶ ἐλλεβορισμός.

ΠΕΣΣΟΣ ΜΑΛΑΚΤΙΚΟΣ.

Κηροῦ ποντικοῦ, ναρδίνου μύρου ἀνὰ Γο. γ. ἰρίνου, γλευκίνου, κυπρίνου ἀνὰ Γο. β. στέατος ἀρκτείου καὶ χηνείου, βουτύρου, οἰσύπου, μυελοῦ ἐλαφίου, τερεβινθίνης ἀνὰ Γο. α. Ἄλλο. πολίου L. β. σμύρνης L. δ. μετὰ οἴνου μενδησίου λειώσας ἰρίνῳ δεύσας, προστίθεσθαι δίδου. Ἄλλο. κηροῦ τυῤῥηνικοῦ, στέατος μοσχίου, τερεβινθίνης, μυελοῦ ἐλαφίου, μέλιτος ἀττικοῦ, ἐλαίου παλαιοῦ, ἴσα. μετασυγκριτικὸν, καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις. σταφίδος λευκῆς χωρὶς τῶν γιγάρτων Γο. γ. πηγάνου χλωροῦ φύλλον Γο. β. ὕδατος θαλασσίου Γο α. S. κυμίνου L. δ. μέλιτος τὸ ἀρκοῦν. ἐπιχρίσας δὲ πεσσὸν ἔμβαλλε κυπρίνῳ ἐλαίῳ καὶ προστίθει. καὶ ὁ χρυσοῦς δὲ πεσσὸς, ὅ, τε λιβάιος, καὶ ὁ ἐννεαφάρμακος ἁρμόζουσι τῇ διαθέσει. ἰδιαίτερος δὲ ὁ τιτιανός.

ΠΕΡΙ ΜΥΛΗΣ.

Κεφάλ. ξ. θ.

Καὶ ἡ μήλη σκιῤῥώδης ἐστὶν ὄγκος. ποτὲ μὲν κατὰ τὸ στόμιον τῆς μήτρας, ποτὲ δὲ καὶ καθ' ὅλην αὐτὴν, προφαινόμενος ἀφῇ λιθώδης μετὰ κατασπασμοῦ τῶν ὑπερκειμένων καὶ ἰσχνώσεως ἀχροίας τε καὶ ἀνορεξίας, ἐποχῆς ἐμμηνίων, καὶ μαζῶν ὄγκος. ὡς ὑπόνοιαν συλλήψεως ἐπί τινων κατ' ἀρχὰς γίνεσθαι. ὕστερον δὲ χρόνου διακρίνονται. τινὲς δὲ καὶ ὑδέρου παρέχουσιν ὑπόνοιαν. καὶ τούτῳ διακριτέον, τῇ τε τοῦ ὄγκου σκληρίᾳ, καὶ τῷ μὴ γίνεσθαι ἦχον ἐν τῇ τῶν δακτύλων ἐπικρούσει, καθάπερ ἐπὶ τῶν ὑδέρων. ἐπιτεῖνον δὲ κατὰ τὸ ἀληθὲς εἰς ὕδερον μετέστη ἐνίοτε δὲ καὶ ἀνίατον ὡς τὰ πολλὰ τὸ πάθος γίνεται. τισὶ δὲ καὶ αἷμα φέρεται. κοινῶς μὲν οὖν κατάκλισις αὐταῖς ἐν οἰκήματι μικροτέρῳ, καὶ σκοτεινῷ συμφέρει, καὶ μετρίως ἀναψύχοντι, κατὰ κλίνης ἀκινήτου, μετεωρότερα τὰ πρὸς τοὺς πόδας ἐχούσαις ἐν ἠρεμίᾳ. προκλητικὴ γὰρ πάσης ῥύσεως ἐστὶν ἡ κίνησις, καὶ τοὺς μὲν ὄγκους τε καὶ τὰς σκληρίας τοῖς ἐπὶ σκίῤῥων τε καὶ σκληρωμάτων μήτρας εἰρημένοις ἰασόμεθα. τὰς δὲ ὑδερικὰς παρεγχύσεις διὰ

deinde cataplaſmata ex caricis, hyſſopo, nitro & abſinthio, & cucurbitæ cum ſcarificatione. Malagmata uerò polyarchium, & ex ſeminibus conſtans, & ex lauri baccis paratum; inſeſſus ex decocto caricarum, artemiſiæ, pulegij, althææ: peſſi ex terebinthina, galbano, myrrha, iride, œſypo: dropaces item & aquarum naturalium nitroſarum uſus, itemque bituminoſarum: uiribus autem tolerantibus, etiam ueratri uſus.

PESSVS MOLLITORIVS.

Ceræ Ponticæ, unguenti nardini, ſingulorum quadrantem, irini, gleucini, cyprini ſingulorum ſextantem, adipis urſini, anſerini, butyri, œſypi, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ſingulorũ unciam unã. ALIVS. Polij drach. 2. myrrhæ drach. quatuor: cum uino Mendeſio trita & irino ſubacta apponenda præbeto. ALIVS. Ceræ Tyrrhenicæ, adipis uitulini, terebinthinæ, medullæ ceruinæ, mellis Attici, olei ueteris, ſingulorum æquales portiones. Medicamentum ex alto euocans, facit & ad inflationes. Vuæ paſſæ albæ exemtis uinaceis quadrantem, rutæ uiridis foliorum ſextantem, aquæ marinæ ſeſqui unciam, cumini drach. 4. mellis quod ſatis eſt. Formatũ autẽ inde peſſum cyprino oleo intinge, ac appone: ſed & aureus peſſus, & libanius, & enneapharmacus affectioni commodant, magis uerò propriè Titianus.

DE MOLA.

Caput LXIX.

Mola quoque, in ſcirrhum induratus tumor eſt, aliquando circa oſculum uteri, aliquando circa totum ipſum comparens, tactu lapidis duritiam referens, cum detractione partium ſuperincumbentium & gracillitate, decoloratione, ciborum inappetentia, menſium ſuppreſſione, mammarum tumore, adeò ut conceptus ſuſpicio in aliquibus ab initio fiat, poſtea uerò tempore diſcernuntur. Quædam etiam aquæ intercutem ſuſpicionem de ſe exhibent, & hoc diſcernendum eſt, tum tumoris duritia tum quod non fiat ſonitus digitis illiſis, quemadmodum in hydropicis: in quibuſdam autem reuera in hydropem tranſitio fit. Quandoque etiam incurabilis ut plurimum fit affectio, quibuſdam etiam ſanguis fertur. In communi igitur decubitus in domo parua et umbroſa ac tenebricoſa conducit, quæ etiam moderatè refrigeret, in lecto immobili, ita ut partes ad pedes habeant ſublimiores & in quiete. Nam motus omnem fluxionem prouocare poteſt: & tumores quidem ac duritias, his quæ ad ſcirrhos & ſcleromata relata ſunt curabimus: uerum aquæ intercutem ſuffuſiones

pes

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

per ea quæ dicta ſunt in tractatione de hydrope. Sanguinis autem eruptiones, uelut ſanguinis eruptiones, & fluxum muliebrem. Quidam tradũt molam eſſe carnem informem ad ipſas uteri tunicas conſiſtentem, & quæ pariatur uelut fœtus. Sed & hæc ſpecies laxatorio curationis ductu tradenda eſt, ut facilius excernatur.

DE INFLATIONE uteri.

Caput LXX.

INflatur uterus ex frigiditate, aut fœtus corruptione, aut partus difficultate, occluſo oſculo, aut ſanguinis grumo in ipſo obturato, quandoque in cauitate ſpacij ipſius flatibus concluſis, quandoque in raritatib. corporis ipſius uteri. In his ſequitur tumor pectinis, & imi uentris, cum duricia & dolore punctorio uſque ad ſeptum tranſuerſum. & ſtomachum ac inguina perpungente: & ad digitorum illiſionem ſonitus inſtar tympani oboritur. Curare igitur oportet primùm uenæ ſectione ſi nihil impediat: deinde circa exacerbationes inedijs & irrigationibus ex oleo rutaceo, inſeſſibusque ex decocto rutæ, pulegij, artemiſiæ, caſiæ & ſimilibus: & cataplaſmatis ex ſemine apij, cumini, fœniculi, aniſi, ammij & farina loliacea: cucurbitis item leuibus & cum ſcarificatione. Moram uerò trahente affectione, purgatione utendum eſt ex picra & hiera & dropaciſmis ac ſinapiſmis & balneis naturalibus. Obſtetrix autem digito prius pingue facto immiſſo, incumbentem ſanguinis grumum, ſi ita contingat ut adſit, educat leniter, ipſum exoluens, rurſusque cataplaſma imponatur ex ficu, nitro & abſinthio. Epithemata uerò ſint mollitoria, polyarchium & quod ex ſeminibus paratur, & quod ex lauri baccis. Peſſi conueniunt ex ruta, melle, nitro, maximè uerò hic: Ficuum pinguium contuſarum drach. una, cumini drachmæ duæ, aphronitri drachma una. Verum propter acrimoniam prius in lac tingatur, ſed & mollitorij peſſi commodi ſunt.

DE VTERI STRANgulatione.

Caput LXXI.

STrangulatio uteri eſt recurſus uteri ad affectionem, per conſenſum ducens principaliſſimas partes uelut ſunt arteriæ carotides, cor, membranæ cerebri. Sequitur in affectis accedente exacerbatione, mentis languor, pigricia, crurũ debilitas, faciei pallor, aſpectus triſtis: inſtante autẽ ſuffocatione, ſopor grauis, mẽtis emotio, inſtrumẽtorũ ſenſuũ apprehẽſio

τῶν ἐν τῷ περὶ ὑδέρων λεχθέντων. τὰς δὲ αἱμαρραγίας, ὥσπερ καὶ τὸν ῥοῦν. τινὲς δὲ τὴν μύλην σάρκα φασὶν ἀδιάπλαστον πρὸς αὐτοῖς τοῖς χιτῶσι τῆς μήτρας συνισταμένην, καὶ ἀποτικτομένην ὥσπερ τὰ ἔμβρυα. καὶ τοῦτο δὲ τὸ εἶδος τῇ χαλαστικῇ ἀκτέον ἀγωγῇ, ὥστε τάχιον ἐκκριθεῖναι.

ΠΕΡΙ ΕΜΠΝΕΥΜΑΤΩΣΕΩΣ.

Κεφάλ. ο.

Ἐμπνευματοῦται ἡ μήτρα ἐκ ψύξεως, ἢ φθορᾶς, ἢ δυστοκίας τοῦ στομίου μύσαντος, ἢ θρόμβου περισφηνωθέντος ἐν αὐτῷ. ποτὲ μὲν ἐν τῇ κοιλότητι ἐν κύτους, ἀποληφθέντων τῶν πνευμάτων. ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ἀραιώμασι τοῦ τῆς μήτρας σώματος. αἷς ἕπεται ὄγκος τοῦ ἤτρου καὶ τοῦ ὑπογαστρίου, μετὰ σκληρίας, καὶ πόνου νυγματώδους, διανύττοντος μέχρι διαφράγματος καὶ στομάχου καὶ βουβώνων. πρὸς δὲ τὴν ἐκ τῶν δακτύλων ἐπίκρουσιν ἦχος τυμπανώδης γίνεται. θεραπεύειν οὖν. πρῶτον μὲν φλεβοτομίᾳ, μηδενὸς κωλύοντος. εἶτα κατὰ μὲν τοὺς παροξυσμοὺς, ἀσιτίαις, καὶ ἐμβροχαῖς δι' ἐλαίου πηγανίνου. ἐγκαθίσμασί τε δι' ἀφεψήματος πηγάνου, γλήχωνος, ἀρτεμισίας, κασσίας, καὶ τοῖς ὁμοίοις. καταπλάσμασί τε καὶ διὰ σπέρματος σελίνου, κυμίνου, μαράθρου, ἀνήσου, ἄμεως, αἰρίνου ἀλεύρου, σικύαις τε κούφαις καὶ μετὰ κατασχασμοῦ. χρονιζούσης δὲ τῆς διαθέσεως. καθάρσει χρηστέον διὰ τῆς πικρᾶς, καὶ τῆς ἱερᾶς. δρώπαξι δὲ καὶ σιναπισμοῖς. καὶ τῇ τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων χρήσει. ἡ δὲ μαῖα προλελιπασμένον τὸν δάκτυλον καθεῖσα, τὸν ἐπικείμενον θρόμβον εἰ τύχοι κομιζέσθω πρᾴως, αὐτὸν ἐν διαλύουσα αὖθις τε καταπλαστέον διὰ σύκου καὶ νίτρου καὶ ἀψινθίου. ἐπιθέματα δὲ μαλακτικὰ τὸ πολυάρχιον ἔστω. καὶ τὸ διὰ σπερμάτων, καὶ τὸ διὰ δαφνίδων. πεσσοὶ δὲ διὰ πηγάνου, μέλιτος, νίτρου. μάλιστα δὲ οὗτος ἁρμόσει. σύκων λιπαρῶν κεκομμένων. L. α. κυμίνου L. β. ἀφρονίτρου L. α. διὰ δὲ τὴν δριμύτητα εἰς γάλα προκαταβαπτέσθω. καὶ οἱ μαλακτικοὶ δὲ τῶν πεσσῶν ἐπιτήδειοι.

ΠΕΡΙ ὙΣΤΕΡΙΚΗΣ ΠΝΙΓΟΣ.

Κεφάλ. οα.

Ἡ ὑστερικὴ πνὶξ, ἀναδρομὴ τῆς ὑστέρας ἐστὶν εἰς συμπάθειαν ἀγούσης τὰ κυριώτατα τῶν μορίων ὡς καρωτίδας, καρδίαν, μήνιγγας. παρέπεται δὲ ταῖς πασχούσαις, ἐγγίζοντος μὲν παροξυσμοῦ, νοθρώτης διανοίας, ὄκνος, ἀτονία σκελῶν. ὠχρότης προσώπου, βλέμμα περιλίπαρον. ἐνστάσης δὲ τῆς πνιγός. καταφορὰ καὶ παράνοια, κατάληψις τῶν αἰσθητηρίων, μετ'

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

μετ᾽ ἀφωνίας, σκελῶν συνολκή. εἶτα ἄρχονται ἐρεύθειν αἱ γνάθοι, καὶ τὸ πρόσωπον ὑποπίμπλαται· μελλούσης δὲ ἀνίεσθαι περιτρέχει τις ἐκ τῶν γυναικείων τόπων ὑγρασία πρὸς τὴν ἁφὴν καὶ βορβορυγμὸς, καὶ προοδεύει τι τῶν ἐντέρων. αὐτή τε χαλᾶται κατ᾽ ὀλίγον ἡ ὑστέρα καὶ οὕτως ἀπολαμβάνουσιν τό, τε νοεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι. κινεῖται δὲ τὸ νόσημα κατὰ περιόδους, καθάπερ ἡ ἐπιληψία. πληρουμένης δηλονότι τῆς ὑστέρας ἢ τῆς σπερματικῆς, ἢ ἑτέρας ὕλης. σαπείσης ἐν αὐτῇ. καὶ πολλαὶ μὲν αὖθις ἐπανήνεγκαν. τινὲς δὲ κατὰ τοὺς παροξυσμοὺς ἐξαίφνης ἀπώλοντο. τῶν μὲν σφυγμῶν πυκνουμένων τε καὶ ὑποσπερόντων ἀτάκτως εἶτα καὶ ἀσφυξίας ἑπομένης, βραχείας δὲ νοτίδος δροσιζούσης τὴν ἐπιφάνειαν. τῆς δὲ ἀναπνοῆς, τὸ μὲν πρῶτον ἀμαυρουμένης, ἔπειτα δὲ τέλειον ἀποκοπτομένης. πλεονάζει δὲ τὸ πάθος. χειμῶνος καὶ φθινοπώρου νέαις, εὐκαταφόροις πρὸς λαγνείαν. στείραις, καὶ μάλιστα εἰ διὰ φαρμακείαν εἶεν ἄτοκοι καὶ ταῖς ἄλλαις κατεψυγμέναις. ἐν τοῖς παροξυσμοῖς οὖν διαδεσμεῖν χρὴ τὰ ἄκρα. καὶ τρίβειν ὅλα τὰ σκέλη, καὶ τὸ ὅλον σῶμα, ὥσπερ τοὺς λειποθυμήσαντας ἀνακτᾶσθαι. δυσώδη τε προσφέρειν ὀσφραντὰ τῇ ῥινί, οἷον ἐλύχνιον ἐσβεσμένον, καστόριον, πίσσαν ὑγρὰν, κεδρίαν ἔρια καὶ ῥάκη κεκαυμένα. τινὲς δὲ καὶ ἀμίδα προσήνεγκαν, ἐξ οὔρου παλαιοῦ, ἢ διαχωρήματος. καὶ σικύας κολλᾶν προσήκει βουβῶσι καὶ ὑπογαστρίῳ, μετὰ πολλῆς φλογὸς, καὶ κούφας καὶ μετὰ καταχασμοῦ. μὴ κινουμένου δὲ τοῦ παροξυσμοῦ. καὶ τὰ τῶν πνευμάτων ἀγωγὰ χρήσιμα, οἷα τὰ κωλικὰ, δακτυλίῳ προστιθέμενα, οἷον κύμινον, νίτρον σὺν μέλιτι. καὶ τὸ σκύβαλον διὰ κλυσμοῦ ὑπεξάγειν, ὑπὲρ τοῦ μὴ θλίβειν τῇ παραθέσει. εἰς αὐτὴν δὲ τὴν μήτραν τὰ εὐωδέστατα τῶν μύρων ἐγχεόμενα, κατασπᾶν αὐτὴν πέφυκεν, ὡς ἀμαράκινον, μαλαβάθρινον. καὶ σίνηπι δέ, τὸ μὲν τῇ ῥινὶ προσφερέσθω, τὸ δὲ τοῖς ποσὶ καταπλασσέσθω. ἐμβοάτω δὲ τις αὐτῆς τραχυτέρα φωνῇ καὶ μετακαλείτω. καὶ πταρμικὰ προσαγέσθω διὰ καστορίου, στρουθίου, πεπέρεως. ἀνεθείσης δὲ τοῦ παροξυσμοῦ. ἐμεῖν ἀναγκάζειν, ἐπ᾽ ἀσιτίας τε ἢ ὀλιγοσιτίας φυλάττειν. μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν καθαρτέον τῇ διὰ κολοκυνθίδος ἱερᾷ. μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν. σικυάσωμεν ὀσφὺν, λαγόνας, εἶτα τῇ τοῦ καστορίου πόσει χρησώμεθα, ποτὲ μὲν δι᾽ ἀρτεμισίας ἀφεψήματος, ποτὲ δὲ διὰ μελικράτου, ἐπίπνων γὰρ τοῦτο, καὶ μόνον εἰς τελείαν ἀποθεραπείαν ἤρκεσε.

cum uocis interceptione, crurum contractio: deinde incipiunt rubere malæ, & facies aliquantulum plena fit: ubi uerò remiſſura eſt, prodit humiditas quædam ex locis muliebribus ad contactum, & murmur quoddam inteſtinorum procedit, & ipſe paulatim laxatur uterus, atque ſic & mentem & ſenſum recipiunt. Mouetur autem morbus ſecundum circuitum uelut comitialis, repleto uidelicet utero, aut ſeminaria, aut alia materia in ipſo putrefacta: & multæ quidem reſtitutæ ſunt, quædam uerò in exacerbationibus de repente perierunt, pulſibus quidem denſis euadentibus, & inordinatè ſubtremiſcentibus. Deinde etiam ipſorum interceptione ſequente, modica autem humiditate inſtar roris in cute conſiſtente: uerum reſpiratione primùm obſcura contingente, deinde penitus intercidente. Abundat hæc affectio hyeme & autumno in iuuenculis ſalacibus. ſterilibus, & præſertim ſi per medicamenta ſteriles factæ fuerint, & alijs perfrigeratis. Itaque in exacerbationibus extremas partes deligare oportet, & tota crura totumque corpus confricare, & uelut eos qui in animi deliquium inciderunt reuocare, & odoramenta graueolentia naribus admouere, uelut ſunt, funiculus lucernarius extinctus, caſtorium, pix liquida, cedria, lanæ & panniculi uſti. Quidam etiam matulam urinæ ueteris aut egeſtionis alui, naribus adhibuerunt. Cucurbitas quoque affigere oportet ad inguina & imum uentrem, cum multa flamma & leues, & cum ſcarificatione. Si uerò prolongetur exacerbatio, etiam ea quæ flatus ducunt commoda ſunt: uelut collyria in anum ſubdita, quale eſt cuminum & nitrum cum melle. Sed & infuſo per clyſterem ſtercora ſubducere oportet, ut ne ſua appoſitione premant: in ipſum uerò uterum odoratiſſima unguenta infuſa, detrahere ipſum ſolent, uelut eſt amaracinum, malabathrinum. Sed & ſinapi partim naribus adhibeatur, partim pedibus cataplaſmatis modo imponatur. Voce quoque aſperiore quis inclamet, excitet ac uocet ipſam. Sternutatoria etiam adhibeantur ex caſtorio, herba lanaria, pipere. Vbi uerò remiſit exacerbatio, ad uomitum cogantur, & in cibi abſtinentia, aut omnino modico cibo conſeruentur. Poſt ſeptimum diem hiera ex colocynthide purgentur: poſt tertium uerò diem cucurbitas affigere oportet lumbis & laterum mollitudini: deinde caſtorij potu uti aliquando cum artemiſiæ decocto, aliquando cum aqua mulſa. In quibuſdam enim hoc etiam ſolum ad perfectam curationẽ ſatisfecit.

Inſeſ-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

inſeſſus autem & peſſi mollitorij aſſumantur. Atque hæc quidem ad exacerbationes: uerum ad totius corporis reparationem à uenæſectione initio facto ad purgationem per hieram tranſire oportet: deinde picram ex aloë dare, drachmæ pondere, cum cyathis tribus aquæ mulſæ, in aſſiduo uſu aut ex interuallis drachm. 2. cum aquæ mulſæ cyathis ſex. Vtendum etiam dropaciſmis & cucurbitis, & ſinapiſmis, & acopis ex euphorbio: deinde exercitijs, frictione & uociferationibus: poſtea etiam aquarum naturalium balneis.

DE VTERI PROlapſu.

Caput LXXII.

VTerus procidit rarò quidem, uerùm ob plures cauſas: aut enim muliere ex alto delapſa, & ad coxas delata, ruptis pelliculis quæ ipſum uiſcus continent: aut ob extractionem ſecundæ uterum ſimul attrahentis, & ipſi adnatæ, uelut in partus difficultate, aut ob inartificioſam fœtus extractionem, aut ob plagam, aut ob animæ affectiones, uelut liberorum amiſſione nunciata, aut hoſtium incurſu, aut ob periculoſam nauigationem, aut aliquam huiuſmodi cauſam, tota corporis miſcella exoluta, utero ſimul prolabente, aut ob reſolutionem & debilitatem partium, uelut inclinata maximè ætate contingit. Procidit autem circa os ipſius. Quidam uerò totum ipſum procidere narrant, id quod probabile non eſt. Quomodo enim reductus firmari poſſet. Oportet igitur, euacuato primum per clyſterem ſtercore, & excreta urina quò undiquaque à compreſſione liber ſit uterus, ægrotam ſupinam collocare, altiores coxas habentem, & poplites incuruatos, cum cruribus diductis: deinde accipere hapſum lanæ figura, & craſſitudine ſinui muliebri reſpondentem, cumque tenui linteolo circundare, & in ſuccum acaciæ intingere, aut in hypocyſtidis ſuccum uino dilutum, & ad uterum apponere, & citra uiolentiam retrudere totum id quod procidit, donec tota moles ad ſinum redigatur, & forinſecus contegere pectinem ſpongia expreſſa in poſca, & decumbere facere hominem extentis ac coaptatis inter ſe cruribus, ita ut alterum alteri incumbat. Poſtea uerò cucurbitæ affigātur cum plurima flam̄a, & ad umbilicū, &

ἐγκαθίσματα δὲ καὶ πεσσοὶ μαλακτικοὶ παραλαμβανέσθωσαν. ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς παροξυσμούς. πρὸς δὲ τὴν ὅλου τοῦ σώματος ἀνασκευὴν, ἀπὸ φλεβοτομίας ἀρξάμενον ἐπὶ τὴν διὰ τῆς ἱερᾶς ἰέναι κάθαρσιν. εἶτα τὴν διὰ τῆς ἀλόης διδόναι πικρὰν ὅσον L. α. μετὰ κυάθων γ. μελικράτου κατὰ συνέχειαν. ἢ ἐκ διαλειμμάτων L. β. μετὰ μελικράτου κυάθων ϛ. δρωπακισμοῖς τε καὶ σικύαις, καὶ σιναπισμοῖς χρηστέον. καὶ τοῖς δι' εὐφορβίου ἀκόποις. εἶτα γυμνασίοις, καὶ τρίψει, καὶ ἀναφωνήσεσιν. ὕστερον δὲ καὶ τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων χρήσει.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΠΤΩΣΕΩΣ ὑστέρας.

Κεφάλ. οβ.

Η ὑστέρα προπίπτει σπανίως μὲν, διὰ πλείονας δὲ αἰτίας. ἢ γὰρ ἀφ' ὕψους κατενεχθείσης, καὶ ἐπ' ἰσχία ἑδρασθείσης, ῥηγνυμένων τῶν ὑμένων οἳ κατέχουσι τὸ σπλάγχνον. ἢ δι' ἐξολκὴν δευτέρου προσελκομένου τὴν ὑστέραν, προσπεφυκότος αὐτῇ καθάπερ ἐν δυστοκίαις. ἢ δι' ἄτεχνον ἐμβρυουλκίαν. ἢ διὰ πληγὴν ἢ διὰ ψυχικὰ πάθη, οἷον ἀποβολῆς τέκνων ἀπαγγελθείσης, ἢ πολεμίων ἐφόδου ἢ δι' ἐπικίνδυνον πλοῦν. ἢ τινὰ τοιαύτην αἰτίαν. τῷ ὅλῳ συγκρίματι λυθέντι συνολισθησάσης τῆς ὑστέρας. ἢ διὰ παράλυσιν, καὶ ἀτονίαν τῶν μορίων, ὡς ἐπὶ τῶν παρηκμασμένων μάλιστα γίνεται. προπίπτει δὲ κατὰ τὸ στόμιον αὐτῆς. τινὲς δὲ καὶ πᾶσαν ἱστοροῦσι προπίπτειν, ὅπερ ἀπίθανον. πῶς γὰρ ἀναχθεῖσα ἑδρασθείη. δεῖ τοίνυν τό, τε σκύβαλον διὰ κλυστῆρος πρῶτον κενώσαντας, καὶ τὸ οὖρον ἀποκρίναντας, διὰ τὸ πανταχόθεν ἄθλιπτον εἶναι τὴν ὑστέραν, σχηματίζειν ὑπτίαν τὴν κάμνουσαν, ὑψηλότερα ἐχούσαν τὰ ἰσχία, καὶ κεκαυμένας τε τὰς ἰγνύας μετὰ τοῦ διεστάναι τὰ σκέλη. ἔπειτα λαβεῖν σύστρεμμα ἐξ ἐρίου, σχήματι καὶ πάχει ἀναλογοῦν τῷ κόλπῳ τῷ γυναικείῳ, περιβαλεῖν τε τοῦτο ἰσχνῷ ὀθονίῳ, καὶ καταβάπτειν εἰς χυλὸν ἀκακίας, ἢ ὑποκυστίδος οἴνῳ διειμένης, προστιθέναι τε τῇ ὑστέρᾳ καὶ δίχα βίας ἀναβιβάζειν ἅπαν τὸ προπεπτωκὸς ἄχρις οὗ ὅλος ὁ ὄγκος ἐν τῷ κόλπῳ γένηται. καὶ σκεπάζειν ἔξωθεν σπόγγῳ τὸ ἦτρον ἀποτεθλιμμένα ἐν ὀξυκράτου κατακλίνειν τε τὴν ἄνθρωπον ἐκτεταμένα καὶ συνηρμοσμένα ἔχουσαν ἀλλήλοις τὰ σκέλη, ὥστε τὸ ἕτερον ἐν θατέρῳ ἐπικεῖσθαι. μετὰ δὲ τοῦτο. σικύας παραληπτέον μετὰ φλογὸς πλείονος, πρός ὀμφαλόν τε καὶ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

καθ' ἑκατέρην λαγόνα. ὀσφραντά τι προσενεκτέον εὐώδη. τῇ δὲ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, ἐγκειμένου τοῦ ἐρίου τῷ κόλπῳ, ἐγκαθιζέτω ἡ γυνὴ εἰς οἶνον μέλανα αὐστηρὸν, πως ὡς κεχλιασμένον, ἤτοι εἰς ἀφέψημα μυρσίνης, καὶ σχίνου, σιδίων. μετὰ δὲ ταῦτα, τὸ μὲν ἐγκείμενον ἔριον αἱρέσθω. ἕτερον δὲ ἐντιθέσθω τῷ αὐτῷ νενοτισμένον φαρμάκῳ. καταπλάσματα, ἔξωθεν, ἐπιρριπτέσθω κατὰ τοῦ ὑπογαστρίου διὰ φοινίκων, ἀλφίτων, ἢ φακῆς καὶ σιδίων μετ' ὀξυμέλιτος· καὶ διὰ τρίτης πάλιν ταῦτα γινέσθω, μέχρι παντελοῦς ἀποθεραπείας. εἰ δὲ μείναντι τῷ χρόνῳ διασαπείη τὸ προπεπτωκὸς, ἀφαιρετέον αὐτὸ μηδένα κίνδυνον ὑφορώμενον. καὶ γὰρ ὅλην ἀφαιρεθῆναι μήτραν ἱστοροῦσι διασαπεῖσαν, καὶ ζῆσαι τὴν γυναῖκα.

ad utramque laterum mollitudinem. Odorata quoque naribus adhibeantur olfacienda. Tertia uerò die incumbente in ſinu lanæ hapſo, inſideat mulier in uinum nigrum auſterum aliquantulum tepefactum aut in myrti, lentiſci, ac malicorij decoctum. Poſtea incumbens lanæ hapſus tollatur, & alius eodem medicamento imbutus indatur. Cataplaſmata extrinſecus imponantur ad imum uentrem, ex palmulis, polenta, aut lenticula & malicorio cum aceto mulſo: & per tertium diem rurſus eadem fiant uſque ad perfectam curationem. Si uerò ubi per tempus manſit, putrefactum fuerit id quod procidit, auferatur id citra omnis periculi formidinem. Nam totum ablatum eſſe uterum putrefactum narrant, & tamen mulierem uixiſſe.

ΠΕΡΙ ΦΙΜΟΥ ΕΝ ὑστέρᾳ.

Κεφάλ. ογ.

Γίνεται φίμος περὶ τὸ στόμα τῆς ὑστέρας, ἢ δι' ἕλκωσιν προηγησαμένην, ἢ διὰ φλεγμονὴν σκιρρωθεῖσαν. θεραπεύειν δὲ χρὴ ἐγκαθίσμασί τε μαλάσσουσι, τοῖς διὰ ὑδρελαίου, καὶ τήλεως ἀφεψήματος καταπλάσσοντάς τε ὡσαύτως. καὶ πεσσοὺς μαλακτικοὺς προσάγοντας. εἰ δὲ ἐγχρονίζοι τὰ τῆς διαθέσεως, χρηστέον ὑπατμισμοῖς καὶ θυμιάμασι τοῖς διὰ τῶν ἀρωμάτων. λύει δὲ τὸν φίμον, καὶ ὁ διὰ ὑσσώπου καὶ νίτρου. καὶ ῥητίνης, καὶ τερεβινθίνης πεσσός, οὐδὲν ἕτερον ἢ στέγνωσιν ὄντα τοῦ στομίου τῆς ὑστέρας.

DE OBTVRAMENTO in utero.

Caput LXXIII.

Fit obturamentum circa uteri oſculum aut ob ulcerationem prægreſſam aut ob inflammationem in ſcirrhum induratam. Curare uerò oportet inſeſſibus emolliendo, ex aqua & oleo, & fœnigræci decocto: ita ut etiam ſimilia cataplaſmata imponamus, & peſſos mollitorios adhibeamus. Si uerò diuturna fiat affectio, ſub uapotationibus & ſuffimentis ex aromatis utendum eſt. Soluit obturamentum etiam paſtillus ex œſypo, nitro & reſina terebinthina, ut quod nihil aliud ſit quam oſculi uteri coarctatio.

ΜΗ ΚΤΙΣΚΟΜΕΝΑΙΣ θεραπεία.

Κεφάλ. οδ.

Κοινῶς μὲν οὖν ἀμφοτέροις ἁρμόζει τῷ τε ἀνδρὶ, καὶ τῇ γυναικὶ τὸ ἐν εὐκρασίᾳ πολλῇ τὸ πᾶν φυλάττεσθαι σῶμα, διά τε τῆς τῶν πόνων καὶ σιτίων καὶ λουτρῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων συμμετρίας. τὸ γε μὴν μέγιστον, μὴ περιορᾶν πιαινομένην τὴν ἕξιν. οὔτε γὰρ οἱ πίονες ἐπιτήδειοι πρὸς παιδοποιΐαν, διά τε τὸ μὴ ἐφαρμόζειν τοῖς αἰδοίοις, καὶ ὅτι ὀλίγον ἀφιᾶσιν, οὔτοι σπέρμα οὔτι μὴν οἱ ἄγαν λελεπτυσμένοι. ὠφελοίη δ' ἂν αὐτοῖς ἅπαντα τὰ θερμαίνοντα, καὶ ἡσυχῇ πνευματοῦντα. οἶνον δὲ οὖν θερμὸν συμμέτρως λαμβάνειν, καὶ λαχάνων εὔζωμόν τε καὶ ὅρμινον, καὶ ἐρύσιμον, καὶ τὰ παραπλήσια. πήγανον δὲ καὶ καλαμίνθην πάντος μᾶλλον φυλακτέον. εἰ δὲ διὰ κακοχυμίαν τινὰ μὴ γένοιτο σύλληψις, ταύτην ἐκκαθαίρειν, ἢ κατακιρνᾶν χρηστῇ διαίτῃ.

NON CONCIPIENTIVM curatio.

Caput LXXIV.

IN communi quidem utriſque & uiro & mulieri conuenit, ut totum corpus in bono temperamento conſeruetur per laborum, ciborum, balneorum, & reliquorum omnium commoderationem, & quod maximum eſt, ut negligamus habitum pingueſcentem. Neq; enim idonei ſunt pingues ad liberorum generationem, tum quod pudendis non congruunt, tum quòd modicum etiam ſemen emittunt, neque tamen etiam attenuati. Profuerint autem ipſis omnia calefacientia, & leniter inflantia. Vinum igitur calidum moderatè accipere oportet, & ex oletibus erucam, & horminum, & eryſimum, & ſimilia, rutam autem & Calamintham præ omnibus uitare. Si uerò ob uitioſum aliquem humorem conceptio non fiat, hunc expurgare aut bono uictu contemperare.

Priuatim

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Priuatim uerò mulieribus conuenit partium circa uterum quam maximè prouidentiam habere, & menſtruam euacuationem citra impedimentum fieri. Vbi itaque propè adeſt purgatio, ciborum ac potuum moderationem quàm maximè procurare oportet, ita ut etiam aliquid ex irritantibus ad purgationem accipiat, qualia ſunt odorata, ac acria olera, uelut eſt ſcandix, crythmum, fœniculum, apium, ſmyrnium: uteri uerò intemperies corrigere. Frigidiores itaque uteros indicat menſium ſuppreſſio, & uictus frigidior ac craſſi ſucci, & torpor oboriens circa pectinem, lumbos ac crura: ſi uerò perfectè perfrigeratæ fuerint, neque uenerem appetunt. Oportet itaque ipſum, tum alijs laboribus ſe exercere, tum omnibus fomentis, & his quæ per ſuffitus fiunt uti, & calorem reuocare. Neque abſonum eſt caſtorium bibere & ſemina odorata, cuminum, aniſum, pulegij comam, & iuniperi fructum, pipere ſingulis admixto. Ipſorum uerò uterorum fomenta partim uapores ſint, inſidentibus ſellis perforatis, partim calida aqua affuſa, in qua cocta ſit ſaluia, artemiſia, ruta, cyperus, pulegium, acorum & odorata ſemina. Cataplaſmata etiam ex his ſingulis pectini adhibeantur: bonum eſt & polyarchium epithema: frictiones item pectinis & coxarum nullo minus conferunt. Vtendum etiam peſſis ſubdititijs ex myrrha, ruta, galbano & caſtorio, ubi prius fomentum aquæ mulſæ aut marinæ adhibuit. Bonus eſt adhæc peſſus qui gone, id eſt, genitura appellatur. At uerò calidiores uteros coniectare oportet ex toto corpore calidiore, & menſibus paucis & cum dolore, & quod exulcerant pudenda mulieris: corrigere autem per moderatè humectantia ac frigefacientia, qualia ſunt ex oleribus lactucæ, ac maluæ, & blitum ac cucurbitæ, & cucumis, & pepo, & atriplex, & portulaca, & alij conſimiles cibi. Veſicæ uerò & ſuperno uentri, & lumbis adhibeantur frigefactoria tum cataplaſmata tum ſuccorum illitiones. Si uerò ob humiditatem uteri non concipiant, ſignum eſt, quòd & humectantur circa coitus & tenuiores ac multi deferuntur menſes. Victus autem his conuenit ſiccior, labores, frictiones partium ſupernarum, uomitus, ſiccitas, & moderatio cibi. Commodum fuerit etiam acerbis medicamentis uterum corroborare, qualia ſunt lentiſci decoctum, & myrti baccarum, roſarum, rhoris, floris mali panici,

ἰδίως δὲ ταῖς γυναιξὶν ἁρμόσει τῶν κατὰ τὴν ὑστέραν ὡς μάλιστα προνοεῖσθαι καὶ τὴν ἔμμηνον ἀπαραποδίστως γίνεσθαι κένωσιν. πλησίον οὔσης τοίνυν τῆς καθάρσεως τῆς τε τῶν σιτίων καὶ πομάτων ὡς μάλιστα συμμετρίας φροντίζειν. καὶ τι τῶν ἐρεθιστικῶν εἰς κάθαρσιν λαμβανέτωσαν, οἷά ἐστι τά τε εὐώδη λάχανα καὶ τὰ δριμέα, οἷον σκάνδικα, κρῆθμον, μάραθρον, σέλινον, σμύρνιον. τὰς δὲ τῆς ὑστέρας ἐπανορθοῦσθαι δυσκρασίας. τὰς μὲν οὖν ψυχροτέρας τῶν ὑστερῶν τεκμηριοῖ τῶν καταμηνίων ἡ ἐπίσχεσις, καὶ δίαιτα ψυχροτέρα καὶ παχύχυμος, καὶ τι ναρκῶδες γινόμενον περὶ τὸ ἦτρον καὶ ὀσφὺν καὶ σκέλη. οὐδὲ ἂν εἰς τέλος ἐψυγμέναι ὦσιν, οὐδὲ ἀφροδισίων ἐφίενται. δεῖ τοίνυν τά τε ἄλλα ἐκπονούσας, καὶ πυρίαις πάσαις, καὶ ταῖς διὰ τῶν θυμιαμάτων πυριωμένην, ἀνακαλεῖσθαι τὸ θερμόν. καὶ οὐδὲν ἀπότροπον καστόριον πίνειν. καὶ τῶν εὐωδῶν σπερμάτων τό, τε κύμινον καὶ ἄνησον καὶ γλήχωνος κόμην, καὶ ἀρκευθίδων καρπὸν ἑκάστῳ πεπέρεως μισγούσαν. αἱ δὲ αὐτῶν τῶν ὑστερῶν πυρίαι. τοῦτο μὲν ἀτμοὶ ἔστωσαν καθεζομέναις ἐπὶ δίφρον τετρημένον· τοῦτο δὲ θερμὸν ὕδωρ προσκλυζόμενον, ἐν ᾧ ἕψηται ἐλελίσφακος καὶ ἀρτεμισία, καὶ πήγανον, καὶ κύπερον, καὶ γλήχων καὶ ἄκορον καὶ τὰ εὐώδη σπέρματα. καταπλάττειν δὲ καὶ τὸ ἦτρον τούτων ἑκάστῳ. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ πολυάρχου ἐπίθεμα. αἵ γε μὴν τρίψεις τοῦ ἤτρου, καὶ τῶν ἰσχίων, οὐδενὸς ἧττον συμφέρουσι. καὶ προσθέτοις χρῆσθαι, διά τε σμύρνης καὶ πηγάνου καὶ χαλβάνης, καὶ καστορίου προπυριαθεῖσαν μελικράτῳ ἢ θαλάσσῃ. ἀγαθὸς δὲ πρὸς ταῦτα καὶ ὁ πεσσὸς ὁ λεγόμενος γονή. τὰς δὲ θερμοτέρας τῶν ὑστερῶν τεκμαίρεσθαι μὲν τῷ τε ὅλῳ σώματι θερμοτέρῳ ὄντι, καὶ τοῖς καταμηνίοις ὀλίγοις καὶ σὺν πόνῳ, καὶ τῷ ἑλκοῦν τὰ αἰδοῖα τῆς γυναικός. ἐπανορθοῦσθαι δὲ διὰ τῶν μετρίως ὑγραινόντων τε καὶ ψυχόντων. οἷά εἰσι λάχανα μὲν θριδακίναι καὶ μαλάχαι, καὶ βλῆτον, καὶ κολοκύντη, καὶ σίκυα, καὶ πέπων, ἀτράφαξύς τε καὶ ἀνδράχνη, καὶ τὰ ἄλλα δὲ σιτία παραπλήσια. τῇ δὲ κύστει καὶ τῷ ἐπιγαστρίῳ καὶ τῇ ὀσφύϊ προσάγειν, ψυκτήρια καταπλάσσοντά τε καὶ τοῖς χυλοῖς ἐπιχρίοντα. εἰ δὲ καὶ δι᾽ ὑγρότητα τῶν ὑστερῶν μὴ κυίσκοιντο. σημεῖον μὲν τό, τε καθυγραίνεσθαι κατὰ τὰς συνουσίας, λεπτότερόν τε καὶ πολὺ φέρεσθαι τὸ καταμήνιον. δίαιτα δέ, ταύταις ἁρμόζει ξηροτέρα. πόνοι τε καὶ τρίψεις τῶν ἄνω, καὶ ἔμετοι. ξηρότης τε καὶ μετριότης σιτίου. εὖ δὲ ἂν ἔχοι καὶ τὴν ὑστέραν στρυφνοῖς φαρμάκοις συγκρατύνειν, οἷά ἐστιν σχίνου τε ἀφέψημα, καὶ μύρτων, καὶ ῥόδων, καὶ ῥοῦ, ἔτι τε ῥοᾶς

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

αὔθους καὶ βάτου τῶν ἁπαλῶν καὶ κηκίδος. ξηροτέραν δὲ τὴν ὑστέραν οὖσαν διὰ τῶν ἐναντίων ἰᾶσθαι· λουτρῶν φημὶ καὶ ἀλοιφῆς, καὶ τροφῆς ὑγραινούσης τε καὶ λαχανώδους, οἴνου τε συμμέτρου καὶ μὴ σφόδρα παλαιοῦ. Ἐὰν δὲ ὑπὸ χυμῶν παχυτέρων κωλύοιντο κυίσκειν. εἰ μὲν τις εἴη τῶν δακνόντων, καθαίρειν δεῖ τὴν γυναῖκα καλῶς ὡς ἑκάστῳ χυμῷ, οἰκεῖόν ἐστι. μάλιστα δὲ τῇ διὰ τῆς ἀλόης πικρᾷ κἄπειτα τῷ ὀρῷ τοῦ γάλακτος κατακλύσαι, δίαιτάν τε χρηστοτέραν ἐξευρεῖν. τοὺς δὲ φλεγματώδεις χυμοὺς, πόνοις τε καὶ ἱδρωτηρίοις, καὶ ἐμέτοις κενοῦν ἤγουν κάτωθεν. δεῖ δὲ καὶ φαρμάκῳ, ἐπίθυμον, εὐφόρβιον, πέπερι, δαύκου σπέρμα, πετροσελίνου σπέρμα, πάντα τρίψας ὅσον L. β. δοῦναι πιεῖν. τοῦτο καὶ τὰ κατὰ γαστέρα καλῶς ἄγει, καὶ τὴν ὑστέραν θερμαίνει, ὥσπερ πολλάκις ἤδη καὶ κατὰ μήνια ἔρρηξε ταῖς καθαιρομέναις. ὅταν δὲ τὸ ἐπανόρθωμα δῆλον γένηται. τοῖς κατὰ μηνίοις χρηστῶς ἰοῦσι, ἡνικαῦτα δεῖ μίσγεσθαι ληγούσης τῆς καθάρσεως. ἐπειδὴ δὲ καὶ πνεύματα ἐν τῇ ὑστέρᾳ ἐνόντα κωλύοι κυίσκεσθαι. τὴν μὲν σημείωσιν αὐτῶν ἐκ τῶν περὶ ἐκπνευματώσεως ὑστέρας ληπτέον. θεραπεύειν δὲ, πρῶτον μὲν ἐν δεέστερον αὐτὴν, διαιτῶντα, προσφέροντα δὲ κύμινόν τε καὶ ἄνηθον, καὶ σελίνου σπέρμα, καὶ πηγάνου, καὶ ἀνήσου, καὶ τῶν ἀρωμάτων τὰ πολλὰ διδοῦντα, τὰ μὲν πίνειν, τὰ δὲ προστίθεσθαι. τὰς δὲ μεμυκυίας ὑστέρας ἀναστομοῦν χρὴ προσκλύζοντα τοῖς εὐώδεσι, καὶ πυριῶντα τοῖς τε διὰ μαλάχης, καὶ λινοσπέρμου, καὶ τήλεως, καὶ ἐλαίου, ἔστι δὲ ὅτε καὶ μέλιτος. ἰσχυροτέροις τε, τῇ τε ἀρτεμισίᾳ καὶ κονύζῃ καὶ καλαμίνθῃ, καὶ γλήχωνι, καὶ ἀνθεμίδι. πρὸς δὲ τούτοις χρῆσθαι, τερεβινθίνῃ καὶ νίτρῳ, καὶ σικύῳ ἀγρίῳ, τῷ ἐλατηρίῳ, καὶ κασσίᾳ, καὶ ὀροπίσσῃ. Αἷς δὲ κέχηνε τὸ στόμα, δίαιται μὲν καὶ πυρίαι, καὶ φάρμακα ξηρότερα καὶ στύφοντα κύτινοι ῥοῶν, καὶ σχῖνος, καὶ ῥίζαι βάτου, καὶ μύρτα, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ὑγροτέρας ἁρμόζοντα. τὰς δὲ διαστροφὰς πυρίαις ἐξευθύνειν, καὶ τοῖς μαλακτικοῖς καθέτοις. μίξις δὲ ἡ ἐξόπισθεν, δοκεῖ πρὸς κύησιν συμφέρειν.

rubi tenerorum uirgultorum & gallæ. Quod ſi ſiccior ſit uterus, per contraria curetur, balnea dico, & unctiones, & cibos humectantes ac oleraceos, uinumque moderatum, & non ualde uetus. At ſi præ humoribus craſſioribus conceptus impediatur, ſi quidem is mordax fuerit humor, purgare oportet mulierem, quemadmodum quiſque humor peculiariter id exigit: maximè uerò per picram ex aloë: deinde ſerum lactis per clyſterem immittere, & uictum commodiorem excogitare. Pituitoſi uerò humores laboribus, & ſudorificis, & uomitibus, aut etiam infernè euacuandi ſunt. Oportet & medicamentum hoc bibendum dare. Epithymi, euphorbij, piperis, ſeminis dauci & petroſelini, omnia trita drachmarum duarum pondere exhibeto. Hoc & per uentrem probè ducit, & uterum calefacit, quemadmodum ſæpe etiam menſes his quæ non purgantur prodire fecit. Poſtquam uerò correctio ſe declarauerit, menſibus probè prodeuntibus, tunc coire oportet deſinente purgatione. Quandoquidem uerò etiam flatus in utero prohibent conceptionem, ſigna quidem ipſorum ex his quæ de uteri inflatione dicta ſunt accipere oportet: curare autem primùm uictu parciore, deinde cumino & anetho, & apij ſemine, & ruta, & aniſo adhibitis. Aromata item pleraque exhibeantur, partim ut bibantur partim ut apponantur. Cæterum concluſos uteros aperire oportet, odoratis decoctis affuſis, & fomentis adhibitis ex malua, ſemine lini, fœno græco & oleo, quandoque etiam melle. Fortioribus item, artemiſia, conyza, calamintha, pulegio & anthemide. In peſſis uerò utantur, terebinthina, nitro, cucumere ſylueſtri, elaterio, caſſia, & picis ſero. Quibus autem oſculum uteri hiat, his uictus, & fomenta, & medicamẽta ſicciora ac adſtringentia conueniunt, mali Punici flores, lentiſcus, rubi radices, myrthi baccæ, & quæ in humidiore cõmodant. Diſtortiones autem uteri fomentis dirigere oportet, & mollientibus peſſis ſubditis. Porrò coitus cum muliere auerſa, etiam ad conceptionem conferre uidetur.

ΠΕΡΙ ΡΑΓΑΔΩΝ ΚΑΙ ΚΟΝδυλωμάτων καὶ αἱμοῤῥοΐδων.

Κεφάλ. οε.

ΠΕρὶ τὸ τῆς ὑστέρας στόμιον γίνονται ῥαγάδες ἐκ βιαίων τόκων. καὶ τὸ μὲν πρῶτον διαλανθάνουσιν, ἔτι προσφάτων ὄντων τῶν ἀπὸ τῆς τέξεως πόνων. ὕστερον δὲ κατ᾽ ὀλίγον ἐν αἰσθήσει γίνονται. ποτὲ μὲν πρὸς τὰς χειραψίας ποτὲ δὲ κἂν τῆς

DE FISSVRIS, CONDYlomatis, ac hæmorrhoidibus uteri.

Caput LXXV.

CIrca uteri oſculum fiſſuræ fiunt ex uiolentis partubus: & primum quidem latent dum recentes adhuc ſunt ex partu dolores; poſtea uerò paulatim percipiuntur, aliquando ad manuum contactus, aliquando etiam in coitu, quando etiam cruentæ fiunt propter confri-

conſtrictionem. Deprehenduntur autem ſinu diducto. Nam ruptiones in ambitu oſculi conſpiciuntur: in quibus chirurgia, & mordentibus medicamentis reiectis, ſimplicioribus inſeſſibus, & peſſis uti oportet. Conuenit etiam emplaſtrum tetrapharmacum dilutum: ſi uerò calloſa fuerit fiſſura, medicamento ex charta uſto utendum eſt cum roſaceo. Quod ſi uim ipſius non ferant, iridem Illyricam terebinthina exceptam indito. Vlceribus autem ad cicatricem perductis, argenti paratur. Quandoquidē uerò contingit conuenerit id quod ex cadmia conſtat: aut aliquod ſedi deſtinatum, uelut eſt id quod ſpuma fiſſuras diuturnas in condylomata mutari, per conſimilia callus adimatur, & condylomatum eminentiæ ad cicatricem perducantur. Hæmorrhoides autem fiunt circa oſculum, aut collum uteri, & per dioptram inſtrumentum deprehenduntur, ex eo quod eminentia apparet circa exacerbationes, doloroſa, cruenta & rubicunda: in interuallis autem rugoſa, doloris exors, ſubliuida ac ſtillans. In his igitur, ſi fieri poteſt, in interuallis exciſione utendum eſt in uolſella prehenſis: ſin minus per medicamenta ſaltem ipſas conſtringere oportet, ita ut aliquando malicorio ſicco cum galla, aut tali quopiam attingamus: aliquando his quæ in eruptione ſanguinis ex utero relata ſunt utamur, quæ etiam his quibus ob debilitatem ſanguis erumpit conueniunt, quæ cognoſcuntur ex eo maximè quod uterus aſſiduè cruorem remittit ex interuallis, & non ſolùm menſtruæ purgationis tempore.

DE DIFFICILI PARTV. Caput LXXVI.

Difficultas pariendi fit aut circa parientem aut circa fœtum, aut circa ſecundam, aut propter externa. Circa parientem quidem, aut craſſam, aut obeſam, aut quæ totum uterum paruum habet, aut dolorum partus expers eſt, aut tumida, aut inflammationem circa uterum habet, uel in alia parte, aut quomodocunque aliâs ægrotat, aut naturaliter debilis eſt, & extrudere non poteſt, aut ante tempus parit. Circa fœtum uerò, qui aut nimis magnus eſt, aut paruus & parum grauis, aut magni capitis, aut monſtroſus, uelut biceps, aut mortuus, aut uiuus quidē, uerum debilis, & qui extra prodire non poſſit, aut quod plures ſint fœtus (quinque enim uiſos prodidit Herophilus) aut quod figuram habeat præter naturam. Nam figura ſecundum naturam fœtibus eſt, prima quidem in caput, manibus ad femora extentis, ita ut è directo

συνουσίαις. ὅτι καὶ αἱμάσσονται διὰ τὴν παράτριψιν. ἐλέγχονται δὲ τοῦ κόλπου διαστελλέντος. καὶ γὰρ ἐπιρρήξεις κύκλῳ τοῦ στομίου θεωροῦνται. ἐφ' ὧν δεῖ τὴν τε χειρουργίαν καὶ τὰ δηκτικὰ τῶν φαρμάκων παραιτουμένους, τοῖς ἁπλουστέροις ἐγκαθίσμασί τε καὶ πεσσοῖς χρῆσθαι. ἁρμόζει δὲ ἡ τετραφάρμακος ἀνειμένη. εἰ δὲ τυλώδης εἴη, τῷ διὰ χάρτου χρηστέον μετὰ ῥοδίνου, εἰ δὲ μὴ φέρειεν αὐτοῦ τὴν δριμύτητα, ἶριν ἰλλυρικὴν τερεβινθίνῃ ἀναλαβὼν ἐντίθει. ἀπουλωθέντων δὲ τῶν ἑλκῶν ἁρμόσει αὖ τὸ διὰ καδμίας ἤ τι τῶν ἑδρικῶν, ὥσπερ τὸ διὰ λιθαργύρου. ἐπειδὴ δὲ συμβαίνει τὰς ῥαγάδας χρονιζούσας ἀποκονδυλοῦσθαι, τοῖς παραπλησίοις ἐκτυλωτέον τε καὶ εἰς οὐλὴν ἀκτέον τὰ κονδυλώματα. Αἱμορροΐδες δὲ γίνονται περὶ τὸ στόμιον τῆς μήτρας, ἢ τράχηλον. αἳ κατὰ ληφθήσονται διοπτρισμένων τῶν μερῶν ἐκ τοῦ ὑπεροχὴν φαίνεσθαι, κατὰ μὲν τοὺς παροξυσμοὺς ἐναλγεῖ, διαιμόν τε καὶ ἐνερευθῆ. ἐν δὲ διαλείμμασι, ῥυσσὴν καὶ ἀναλγῆ, καὶ ὑποπέλιον καὶ σταγγώδη. ἐφ' ὧν οὖν δεῖ, εἰ μὲν δυνατὸν, ἐν διαλείμμασιν ἐκτομῇ χρῆσθαι μυδίῳ διακρατήσαντα. εἰ δὲ μὴ διὰ φαρμάκων γοῦν αὐτὰς ἀποστύφειν, πῆ μὲν προσαπτόμενον ξηροῖς σιδίοις μετὰ κηκίδος, ἤ τινι τοιούτῳ, πῆ δὲ τῆς ἐπὶ τῆς αἱμορραγούσης ὑστέρας ἐκτεθεῖσι χρώμενον, ἃ καὶ ταῖς διαρροίαις, καὶ αἱμορροΐσιν ἁρμόσει, διαγινωσκομέναις μάλιστα τῷ συνεχῶς αἱμάσσειν τὴν ὑστέραν ἐκ διαλειμμάτων, καὶ οὐκ ἐν τῷ τῆς ἐμμήνου καθάρσεως μόνου χρόνῳ.

ΠΕΡΙ ΔΥΣΤΟΚΙΑΣ. Κεφάλ. ος.

Η δυστοκία γίνεται ἢ παρὰ τὴν τίκτουσαν, ἢ παρὰ τὸ τικτόμενον, ἢ παρὰ τὸ χόριον, ἢ παρὰ τὰ ἔξωθεν. παρὰ μὲν τὴν τίκτουσαν. ἢ παχεῖαν καὶ κατάπιμελον, ἢ μικρὰν ὅλην τὴν μήτραν, ἢ ὀδύνων ἄπειρον, ἢ δειλὴν, ἢ φλεγμονὴν ἔχουσαν κατὰ τὴν ὑστέραν, ἢ ἐν ἄλλῳ μορίῳ, ἢ ὅπως οὖν ἄλλως νοσοῦσαν, ἢ φυσικῶς ἀσθενοῦσαν, καὶ μὴ δυναμένην ἐξωθεῖν, ἢ πρὸ ὥρας τίκτουσα. παρὰ δὲ τὸ κυόμενον. ἢ ὑπερμέγεθες ὂν, ἢ μικρὸν, καὶ ὀλιγοβαρὲς. ἢ ἀδροκέφαλον, ἢ τεράστιον, οἷον δικέφαλον, ἢ τεθνηκὸς. ἢ ζῶν μὲν, ἀσθενὲς δὲ καὶ μὴ δυνάμενον προϊέναι πρὸς τοὺς τόκους. ἢ διὰ τὸ πλείονα τυγχάνειν ἔμβρυα. πέντε γὰρ ἱστόρησεν Ἡρόφιλος. ἢ διὰ τὸ παρὰ φύσιν ἔχειν τὸ σχῆμα. κατὰ φύσιν μὲν γάρ ἐστιν τοῖς τικτομένοις σχῆμα πρῶτον μὲν, τὸ ἐπὶ κεφαλὴν παρατεταμένων τῶν χειρῶν τοῖς μηροῖς, καὶ ἀπαρέγκλητον ἔχον κατ' εὐθὺ τοῦ

στομίου τὴν κεφαλήν. δεύτερον δὲ τούτου, τὸ ἐπὶ πόδας ἀπαρέγκλητον. τὰ δὲ παρὰ ταῦτα πάντα σχήματα παρὰ φύσιν εἰσίν. παρὰ δὲ τὸ χόριον, ἢ μὴ ἀποσπώμενον διὰ παχυσμόν, ἢ καὶ πρὸ τοῦ δέοντος ἀποσπώμενον διὰ λεπτότητα. παρακενωμένου γὰρ τοῦ ὑγροῦ, δυσόλισθον τὸ ἔμβρυον ὑπὸ τῆς ξηρότητος γίνεται, παρὰ δὲ τὸ ἔξωθεν, ἤτοι ψύξεως πυκνωσάσης, ἢ θέρμης ἀμέτρου διαφορησάσης τὴν δύναμιν. ἢ καί τινος ἐκ τύχης προσπεσόντος. Εἰ μὲν οὖν διὰ στέγνωσιν ἢ, οἷον ἀποσφήνωσιν τοῦ ἐμβρύου δυστοκία γίνοιτο. τῇ χαλάσει πρότερον συνεργεῖν. ἐγχυματίζοντα συχνῶς ἐλαίῳ γλυκεῖ καὶ θερμῷ, καὶ σὺν ἀφεψήματι τήλεως, ἢ μαλάχης, ἢ λινοσπέρμου, ἢ καὶ ᾠοῖς, διὰ τὸ παρηγορικόν. εἶτα καὶ καταπλάσσειν ἐφήβαιον μετ᾽ ἐπιγαστρίου καὶ ὀσφύος, τῇ διὰ λινοσπέρμου, ἢ διὰ μελικράτου, ἢ ὑδρελαίου. ἐγκαθίσμασί τε τοῖς ὁμοίοις. καὶ τοὺς ἀπὸ βαλανείων δὲ παραλαμβάνειν χαλασμοὺς, εἰ μὴ πυρετὸς, ἤ τις ἑτέρα κωλύοι πρόφασις. καὶ κινεῖν διὰ φορείου τὴν τίκτουσαν ἐν ἀέρι θερμῷ συμμέτρως. ἔνιοι δὲ καὶ κατασεισμοὺς εὐτόνους παρέλαβον, καὶ πταρμικὰ προσήγαγον. καὶ τὴν μὲν δειλιῶσαν, παρορμᾶν. τὴν δὲ ἄπειρον ὠδίνων, διαλεκτέον εὐτόνως μάλιστα τὸ πνεῦμα κατέχειν, καὶ πρὸς τὴν λαγῶνα συνωθεῖν. τὴν δὲ λειποθυμοῦσαν, τοῖς ἀπλήκτοις ὀσφραντοῖς ἀναληπτέον. κουφισθεῖσαν δὲ μετρίως, θρεπτέον ὀλίγῃ τῇ τροφῇ. τὴν δὲ κατάπιμελον ἐν τῇ κλίνῃ πρηνῆ σχηματιστέον, προσυποκλίνασαν τοῖς μηροῖς τὰ γόνατα. διὰ τὸ τὴν ὑστέραν πρὸς ἐπιγάστριον φερομένην, κατ᾽ εὐθὺ τοῦ στομίου γίνεσθαι. διὰ δὲ τῶν δακτύλων κηρωταῖς ἢ λιπάσμασι παίνειν τὸ στόμιον, καὶ ἠρέμα διαστέλλειν. καὶ εἴ τι πάθος εἴη περὶ τὰ μόρια, καὶ τούτου προνοεῖσθαι. καὶ σκύβαλον κατεχόμενον ἐκβάλλειν διὰ μαλακοῦ κλύσματος. καὶ χόριον ἀναστομούμενον διαιρεῖν, ἢ τοῖς δακτύλοις, ἢ πολυκόπῳ σπαθίῳ κεκρυμμένῳ ἐν αὐτοῖς, προηγουμένης τῆς ἀριστέρας χειρός. καὶ τι τῶν λιπαρῶν ὑγρῶν διὰ κλυστηρίου εἰς τὸ κύτος ἐνιέναι τῆς ὑστέρας. παρὰ φύσιν δὲ διασχηματισθέντος τοῦ ἐμβρύου, τὸν κατὰ φύσιν ἀποδιδόναι σχηματισμόν, τῇ μὲν ὠθοῦντα, τῇ δὲ παράγοντα, τῇ δὲ κάμπτοντα, τῇ δὲ ἀπευθύνοντα. καὶ εἰ μὲν χεῖρα προβέβληκε, ἢ πόδα, μὴ ἐπισπᾶσθαι κώλου λαβόμενον, μᾶλλον γὰρ ἐπισφηνοῦται, ἢ ἔξαρθρον γίνεται, ἢ καὶ ἀπορρήγνυται. ἀλλὰ τοὺς δακτύλους ἐρύσαντα κατὰ τοῦ ὤμου, ἢ κατὰ τοῦ ἰσχίου τοῦ ἐμβρύου, πάλιν τὸ προβεβλημένον εἰσάγειν, εἰς τὸν προσήκοντα τόπον. εἰ δὲ μετὰ σφηνώσεως, ὅλου τοῦ ἐμβρύου γένηται παρα-

oſculi uteri, caput nullatenus inclinatum habeat, Secunda ab hac, in pedes citra inclinationem. Quæ uerò præter has ſunt figuræ, omnes præter naturam ſunt: circa ſecundam autem, quæ aut non auellitur propter craſſitudinem, aut etiam antea quàm oportet auellitur, propter tenuitatem. Euacuato enim humore, fœtus præ ſiccitate ægrè deuoluitur. Propter externa uerò, ſi aut frigiditas denſauit, aut immoderata caliditas uires exoluit, aut etiam fortuitè aliqua re allapſa. Si igitur ob coarctationem, aut uelut obturationem fœtus, difficultas pariendi fiat, primum coadiuuare oportet per laxationem, infundendo aſſiduè oleum calidum, cum decocto fœnigræci, aut maluæ, aut ſeminis lini aut etiam cum ouis, mitigationis gratia, deinde cataplaſma imponere pubi, ſuperno uentri ac lumbis ex ſemine lini cum aqua mulſa, aut aqua & oleo: & inſeſſibus ſimilibus uti. Sed & ex balneis aſſumere laxationes, ſi non febris, aut alia aliqua cauſa impediat, & parientem per lecticam mouere in aëre moderatè calido. Quidam etiam concuſſiones fortes adhibuerunt, & ſternutatoria admouerunt, & quæ quidem timida eſt impellatur: quæ uerò inexperta eſt dolorum partus, perſuadeatur, ut maximè fortiter ſpiritum contineat, & ad laterum mollitudines compellat. Quæ uerò in animi deliquium incidit, odoramentis non offendentibus refocilletur: alleuata autem mediocriter, modico cibo nutriatur. At uerò quæ obeſa eſt, in lecto prona figuretur, genibus ad femora inclinatis, quò uterus ad abdomen delatus, è directo oſculi ſit. Per digitos autem ceratis, aut pinguedine oſculum illinatur, & leniter diducatur: & ſi qua affectio fuerit circa partes, etiam huic proſpiciatur: & ſtercus contentum, per molle infuſum per clyſterem eijciatur, & ſecunda aperta dirimatur aut digitis, aut ſcapello inter ipſos occultato, præcedente ſiniſtra manu: & aliquis pinguis humor per clyſterem in uteri capacitatem immittatur. Si uerò præter naturam figuratus eſt fœtus, naturalis figura reſtituatur, partim impellendo, partim deducendo, partim flectendo, partim dirigendo: & ſiquidem manum aut pedem præmiſerit, non hac parte apprehenſus extrahatur. Magis enim obturatur, aut exarticulatur, aut etiam abrumpitur: uerùm digitis humero iniectis, aut coxæ ipſius fœtus pars præmiſſa ad conuenientem locum retrudatur. At ſi una cum obturatione, totius fœtus figura euariet,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

tuarier, prius ipſe ab uteri oſculo in ſublime retrudatur: deinde apprehenſus, rurſus ad oſculum dirigatur. Si uerò plures uno fœtus deferantur, rurſus ſurſum ac deorſum dirigantur, omniaq; fiant ſenſim ac leniter citra cõpreſſionem oleo locis affuſo. Tempus autẽ deſeſſus in ſellam eſt, quum oſculum uteri apertum digito occurrerit, & præruptio prominuerit. Quòd ſi uerò non prodierit, eò quod mortuus eſt fœtus, aut ob aliam cauſam, ad fœtus extractionem procedendum eſt.

DE CVRATIONE MORborum in articulis & coxendice. Caput XII.

*Ciborum & raphanorum plerunque: deinde ad ueratrum ueniendum eſt. In his uictus ratio aliarum affectionum communis eſt, & poſt uictus rationem inunctio, lauatio in frigida, marina præcipuè quidem: omnibus articularibus uitijs communia medicamenta ſunt. Nam & podagricis ueratrum mirificè, ſed inprimis morbi inuaſionibus ſuccurrit. Quod ſi multis jam annis inuetera uit, uel à maioribus per ſucceſſionem deſcendit; ægrotum ad mortem uſque comitatur. Artuum exacerbationibus hoc ſanè pactò ſubueniendum eſt, Lanæ ex oue ſordidæ adhibeantur: irrigationes fiant ex roſaceo & uino: nonnullis & ſpongia ex poſca profuit. Adhæc cataplaſma fiat, panis ſumatur cum refrigerantibus, ut puta, cucutbita & cucumere. Accipiatur & cucurbitula tenuis, & plantago herba, & roſarum folia. Nec non & Sideritis dolorem ſedat cum pane & muſco: & Symphyti radix, & pentaphyllos herba, quinque folium Romani uocant: & marrhubium, quod folijs eſt tenuibus. Huius decoctum quidem infuſum dolorem leuat. Ex ipſa uerò herba cum panis micis, aut cum ordei farina cata-

σχηματισμὸς, ἀναβιβάζειν αὐτὸ πρότερον ἀπὸ τοῦ στομίου τῆς ὑστέρας μετέωρον. κἄπειτα λαβόμενον, αὖθις ἀπευθύνειν ἐπὶ τὸ στόμιον. εἰ δὲ πλείονα τοῦ ἑνὸς ἐμβρύου καταφέροιτο, πάλιν ἄνωθεν αὐτὰ καὶ κάτωθεν κομίζεσθαι. πάντα δὲ ποιεῖν ἠρέμα, καὶ ἀπεριθλάστως ἐλαιοχυτοῦντα τοὺς τόπους. καιρὸς δὲ τῆς εἰς τὸν δίφρον καθέδρας, ἤτε τὸ στόμιον τῆς μήτρας ἀνεῳγὸς ὑποπέσῃ τῷ δακτύλῳ, καὶ προκύψῃ τὸ πρόρρηγμα. εἰ δὲ διὰ τὸ τεθνηκέναι τὸ ἔμβρυον, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν μὴ προέρχοιτο, ἐπὶ τὴν ἐμβρυουλκίαν ἰέναι.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ἈΡΘΡΙΤΙΔΟΣ καὶ ἰσχιάδος κεφ. ιβ.

*σιτίων καὶ ῥαφανίδων πολλάκις. ἔπειτα ἐς τὸν ἐλλέβορον ἄγειν. δίαιτα δὲ ἡ ἐπὶ τοῖσδε, ξυνὴ τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι, καὶ ἐπὶ τῇ διαίτῃ, ἄλειψις, ψυχρολουσίη θαλασσίη, μάλιστα μὲν ὦν ἅπασι ἀρθριτικοῖσι ξυνὰ ἄκεα, καὶ γὰρ καὶ τοῖσι ποδαγρικοῖσι ἐλλέβορος τὸ μέγα ἄκος. ἀλλὰ ἐν τῇσι πρώτῃσι προσβολῇσι τοῦ πάθεος, ἢν δὲ ἐκ πολλῶν μὲν ἤδη χρόνον ἔῃ, ἀτὰρ καὶ ἐκ διαδέξιος πατέρων φανῇ, ξυναποθνήσκει ἡ νοῦσος. ἐς δὲ τοὺς παροξυσμοὺς τῶν ἄρθρων, τάδε χρὴ πρήσσειν. εἴρια μὲν ἔσω ἐξ οἰὸς τὰ οἰσυπώδεα. τέγξιες δὲ διὰ ῥοδίνου καὶ οἴνου. μετεξετέροισι δὲ καὶ σπογγιὴ ξὺν ὀξυκρήτῳ ὤνησεν. ἔπειτα ἐπίπλασμα ἄρτος, ξὺν τοῖσι ψύχουσι κολοκύνθης, καὶ πέπονος, καὶ σικύη λίη, ἀρνόγλωσσον ἡ βοτάνη, καὶ ῥόδων τὰ φύλλα. ἀτὰρ καὶ ἡ σιδηρῖτις ἄπονος ξὺν ἄρτῳ, καὶ βρίῳ, καὶ συμφύτου ῥίζα, καὶ πεντάφυλλον ἡ βοτάνη, καὶ πράσιον, ἢ τοῖσι φύλλοισι λεπτή. τῆς δὲ μέντοι τὸ μὲν ἀφέψημα ἐξάντλημα ἄπονον. αὐτὴ δὲ ἐπίπλασμα ξὺν ψιξί, ἢ κριθῶν

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

θῶν ἀλίτῳ. μήλων τε τῶν κιτρίων τὸ ἄβρωτον ξὺν ἀλφίτοισι ἄριστον. σῦκα ξηρὰ καὶ θάσια ξὺν τινὶ τῶν ἀλίτων. ἥδε μὲν τοι ψύξιος ἡ ὕλη. καὶ τόδε μὲν τὸ ἄλλοτ' ἄλλον ὤνησε, καὶ τωὐτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ μελεξετέροισι δὲ, τὰ ἀλεαίνοντα ξυμφέρει, καὶ τωυτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ ὠφελέει, λόγος δὲ καὶ τόδε κάρτα ἄπονον ἔμμεναι, αἶγα χρὴ βοτάνης τῆς ἴριδος ἐμφαγεῖν, ἐπὴν δὲ πλησθῇ, διαλείποντα ὁκόσον ἡ νομὴ ἐν τῇ γαστρὶ μαχθείη, καταθῦσαι τὴν αἶγα, ἢ δὲ ἐντὸς τοῦ γαστρὸς ἐς τὴν κόπρον ἐγκρύψαι τὼ πόδε. φάρμακα δὲ μυρία. καὶ γὰρ τοὺς νοσέοντας, ἑωυτῶν φαρμακέας εὐπόρους τίθησι ἡ ξυμφορή. τῶν δὲ ἰητρῶν τὰ φάρμακα, ἐν τῇσι γραφῇσι λελέξεται.

ΠΕΡΙ ΙΣΧΙΑΔΟΣ.

Κεφάλ. οζ.

Παύλου Αἰγινήτου βιβ. γ. κεφάλ. οζ. Τοῦ γένους οὖσα τῆς ἀρθρίτιδος ἡ ἰσχιὰς, μόνῳ τῷ κατὰ τὸ ἰσχίον ἐνεστηρίχθαι τὴν αἰτίαν αὐτῆς διενήνοχεν. αἴτιος δὲ ταύτης, παχὺς, καὶ φλεγματικός ἐστι χυμὸς, ἐνεσφηνωμένος τῇ κατ' ἰσχίον διαρθρώσει. ὁ δὲ πόνος αὐτοῖς ἀπὸ τῶν κατὰ τὸ σφαίρωμα, καὶ τὸν βουβῶνα τόπων ἄχρι γόνατος, ἐπὶ τῶν πλείστων δὲ καὶ ἄχρι ποδὸς ἄκρου διικνεῖται. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἐντυχόντες τῷ κάμνοντι, μετὰ τὴν τῶν σκυβάλων διὰ κλυστῆρος κένωσιν, φλεβοτομίαν ἀπ' ἀγκῶνος παραλάβωμεν, μετ' ἐπαφαιρέσεως. εἰ δὲ μετὰ χρόνον. ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ πεπονθὸς σκέλος σφυροῦ τὴν ἀφαίρεσιν ποιησώμεθα, καὶ κατὰ μὲν τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχῇ τῇδε χρηστέον. κυπρίνου. Κ°. η. ὄξους Κ°. δ. νίτρου Κ°. β. κάχρυος Κ°. α. δι' οἰσυπηρῶν ἐρίων θερμῇ. μεθ' ἣν καταπλαστέον αὐτοὺς ἀλεύρῳ θέρμων πικρῶν, μετ' ὀξυμέλιτος, ἢ ἀλεύρῳ αἰρίνῳ μετὰ ῥητίνης, καὶ σικύου ἀγρίου ῥίζης καὶ νίτρου, καὶ καλαμίνθης, καὶ κάχρυος, καὶ δαφνίδων. καὶ ἡ καλαμίνθη δὲ μόνη χρησίμως καταπλάσσεται δι' ὀξυμέλιτος, ἢ μελικράτου. ἐμπλάστρῳ δὲ παρηγορικῇ χρηστέον τῇδε Κηροῦ L. ρ. τερεβινθίνης L. κε. ἰοῦ L. ς. σμύρνης, χαλβάνης, ἴρεως ἀνὰ L. ς. κεδρίας L. ε.

plaſma fiat. Malorum quoque citriorum pars non apta cibo cum polenta magnopere ſubuenit. Fici aridi & amygdalæ cum aliqua farina. Hæc utique eſt refrigerationis materia. Et hoc quidem remediorum genus aliud alium iuuit: & idem interdum alium atque alium. Nonnullis uerò calefacientia remedio ſunt: atque idem remedium aliâs alijs opitulatur. Peruulgatum eſt autē, & hoc ad dolorem tollendū ualde proficere. Capram oportet herbam iridem ad ſatietatem depaſci: deinde interpoſito tempore, quantum ad pabulum in uentriculo conficiendum ſatis ſit, capram immolare, atque intra eius uentrem infimo pede ægrotantis occulere. Demum infinita ſunt medicamenta. Ægrotos nanque ſibi ipſis remedia parare urgens impellit calamitas. Sed medicorum auxilia in proprijs libris conſcribentur.

DE COXENDICVM morbo.

Caput LXXVII.

PAulus Ægineta lib. 3. c. 77. Quum articularis morbi generis ſit coxendicum morbus, in eo ſolo differt ab eo, quod cauſa ipſius circa coxam firmatur: cauſa uerò hujus eſt craſſus ac pituitoſus humor coarticulationi circa coxam impactus. Dolor autē ipſis eſt à locis circa nates, & inguina uſq; ad genua, in pleriſq; uerò uſq; ad ſumum pedem pertingit. Ab initio igitur ægro oblato, poſt ſtercorū per clyſterē euacuationē, uenæ ſectionem à cubito aſſumimus cum repetita detractione: ſi uerò poſt tempus æger nobis obtigerit, à malleolo circa crus affectum detractionem faciemus, & circa exacerbationes hac irrigatione utendum eſt. Cyprini cyathi octo, aceti cyathi quatuor, nitri cyathi duo, ſeminis roſmarini cyathus unus, per lanas ſuccidas calida hæc adhibentur. Poſt hanc cataplaſma imponatur ex lupinorum amarorum farina, cum aceto mulſo, aut ex loliacea farina cum reſina, & cucumeris ſilueſtris radice, & nitro, & calamintha, & roſmarini ſemine, & lauri baccis: ſed & ſola calamintha utiliter imponitur cum aceto mulſo, aut aqua mulſa. Emplaſtro uerò mitigatorio utendum eſt hoc. Ceræ drachmæ centū, terebinthinæ drachmas uiginti quinq;, æruginis drachmæ ſex, myrrhæ, galbani, iridis, ſingulorū drachmæ ſex: cedriæ drachmæ quinq;:

præbi-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

præbibendus detur ſuccus cyrenaicus erui magnitudine, aut caſtorei drachma una, cum opopanacis obolis tribus. Radicis autem capparis cortex potus, & cataplaſmatis admiſtus prodeſt: ſi uerò multus eſt dolor, etiam dolorem eximentia medicamenta locum habent, uelut eſt antidotus Philonis, & quæ ex duobus piperis generibus conſtat: infuſum uerò hoc immittatur. Mellis ſeſqui cyathus, olei ſeſqui cyathus, aquæ cyathi duo, nitri drachmæ octo, terebinthinæ drachmæ quatuor. His calidis infuſis, inſuper fomentum ano adhibeatur, quo longiore tempore retineatur. Euacuat mucoſa, quandoque etiam ſanguinem, quando etiam plus prodeſt. ſi uerò perſeuerauerit affectio (quod tamen rarò contingit) rurſus ipſo utendum eſt frequentius, pro aqua centaurij decocto admixto. Sanguinem euacuat etiam thlaſpeos ſemen infuſum, & elaterij ſuccus, & quod ex ipſo, aut ex radicibus ipſius componitur oleum ſicyonium, & ſalſorum piſcium muria, & oliuarum colymbadum muria rectè infundi poteſt. Cucurbitis etiam ad coxam, cum multa flamma, & ſcarificatione utendum eſt, aliquando etiam hirudinibus. Perſeuerante autem affectione, ad purgationem procedendum eſt, aut per hieram, aut per colocynthidem, ita ut medullæ ipſius probè tritæ drachmæ pondus detur, in aquæ mulſæ cyathis plus minus duobus, pro uiribus ægri, & prout aluo benè affectus eſt. Sit autem ruta in aqua mulſa cocta. Probè etiam hos expurgat puls ex colocynthide: in quibuſdam etiam uomitus à raphanis ab initio profuerunt. In interuallis autem dropax adhibeatur, & acopa ex euphorbio, præſertim id quod uarium appellatur. Balnea uerò naturalia his commoda ſunt. Si uerò non adſint, in alijs ſaltem loti relatis acopis utantur, & compoſitis his, tum Aſclepio appellato, tum hoc quod ex euphorbij, adarces, ueratri nigri, caſtorij, pyrethri, piperis, ſtaphidis ſyluestris, ſingulorum æqualibus partibus paratur. Poſt balneum picis aridæ quadrans, ſulphuris uiui ſextans, calido adhuc corpori inſpergatur, ipſumque charta integatur. Si uerò neque hæc profuerint, aut reliquijs morbi reſtantibus, bonum eſt etiam ſinapi cum caricis impoſitum, aut etiam per ſe. Perfectè uerò ipſos reſtituit Iberidis herbæ uſus, quam ſane etiam lepidium, aliqui uerò ſyluestre naſturtium appellant. Quæ uerò apud nos naſcitur fruticoſa, folijs lauri ſimilibus, & multo maioribus, multam de ſe experientiam dedit, non ſolum in coxendicum, ſed etiam alijs diuturnis morbis. Æſtate autem multò efficacior eſt: ſi uerò etiam

προποτιστέον δὲ αὐτὸν ὀποῦ κυρηναϊκοῦ μέγεθος ὀρόβου. ἢ καστορίου L. α. σὺν ὀποπάνακος τριωβόλῳ. ὁ δὲ τῆς ῥίζης τῆς καππάρεως φλοιὸς πινόμενός τε καὶ τοῖς καταπλάσμασιν ἐπιμιγνύμενος ὠφελεῖ. πολλῆς δὲ τῆς ἀλγηδόνος οὔσης καὶ τὰ ἀνώδυνα τῶν φαρμάκων ἔχει χώραν οἷον ἥ τε Φίλωνος καὶ ἡ διὰ τῶν δύω πεπέρεων. ἐνέματι δὲ χρηστέον τῷδε μέλιτος K°. α. S. ἐλαίου K°. α. S. ὕδατος K°. β. νίτρου ὁλκαὶ η. τερεβινθίνης ὁλκαὶ δ. ταῦτα θερμὰ ἐνέσαντα, δεῖ τὸν δακτύλιον ἐπιπυριᾶν, ὑπὲρ τοῦ πλείονι χρόνῳ κατασχεθῆναι. μυξώδη κενοῖ ἐνίοτε καὶ αἷμα, ὅτε καὶ πλεῖον ὠφελεῖ. εἰ δὲ ἐπιμένοι ἡ διάθεσις, ὅπερ ἐστὶ σπάνιον, καὶ αὖθις συχνότερον αὐτῷ χρηστέον, ἀντὶ τοῦ ὕδατος ἀφέψημα κενταυρίου μισγοντα. αἷμα δὲ κενοῖ καὶ θλάσπεως σπέρμα ἐνιέμενον, καὶ ὁ χυλὸς τοῦ ἐλατηρίου, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ. ἢ τὸ διὰ τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ συντιθέμενον σικυώνιον ἔλαιον καὶ τῶν ταριχηρῶν ἰχθύων ἡ ἅλμη καὶ τῶν ἐλαιῶν τῶν κολυμβάδων, καλῶς ἂν ἐνεθείη. σικύαις δὲ κατὰ τοῦ ἰσχίου μετὰ πολλῆς φλογὸς χρηστέον. ἐγχαράξει χρωμένους ἐνίοτε δὲ καὶ βδέλλαις. ἐπιμένοντος δὲ τοῦ πάθους ἐπὶ κάθαρσιν ἰτέον, ἤτοι διὰ τῆς ἱερᾶς, ἢ τῆς κολοκυνθίδος διδόντα τῆς ἐντεριώνης καλῶς λειωθείσης, δραχμῆς πλῆθος ἐν μελικράτῳ K°. β. ἢ μικρῷ πλέον ἢ ἔλαττον πρὸς τὴν δύναμιν, καὶ τὴν εὐκοιλιότητα τοῦ νοσοῦντος. ἐν δὲ τῷ μελικράτῳ πήγανον ἐνεψήσθω. καλῶς δὲ τούτους ἐκκαθαίρει, καὶ ὁ διὰ κολοκυνθίδος πολτὸς ἐπί τινων δὲ καὶ οἱ ἀπὸ ῥαφανίδων ἔμετοι κατ' ἀρχὰς ὠφέλησαν. ἐν δὲ τοῖς διαλείμμασι δρωπακιστέον αὐτούς. τοῖς τε δι' εὐφορβίου χρηστέον ἀκόποις, καὶ μάλιστα τῷ ποικίλῳ καλουμένῳ. λουτρὰ δὲ τὰ αὐτοφυῆ τούτοις ἁρμόδια. εἰ δὲ μὴ παρείησαν, ἐν τοῖς γοῦν ἄλλοις λουόμενοι τοῖς δὲ λελεγμένοις ἀκόποις χρηστέον. καὶ τοῖς συνθέτοις νίτροις, τῷ τε ἀσκληπίῳ, καὶ τῷ δι' εὐφορβίου καὶ ἀδάρκης, καὶ μέλανος ἐλλεβόρου καστορίου τε καὶ πυρέθρου. καὶ πεπέρεως, καὶ ἀσταφίδος ἀγρίας ἴσων. μετὰ τὸ λουτρὸν ἐμπασσέσθωσαν πίσσης ξηρᾶς Γο. γ θείου ἀπύρου Γο. β. θερμὸν ἔτι τὸν χρῶτα καὶ σκεπέτωσαν αὐτὸν χάρτῃ. εἰ δὲ μὴ δὲ ταῦτα δράσοι, ἤγουν ἐγκαταλείμματός τινος τῆς νόσου μείναντος, καλὸν μὲν καὶ τὸ νᾶπυ καταπλαττόμενον σὺν ἰσχάσιν ἢ καὶ καθ' αὑτό. τέλεον δὲ τούτους ἀποκαθίστησι τῆς ἰβηρίδος βοτάνης ἡ χρῆσις, ἣν δὴ καὶ λεπίδιον. οἱ δὲ ἀγριοκάρδαμον προσαγορεύουσιν. ἡ δὲ παρ' ἡμῖν φυομένη θαμνώδης, παραπλήσια δάφνης τὰ φύλλα, καὶ μείζονα πολλῷ ἔχουσα. πολλὴν δέδωκε πεῖραν, οὐ μόνον ἐπὶ ἰσχιαδικῶν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἄλλων χρονίων νοσημάτων. θέρους δὲ πρακτικώτερα μᾶλλον ἐστίν. εἰ δὲ καὶ μὴ τύχοι

τότε

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

τότε φύλλα φύουσι. δεῖ οὖν τὸν φλοιὸν τῆς ῥίζης αὐτῆς κόψαι μετὰ στέατος ὑείου, ὡς ἐμπλαστρώδη γενέσθαι. εἶτα ἐπιπλάσαντα ῥάκει πυκνῷ κατὰ τῶν μάλιστα ὀδυνωμένων ἐπιθεῖναι τόπων, ἤγουν κατά τε τοῦ σφαιρώματος ὅλου, καὶ τοῦ μηροῦ, καὶ ἐάσαντα ἕως οὗ μελανθῇ, ἢ πάντως γε πελιδνὴ γένηται ἡ ἐπιδερμίς. εἶτα λαβεῖν αὐτὸ, καὶ λουσαμένῳ ἐπιθεῖναι ταύτην τὴν κηρωτήν· ὀποπάνακος Γο. δ. διαλύονται ὄξους Κο. β. καὶ ἀναλαμβάνονται κηρωτῇ κυπρίνῃ. εἰ δὲ παραιτοῖντο τῶν τοιούτων καυστικῶν τὴν χρῆσιν ταῖς ἀνασκευαστικαῖς χρηστέον ἐμπλάστροις, ὧν ἐστι καὶ αὕτη· κηροῦ πιτυΐνης ἀνὰ L. ιβ. τερεβινθίνης, περιστερῶν ἀγρίων κόπρου, σφέκλης προσφάτου ἀνὰ ς. χαλβάνης L. ας. καὶ ἡ λέαινα δὲ προσαγορευομένη τῶν ἀνασκευαστικῶν ἐστι. χρήσιμοι δὲ καὶ αἱ διὰ στακτῆς καὶ νίτρου σκευαζόμεναι. καὶ τοῖς ἐπ' ἐνιαυτὸν δὲ πινομένοις τινὲς ἐχρήσαντο πόμασιν. ἐξ ὧν ἐστι τό, τε διὰ τεσσάρων· χαμαίδρυος λι. α. γεντιανῆς γο θ. ἀριστολοχίας στρογγύλης γο. θ. πηγάνου σπέρματος ξηροῦ ξ. α. ταῦτα κόψαντα δεῖ καὶ σήσαντα, διδόναι καθ' ἑκάστην ἡμέραν κοχλιαρίου πλῆθος νήστει τε καὶ εὐπέπτῳ, μεθ' ὕδατος ψυχροῦ Κο. β. ἐπὶ ἐνιαυτόν. ἕως ἂν ἡ νόσος παύσηται. καὶ τὸ διὰ ζ. δὲ συντιθέμενον. καὶ ἡ πρόκλου δὲ λεγομένη, τῆς αὐτῆς εἰσιν ἐπαγγελίας. γυμνάσια δὲ διά τε περιπάτων ἐπιτελείσθω, καὶ συνεχῶς διὰ κάμψεων καὶ ἀσφάλσεων, καὶ δρόμων. καὶ τροφὴ δὲ λεπτύνουσα μετρίως καὶ εὔπεπτος. εἰ δὲ πρὸς μηδὲν τῶν εἰρημένων ὑπακούει ἡ ἰσχίας, ὅτε μὲν εἰς διαπύησιν τρέπεται, ὅτε δὲ, χαλασθέντων τῶν συνδετικῶν νεύρων, τὸ κῶλον ἐξαρθρεῖν. δεῖ τοίνυν χρονιζούσης τῆς διαθέσεως, καίειν τὸ ἄρθρον κατὰ τρεῖς ἢ τέσσαρας τόπους, ὡς ἐν τοῖς χειρουργουμένοις εἰρήσεται καὶ ἐπὶ πλείονας ἡμέρας τὰ ἕλκη φυλάττειν ἀνεπούλωτα.

folia tunc quum expetitur, non produxerit, radicis ipſius corticem contundere oportet tum adipe ſuillo, ad emplaſtri formam, deinde in linteum denſum infarcta, dolentibus maximè locis imponere aut circa totas nates & femur,& ſinere donec nigreſcat, aut omnino liuida fiat ſumma cuticula: poſtea ipſum auferre, & loto hoc ceratum imponere. Opopanacis trientem in aceti cyathis 2. diſſoluito & cerato cyprino excipito. Quod ſi recuſent talium urentium uſum, emplaſtris malum extirpantibus utendum eſt, quorum de numero & hoc eſt. Ceræ, reſinæ pinus ſingulorum drachmæ duodecim: terebinthinæ, fimi olumbarum ſylueſtrium, fæcis uini uſtæ recentis, ſingulorum drachmæ ſex: galbani ſeſquidrachmam. Eſt etiam de extirpantibus emplaſtrum leæna appellatum. Commoda ſunt ea quoque quæ ex lixiuio ac nitro parantur: quin & potionibus quæ ad annum bibuntur, quidam uſi ſunt,ex quibus eſt & ea quæ ex quatuor rebus conſtat, chamædryos libra una, gentianæ dodrante, ariſtolochiæ rotundæ dodrante, ſeminis rutæ ſicci ſextario uno. Hæc contuſa & cribrata quotidie dare oportet cochlearij menſura jejuno & concoctione probè facta, cum aquæ frigidæ cyathis duobus, ad annum, donec morbus ſedetur. Medicamentum quoque ex ſeptem rebus compoſitum, & quod Proclo aſcriptum eſt,idem promittunt. Exercitia faciat per deambulationes & per aſſiduos flexus,ſaltus ac curſus. Cibus ſit attenuans moderatè & concoctu facilis. Si uerò nulli ex relatis cedat coxendicum morbus, quandoque ad ſuppurationem uertitur, quandoque laxatis neruis colligantibus, coxa ex articulo luxatur. Oportet igitur diuturna facta affectione, articulum urere tribus aut quatuor locis,uelut in chirurgiæ tractatione referetur,& ulcera ad plures dies conſeruare,ut ne cicatrix inducatur.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΕΛΕφαντος.

Κεφάλ. ιγ.

Τῶν νούσων μέζονα χρὴ τὰ ἄκεα ἐς λύσιν αὐτέων ἔμμεναι. ἐλέφαντος δὲ τηλικούτου κακοῦ, τίς ἀξιόνικος γίγνοιτ' ἂν ἰητρείη. οὐ γὰρ μέρεϊ ἢ σπλάγχνῳ ἑνὶ, ἢ ἔνδον ἐνσκήπτει μοῦνον, ἢ ἔξω τὸ κακὸν ἕρπει. ἀλλὰ ἔνδοθί τε ὅλῳ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνοικέει, καὶ ὅλον ἔξωθεν ἀμπέχει. ἀτερπὲς

CVRATIO ELEphantis,

Caput XIII.

Morbis, quo diſſoluantur, majora eſſe remedia opus eſt. Sed quænam medela excogitari poterit, quæ elephantem tam ingens malum expugnare digna ſit? neque enim in parte una,aut uiſcere uno in hæreſcit: neque aut intus duntaxat labes occulitur,aut extra prorumpit: ſed & in penetralibus totum hominem occupat, & exterius totum amplectitur. Triſte pro-

profecto,& uiſu terribile ſpectaculum. Feræ nanque ſpecies eſt, ac unà cum his uiuere, unà cibum capere perinde, atque in peſtilentia, formidoloſum eſt. Etenim per inſpirationis communionem facilis infectio eſt. Quod igitur quiſpiam in arte medica inueniat, quod hujuſce mali dignum remedium contineat. Verum enimuerò omnia conferre ſimul oportet medicamenta? & uictus rationem, & ferramenta, & ignem. Hæcque ſi nouo & orienti affectui adhibueris : ſanationis ſpes affulget. Sin ad ſummum ſuæ creationis aſcendat, in uiſceribuſque ſtabilis ſedeat, inſuper & in faciem inuadat : tunc de ægri ſalute ſpes omninò abſciſſa eſt. Itaque uenas in cubito ambas incidito : incidito & uenas in malleolis eodem die : temporis enim interjectio atque ſeparatio fundendo ubertim ſanguini, & recreandis uiribus aptior eſt. Nam ſanguinem ſæpè & multum mittere operæpretium eſt : quippe uitij huius alimentum ſit. Exigua uerò ipſius pars eſt optima, quæ naturæ cibum præbeat. Iccirco qua ratione prauum inquinatumque detrahatur, atque interim corpori familiare ac bonum procreetur, conjectandum eſt : quoad alimenti penuria morbus prius fatigetur. Noua enim eſca applicata corpori ſpatio temporis antiquam obſcurat atque debilitat. Poſtea medicinam ſacram non ſemel propinato : quin omnia ſæpius iteranda ſunt, & reſumtio, & ad priora reditio. Eſto & alia medicamentoſa in cibis purgatio : ſicut antea de curatione doloris coxendicis diximus. Lac etiam promiſcuum atq; indiſcretum, ſed largius ad aluũ molliendam potui detur. Verùm quintam aquæ partem, quo lac totũ dilabatur, atque deſcendat adijcito. At jejunos primò ad uomitum celerius ducito, deinde à cibis iterum poſteà aſſumtis raphanis. Frequenter autem atque aſſiduè omnia fiant,

μὲν καὶ φοβερὸν ἰδεῖν. θηρείη γὰρ ἰδέη. δέος δὲ ξυμβιῶν τε, καὶ ξυνδιαιτᾶσθαι, οὐ μεῖον ἢ λοιμῷ. ἀναπνοῆς γὰρ ἐς μετάδοσιν, ῥηιδίη βαφή. τί ἂν ὦν εὕροι τις ἐν ἰητρικῇ οὐδὲ ἄξιον ἔχον ἄκος. ἀλλὰ γὰρ πάντα χρὴ ξυμφέρειν φάρμακα, καὶ δίαιτην, καὶ σίδηρα, καὶ πῦρ, καὶ τἆλλα, κὴν μὲν ἐπὶ νεοτόκῳ τῷ πάθει προσβάλλῃς, ἐλπὶς ἴησιος. ἢν δὲ ἐς ἀκμὴν ἥκῃ γενέσιος, καὶ ἐν τοῖσι σπλάγχνοισι ἑδραῖον ἵζῃ, ποτὶ καὶ ἐς τὰ πρόσωπα προσβάλλῃ, ἀνέλπιστος ὁ νοσέων. τάμνειν ὦν τὰς ἐπ' ἀγκῶνι φλέβας. ἄμφω δέ. τάμνειν δὲ καὶ τὰς ἐπὶ σφυροῖσι αὐτῆμαρ. κρέσσον γὰρ ἡ διάστασις, ἔς τε πολλὴν τὴν τοῦ αἵματος, ῥοήν, καὶ ἐς ἀνάκλησιν τῆς δυνάμιος. χρεὼν γὰρ αἷμα πολλάκις, καὶ πολλ' ἐκχέαι, τοῦ πάθεος τὴν τροφήν. σμικρὸν δὲ ἐν αὐτέῳ τὸ χρηστὸν τῆς φύσιος ἡ τροφή. ξυντεκμαίρεσθαι ὦν ἀφαιρέοντα τὸ πονηρὸν καὶ ἔντηκτον, μεσηγὺ τὸ οἰκεῖον, μέσφι ἂν προαπαυδήσῃ ἀτροφίῃ ἡ νοῦσος. ἡ γὰρ νεαρὴ ξυμπλακεῖσα τῷ σώματι, χρόνῳ μακρῷ ἠμαύρωσε τὴν παλαιήν. ἔπειτα τὴν ἱερὴν πιπίσκειν μὴ ἐς ἅπαξ. ἀλλὰ γιγνέσθω πάντα πολλάκις, ἐξ ἀναλήψιος καὶ παλινδρομίης. ἔστω καὶ ἡ ἄλλη κάθαρσις φαρμακώδης ἐν σιτίῳ. ἡ ἐπὶ τῷ ἰσχίῳ ἣ ἔλεξα ἔσω. ἡ δὲ γάλα ἀδιάκριτον, πολλὸν δὲ ἔστω τόδε ἐς διαχώρησιν πιεῖν· ἐχέτω δὲ μοίρην τὴν πέμπτην ὕδωρ, ὡς πᾶν τὸ γάλα διεκθέειν. ἐς ἐμέτους δὲ θᾶσσον ἄγειν νήστιας τὸ πρῶτον. ἀπὸ σίτων δ' αὖθις ἔπειτα ἀπὸ ῥαφανίδων. πολλάκις δὲ καὶ ξυνεχέως πάντα γιγνέσθω.

ἐς ἑλλέ-

ἐς ἐλλέβορον ἄγοντα καιρῷ παντὶ, μᾶλλον δὲ ἔαρος καὶ φθινοπώρου διδόναι ἡμέραν ἀφ᾽ ἡμέρας. καὶ αὖθις ἐς νέωτα. κὴν ἡ νοῦσος κρατυνθῇ, φαρμάκων ποτῶν, ὁκόσα τις γιγνώσκει πιπίσκειν. ἀγαθὸν γὰρ φαρμακεύειν πολλὸν ἐς ὄνησιν. κἀγὼ δὲ ὁκόσα γιγνώσκω γράφω, κεδρίης κύαθον ἕνα. κράμβης δύο μίσγοντα διδόναι. ἄλλο. σιδηρίτιδος τοῦ χυλοῦ κύαθος εἷς, τριφυλλίου εἷς, οἴνου καὶ μέλιτος κύαθοι δύο. ἄλλο. ἐλέφαντος τοῦ ὀδόντος ῥινήματος, ὁλκῆς δραχμὴ, ξὺν οἴνῳ κρήσιος κυάθων δύο. ἀτὰρ καὶ τῶν ἐχετνῶν ἑρπετῶν θηρίων αἱ σάρκες, καὶ αἵδε ἐς ἀρτίσκους πεπλασμέναι πίνονται. ἀποταμόντα δὲ χρὴ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῆς οὐραίης ἕκαστον, ὁκόσον δακτύλους τέσσαρας, τὸ λοιπὸν ἕψειν ἐς διάκρισιν τῶν ἀκανθῶν, τὰς δὲ σάρκας ἀρτίσκους διαπλάσαντας, ψύχειν ἐν σκιῇ. πιπίσκειν δὲ τούσδε, ὅκως καὶ τὴν σκίλλην καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ ἔχιες ὄψον ἐν δείπνῳ, ὡς ἰχθύας δὲ χρὴ τούτους σκευάσαι. ἢν δὲ τὸ δι᾽ ἐχιδνῶν τὸ ποικίλον παρέῃ φάρμακον, ἀντὶ πάντων πίνειν τόδε. ἴσχει γὰρ πάντα ὁμοῦ. ῥύπτειν δὲ καὶ τὸ σκῆνος, καὶ τὰς ὄχθους ἀλεαίνειν. φάρμακα δὲ ἄλλα μυρία τῶν κελτῶν, οἳ νῦν καλέονται γάλλοι, τὰς λιτρώδεας τὰς ποιητὰς σφαίρας, ᾗσι ῥύπτουσι τὰς ὀθόνας σάπων ἐπίκλην, τῇσι ῥύπτειν τὸ σκῆνος ἐν λουτρῷ ἄριστον. καὶ ἀνδράχνην, καὶ ἀείζωον ξὺν ὄξει, ἀτὰρ καὶ λαπάθου ῥιζέων ἀφέψημα ξὺν ἀπύρῳ θείῳ ῥύπτει καλῶς. ποικίλον δὲ ἀλκυονίου τοῦ λείου, καὶ νίτρου, καὶ τρυγὸς ὄξεος κεκαυμένης, καὶ στυπτηρίης

Veratrum quolibet tempore, ſed potius uere atque autumno diebus alternis exhibeto: atque idem in proximum annum repetatur. Cæterum ſi morbus inualuerit, potabilia medicamenta quotquot quis cognouerit, potanda præcipiat. Multa enim ac uaria adhibere medicamenta eſt operæpretium. Atqui & ego, quotquot mihi cognita ſunt, literis mandabo. Cedriæ cyathum unum, braſſicæ duos miſcens dato. Aliud. Sideritidis ſucci cyathus unus, trifolij, cyathus unus, uini & mellis cyathi duo. Aliud. Dentis elephanti ramẽtorum drachma cum uini diluti Cretici cyathis duobus. Quin etiam uiperarũ reptilium ferarũ carnes, & ipſæ in paſtillos conformatæ bibuntur. Oportet autem & caput & caudam ad quatuor digitorum ſpatium præcidere, reliquum uſque eò elixare, donec ſpinæ ſeparentur: carnes uerò in paſtillos redactas in umbra frigefacere: qui potioni, quemadmodum & ſcilla, exhibeantur. Ipſæ quoque uiperæ in cæna obſonio dentur: quas coquere, & condire perinde, ac piſces, opus eſt. At ſi medicaminis ullius uarij ex uiperis compoſiti copia adſit, id pro omnibus, quandoquidem omnia ſimul continet, bibendum eſt. Præterea corpus detergendum eſt, tumoreſque *complanandi.* Alia item medicamenta ſunt innumera Celtarum, quos hac tempeſtate Gallos uocant. Nitroſis quoque illis factitijs globis, quibus uelaminum ſordes expurgant, ſaponemque uocant: illis inquam, globis corpus in balneo detergere optimum eſt. Et portulaca, & ſedum cum aceto benè facit. Rumicis etiam radicum decoctum cum ſulphure ignem non experto ſummopere deterget. Illud item uarium, & ex alcyonio trito & nitro & aceti fæce combuſta, & alumine

fiſſo,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

fiſſo, & ſulphure uiuo, & coſto, & iride, & pipere. Forſitan autē omnia pro ſingulorum uiribus miſcenda ſunt. Aliquibus uerò & hoc æquis portionibus compoſitum inſpergentes perfricabimus. Faciei tumoribus ſarmentorū cinerem alicui ferarum adipi admiſcens illinito, leonis uidelicet, aut pantheræ, aut urſi. Sin his careas, animalis, quod Græcè *χηναλώπεκα* uocant: latinè uulpanſerem dicas (quod genus auis eſt, ſi per literas χ & η prima ſyllaba ſcribitur, aut laconicum canem ſignificat ex uulpe & cane natū, ſi per κ & υ eandem ſyllabā ſcripſeris) ſimile enim indiſſimili, quemadmodum ſimia homini, mirificè prodeſt. Item ammoniaca gutta cum aceto, & plantaginis aut ſanguinalis herbæ ſucco & hypociſthis & lycium. Si carnes liueant: prius quò locus ſucculentus reddatur, ſcarificandus eſt. At ſi ab acribus fluxionibus exulceratas partes lenire uolueris, fœnigræci decoctum aut hordei cremor molle abſterſorium eſt: item ex oleis roſaceum, aut lentiſcinum. Aſſiduæ uerò lotiones & ad corporis madefactionem & ad noxiarum humiditatum difflationem mire proficiunt. Eſca munda eſto, boni ſucci creatrix, concoctu facilis, ſimplex & uictus ratio prorſus rectè inſtituta ſit in ſomno & uigilia, in ambulationibus & locis deligendis exercitationes adhibeantur, curſus, conuerſiones corporis, peræ aut ſacculi jactus. Omnia hæc citra laſſitudinem aptè & congruenter intendantur. Eſto & uocis emiſſio ſpiritus oportuna exercitatio. Veſtis eſto munda, non modo ut aſpectu jucunda ſit: ſed quoniam etiam ſordida cuti mordacia ſunt. Ieiuni abſinthite uinum potent. Oppidò quam utilis eſt panis ex hordeo, & ſalſamentum tempeſtiuum, & exiguum quid maluarum, aut braſſicæ ſemicoctum cum cumini liquamine. In cœna paſtinacæ radix apponatur, & alica cum uino & melle antiquo

σχιστῆς, καὶ θείου τοῦ ἀπύρου, καὶ κόστου καὶ ἴριδος, καὶ πιπέριος. τάχα δὲ χρὴ πάντα μίσγειν ἑκάστῳ τὸ πρὸς δύναμιν. ἄλλοισι δὲ ἴσον καὶ τόδε καταπάσσοντα ἀνατρίβειν. ἐς δὲ τοὺς ὄχθους τοῦ προσώπου, κλημάτων τὴν σποδιὴν, ξὺν τινὶ θηρίων στέατι μίσγοντα χρίειν, λέοντος, ἢ παρδάλιος, ἢ ἄρκτου. ἢν δὲ μὴ, χηναλώπεκος. ὅμοιον γὰρ ἐν ἀνομοίῳ ὅκως πίθηκος ἀνθρώπῳ ἄριστον. καὶ ἀμμωνιακὸν τὸ θυμίημα, ξὺν ὄξεϊ, καὶ ἀρνογλώσσου χυλῷ, ἢ πολυγόνου, καὶ ὑποκυστὶς, καὶ λύκιον. ἢν δὲ πελιδναὶ ἔωσι αἱ σάρκες, προεγχαράσσειν ἐγχυλώσιος εἵνεκεν. ἢν δ' ἐπὶ τοῖσι δριμέσι ῥεύμασι ἀναδαρέντα πρηΰνειν τὰ μέρεα ἐθέλῃς, τήλιος ἀφέψημα, ἢ πτισάνης χυλοῦ ῥύμμα μαλθακόν. λίπας δὲ ῥοδίνου, ἢ σχινίνου. λουτρὰ δὲ ξυνεχέα ξύμφορα ἐς ὑγρασμὸν, καὶ ἐς διαπνοὴν τῶν κακῶν χυμῶν. τροφὴ δὲ καθαρὴ. εὔχυμος, εὔπεπτος, ἁπλῆ, καὶ δίαιτα εὐκρινὴς πάντη, καὶ ἐν ὕπνοισι, ἢ καὶ περιπάτοισι, καὶ χώρῃσι. γυμνάσια, δρόμοι, καὶ ἀνειλήσιες, καὶ κωρυκοβολίαι. ἅπαντα ἀκάματα ξὺν ἐμμελεῖ ἐπιτάσι. ἔστω δὲ καὶ ἀναφώνησις τοῦ πνεύματος, γυμνάσιον τὸ καίριον, ἐσθὴς ἔστω καθαρὴ, οὐχ ὡς ὁρῆσθαι μοῦνον ἡδὲ, ἀλλ' ὡς ὅτι καὶ τὰ ῥυπόεντα, ὀδαξώδεα τῷ δέρματι. πιπίσκειν ἀψινθίου τοῦ οἴνου νήστιας. ἄριστον δὲ ἄρτος ἐκ κριθῶν, καὶ τάριχος ὡραῖος, καὶ σμικρόν τι μαλάχης, ἢ κράμβης ἡμίεφθον, ξὺν κυμίνου ἐμβάμματι. ἐς δὲ δεῖπνον, σταφυλῖνος ἡ ῥίζα, καὶ χόνδροι ξὺν τῷ οἴνῳ, καὶ τῷ μέλιτι παλαιῷ τὴν

μίξιν, καὶ τὰ θαλάσσια, ὁκόσα τὴν γαστέρα ὑπολύει, τελλίνων, ζωμοὶ, ὄστρεα, ἐχῖνοι, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πετραῖοι. χερσαίων δὲ τὰ θηρία, λαγῶς, ἢ σῦς. πετεινῶν, πέρδικες πᾶσαι, φάσσαι, πελειάδες, καὶ ὁκόσα ἡ χώρη ἄριστα ἴσχει. ἀκροδρύων, τὰ ὡραῖα. οἶνοι γλυκέες, οἰνωδέων κρείσσονες. λουτρὰ φύσει θερμὰ, θειώδη. καὶ βίος ἐν ὕδασι μακρὸς, εἶθε καὶ θάλασσα καὶ πλοῦς. ἐλλεβορισμοὶ, ἐλλέβορος λευκὸς μὲν, τῆς ἄνω κοιλίης κάθαρσις. μέλας δὲ, τῆς κάτω. καὶ ἔστιν ὁ λευκὸς οὐκ ἐμετήριον μοῦνον, ἀλλὰ καὶ ξυμπάντων ὁμοῦ καθαρτηρίων ὁ δυνατώτατος, οὐ τῷ πλήθει καὶ τῇ ποικιλίῃ τῆς ἐκκρίσιος. τόδε γὰρ καὶ χολέρη πρήσσει. οὐδ' ἐντάσεσι καὶ βίῃ τῇσι ἐπὶ τοῖσι ἐμέτοισι. ἐς τόδε γὰρ ναυτίη καὶ θάλασσα κρέσσον. ἀλλὰ δυνάμει καὶ ποιότητι οὔτι φαύλῃ· τῇ περ καὶ ὑγιέας τοὺς κάμνοντας ποιέει, καὶ ἐπ' ὀλίγῃ τῇ καθάρσει, καὶ ἐπὶ σμικρῇ τῇ ἐντάσει. ἀτὰρ καὶ πάντων τῶν χρονίων νούσων ἐς ῥίζαν ἱδρυμένων, ἢν ἀπαυδήσῃ τὰ λοιπὰ ἄκεα, τόδε μοῦνον ἰητήριον. πυρὶ ἴκελον γὰρ ἐς δύναμιν λευκὸς ἐλλέβορος, καὶ ὅτι περ πῦρ ἐργάζεται ἐκκαῖον, τοῦδε πλέον ἐλλέβορος εἴσω παρεκθέων πρήσσει, εὔπνοιαν μὲν ἐκ δυσπνοίης, ἐξ ἀχροίης δὲ εὐχροίην, καὶ ἀπὸ σκελετίης, εὐσαρκίην.

mixtis: & marina quotquot uentrem ſubducunt, tellinorum juſcula, oſtrea, erinacei, & ex piſcibus ſaxatiles: ex terreſtribus feræ lepus, aut ſus: inter aues perdices omnes, palumbes, columbi, & quæcunque optima in illa regione inueniuntur. Inter fructus arboreos illi admittantur, quos Græci Horæos uocant: quod ea parte anni matureſcant, quam ijdem Græci Horam appellant. Vina dulcia uinoſis meliora. Balnea ſponte calida ſulphuroſa juuant. Vita in aquis diu ducenda eſt, & mare, & nauigatio conueniunt. Præterea per ueratrum purgationes fiat. Album quidem ſuperiorem uentrem, atrum uerò inferiorem purgat. Quin & album ueratrum non uomitum tantum molitur: ſed etiam omnium ſimul purgantium medicamentorum efficaciſſimum eſt, non multitudine & uarietate excrementorum: id enim & affectus ille, qui cholera dicitur, præſtare ſolet: non diſtentionibus & uiolentia in uomendo (ad hoc enim & nauſea & mare ualidiora ſunt) ſed potentia & qualitate non uitioſa, quippe quæ laborantibus ſanitatem reddit per exiguam purgationem, & modicam intentionem. Vetuſtorum præterea morborum omnium firmis radicibus inhærentium, ſi cuncta alia medicamina uiribus inferiora ſint: id unicum remedium eſt. Siquidem igni facultate perſimile eſt album ueratrum: & quod ignis exurens facit, eò plus ueratrum interius diſcurrens operatur: uidelicet facilem ſpirationem ex difficili, ex pallido colore floridum, & ex macie corpulentiam *

DE

DE ELEPHANTE.

PAulus Ægin. lib. 4. cap. 1. Aretæum Cappadocem bellè dicere arbitror, auxiliorum facultatem morbis ſuperiorem eſſe oportere, & propterea elephantem curari non poſſe: non enim reperiri medicinam eo ſuperiorem. Si enim cancer, qui uelut elephas quidam eſt in una parte, ex incurabilibus etiam ab ipſo Hippocrate nominatus eſt, quomodo non magis elephas, qui uelut cancer quidam in toto corpore eſt, omnino incurabilis erit? Quum enim atra bilis, ex qua hæc affectio conflatur, duplicem generationem habeat (aut enim ex atrabiliario ac fæculentiore humore, & uelut ſanguinis limo, aut ex flaua bile, utriſque ſuperaſſatis generatur) ſub rubros quidem elephantas, mitiores quodammodo, aut (ut uerius dicam) minus malignos, prima atræ bilis differentia efficit, Alios uerò qui etiam maligniores ſunt, & totum corpus exulcerant, & extremarum partium elapſus faciunt, poſterior differentia ex flaua bile nimium aſſata generata producit. Quapropter de ijs, qui jam morbo detenti ſunt, deſperandum eſt: ubi uerò in principio eſt affectio, ut neque aliqua extremarum partium decidat, neque ulcerata ſit cutis ſuperficies, neque etiam tumidæ eminentiæ plurimum inſurgant, uerum turpis ſolum ſit facies, ita tamen ut non ualdè indecorum aſpectum præferat, curare tentabimus. Non pauci enim per ſolam capitis uſtionem, pleroſque qui ita inceperunt, prohibuerunt ne ab affectione ſuperarentur. Statim igitur incipiente morbo uenæ ſectione utemur, cum repetita ſanguinis detractione, atque hoc magis in uere, quando maximè & gignitur affectio & exacerbatur. Paucis autem interpoſitis diebus, nouem aut decem, purgamus ipſos pulte ex colocynthide, non una uice, ſed ſæpe, juxta rationem medicamenti, quantitatem adaugentes. Purgatio quoque ex hiera ijs commoda eſt. Rurſus autem diebus circiter decem interjectis, ſerum lactis ſciſſi ipſis dandum eſt, non infra trium heminarum menſuram, neque ſupra quinque. Sequentibus uerò diebus lacte non ſciſſo, aut recens mulcto alantur. Ex ijs ſiquidem remittit affectio, eodem alimento utantur: ſi uerò perſeuerat, à lacte abſtineant, & ab acrium eſu uomant,

ΠΕΡΙ ΕΛΕΦΑΝΤΟΣ.

ΠΑῦλ. αἰγ. βιβ. δ. κεφ. α. Ὀρθῶς οἶμαι τὸν Καππαδόκην Ἀρεταῖον εἰπεῖν. μείζονα τῶν νόσων χρῆναι τὴν τῶν βοηθημάτων ὑπάρχειν δύναμιν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δύνασθαι τυγχάνειν ἰάσεως τὸν ἐλέφαντα. μὴ γὰρ εὑρίσκεσθαι τούτου φαρμακείαν κρείσσονα. εἰ γὰρ ὁ καρκῖνος, οἷον ἐλέφας τις ὢν ἐν ἑνὶ μορίῳ, τῶν ἀνιάτων καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει ὠνόμασται, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ὁ ἐλέφας, οἷον καρκῖνος τις ὑπάρχων ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, παντάπασιν ἀνίατος ἔσται. τῆς γὰρ μελαίνης χολῆς, ἐφ' ᾗ τὸ πάθος τοῦτο συνίσταται διττὴν ἐχούσης τὴν γένεσιν. ἢ γὰρ ἐκ τοῦ μελαγχολικοῦ καὶ τρυγωδεστέρου καὶ οἷον ἰλύος τοῦ αἵματος, ἢ ἀπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς, ἀμφοῖν ὑπεροπτωμένων, γίνεται. τοὺς μὲν ὑπερύθρους ἐλέφαντας ἐπιεικεστέρους πως, ἀληθέστερον δὲ εἰπεῖν, ἧττον ὄντας κακοήθεις, ἡ πρώτη διαφορὰ τῆς μελαίνης ἐργάζεται χολῆς. τοὺς δὲ ἄλλους, οἳ καὶ κακοηθέστεροι τυγχάνουσιν, ἑλκοῦντές τε τὸ πᾶν σῶμα, καὶ τῶν ἄκρων ἐκπτώσεις ἐργαζόμενοι, ἡ ὑστέρα ἡ ἀπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς ὑπεροπτωμένης γινομένη. διὸ τοῖς μὲν ἤδη τῇ νόσῳ κεκρατημένοις ἀπαγορευτέον ἐστίν. ἐν ἀρχῇ δὲ τοῦ πάθους ὑπάρχοντος, ὡς μήτε τι τῶν ἄκρων ἀποπεσεῖν, μήτε καθελκωθῆναι τὴν ἐπιφάνειαν, μήτε μὴν τοὺς ὄχθους ἐπὶ πλεῖστον ἐπανίστασθαι, εἰδεχθέστερον δέ πως μόνον τὸ πρόσωπον καὶ τοῦτο μὴ λίαν ἀπρεπὲς φαίνεσθαι, θεραπεύειν πειρασώμεθα. τινὲς γὰρ οὐκ ὀλίγοι, διὰ μόνης τῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν καύσεως τῶν οὕτως ἀρξαμένων πολλοὺς ἐκώλυσαν κρατηθῆναι τῷ πάθει. εὐθὺς οὖν ἡμεῖς ἀρχομένου τοῦ νοσήματος φλεβοτομίᾳ χρησόμεθα μετ' ἐπαφαιρέσεως. καὶ μᾶλλον ἦρος, ὅτε μάλιστα καὶ τίκτεται τὸ πάθος, καὶ παροξύνεται, μετὰ δὲ ὀλίγων ἡμερῶν διάστημα θ. ἢ ι. καθαίρωμεν αὐτοὺς τῷ διὰ τῆς κολοκυνθίδος πολτῷ, μὴ προσάπαξ ἀλλὰ πλεονάκις, ἐκ τοῦ πρὸς λόγον τὸ ποσὸν τοῦ φαρμάκου παραύξοντες. καὶ ἡ διὰ τῆς ἱερᾶς δὲ κάθαρσις τούτοις ἐπιτήδειος. πάλιν δὲ διαλείποντα περίπου ι ἡμέρας, τὸν ὀρρὸν αὐτοῖς δοτέον τοῦ σχιστοῦ γάλακτος. μήτε ἔλαττον τριῶν κοτυλῶν, μήτε πλέον ε. ταῖς δὲ ἑξῆς ἡμέραις ἀσχίστῳ ἢ νεαμελγεῖ τρεφέσθωσαν. ἐφ' οἷς ἐνδιδόντος μὲν τοῦ πάθους, τῇ αὐτῇ τροφῇ χρήσθωσαν. ἐπιμένοντος δὲ, τοῦ μὲν γάλακτος ἀπεχέσθωσαν, δριμυφαγήσαντες δὲ ἐξεμείτωσαν,

ἀπό τε ῥαφανίδων καὶ σιτίων. ἀγαθὴ δὲ καὶ ἡ διὰ τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου μετὰ ταῦτα κάθαρσις, δὶς μὲν εἰ οἷόν τε. τοῦ ἔαρος, ἅπαξ δὲ τοῦ φθινοπώρου. τοὺς δὲ κεκρατημένους, μήτε φλεβοτομεῖν μήτε ἐλλεβορίζειν. οὔτε γὰρ μετάληψις ἀπὸ τοῦ δέρματος εἰς τὸ βάθος. οὔτε μείωσις τῆς ὕλης ἐκ τούτων ἔτι γίνεται. ἀλλὰ δεῖ τὴν μὲν ὕλην ἐπὶ κοιλίαν ἀπάγειν καὶ ἔντερα τοῖς δὲ μετασυγκριτικοῖς χρῆσθαι. ξηραίνειν τε καὶ στύφειν τὴν ἐπιφάνειαν. κοῦφαί τε οὖν σικύαι ἐκ τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς καὶ τῶν ὑποχονδρίων κολλάσθωσαν τὰ δὲ αὐτὰ καὶ δρωπακιζέσθω. μικρὸν δὲ διαλιπόντα, πάλιν ἀνακαμπτέον, ἀπὸ τῆς διὰ τῆς ἱερᾶς ἀρχόμενον καθάρσεως, ὑπερτιθεμένους τὴν φλεβοτομίαν, ἐπιβλαβεστέραν μᾶλλον ἢ ὠφέλιμον ἐσομένην. καὶ ταύτῃ τῇ περιόδῳ, ἄχρι τρὶς ἢ τετράκις χρηστέον τοῦ ἐνιαυτοῦ, κατὰ τὸν καιρὸν μάλιστα τοῦ ἦρος καὶ τοῦ φθινοπώρου. πόματα δὲ τούτοις ἁρμόζει. ὄξους K°. α. μετὰ κεδρίας K°. α. καὶ χυλοῦ κράμβης ὠμῆς K°. β. μιγέντα δίδοται πρωῒ καὶ ἑσπέρας, ἢ σιδηρίτιδος βοτάνης φύλλα ξηρὰ L. α ἐν οἴνου K°. α. ἢ ἐλαφίου κέρατος L. α. καὶ σκιλλίνου ὄξους K°. πλῆθος. ποτίζεται μετὰ τὸν ἑωθινὸν περίπατον καθ᾽ ἡμέραν. καὶ τὰ ἄλλα δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον διδόσθω ἢ σκίλλης πεπλυμένης L. ε. ἐν μελικράτῳ, ἢ ἐν μέλιτι τρόπῳ ἐλίγματος. ἢ ὀποῦ κυρηναικοῦ ὀρόβου τὸ μέγεθος, μέλιτι καὶ βουτύρῳ διειμένον ἢ ἐλέφαντος ῥινήματος L. S. μετὰ οἴνου κυάθων β. ἢ κυμίνου αἰθιοπικοῦ L. γ. μετὰ μέλιτος, ὡς ἔλιγμα. τούτων δὲ πλέον ὠφελεῖ, θηριακῶν ἀρτίσκων L. α. ἐν οἴνῳ καλῷ K°. α. λειοτριβηθεῖσα καὶ πινομένη. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν σκιλλιτικῶν ἀρτίσκων L. α. πινέσθω. καὶ τῆς καλαμίνθης δὲ τὸν χυλὸν ὡς πρακτικώτατον ἐπαινοῦσι βοήθημα, πινόμενον. ἄρχεσθαι δὲ φασὶν ἀπὸ κυάθων τριῶν ἄχρι ϛ. ἁπάντων δὲ μᾶλλον ἡ δι᾽ ἐχιδνῶν θηριακὴ δραστήριος ὑπάρχει πινομένη τε καὶ ἔξωθεν συγχριομένη. εὐπορίας δὲ παρούσης τῶν θηρίων, οὐδὲν οὕτως ἐστὶ δραστήριον, ὡς αἱ τῶν ἐχιδνῶν σάρκες ἐσθιόμεναι, καθηψημέναι λευκῷ ζωμῷ δι᾽ ὕδατος πλείονος καὶ ἁλῶν, καὶ πράσου, καὶ ἀνήθου, ἄχρι τῆς τῶν ἀκανθῶν διακρίσεως. περιαποκοπεισῶν πρότερον, τῶν τε κεφαλῶν αὐτῶν καὶ τῶν οὐρῶν, οἷον ἀπὸ δακτύλων δ. ἀφαιρεθέντων δὲ καὶ τῶν ἐντὸς αὐτῶν καὶ τοῦ δέρματος καὶ θηριακοὶ δὲ ἅλες, τῆς αὐτῆς κατὰ

itemque à raphanis & cibis. Commoda eſt etiam poſtea ex ueratro albo purgatio, bis ſi fieri poteſt in uere, ſemel in autumno. Cæterum ijs qui à malo uicti ſunt, neque uena ſecetur, neque ueratrum detur. Neque enim translatio à cute ad profundum contingit, neque imminutio materiæ ex his amplius fit. Verum materiam ad uentrem ac inteſtina deducere oportet, & ex alto euocantibus ac transferentibus humores uti, ſiccareque ac aſtringere cutem. Leues igitur cucurbitæ ad os uentriculi & ad præcordia affigantur, & iiſdem quoque partibus dropaces adhibeantur. Pauco autem tempore interpoſito rurſus reflectendum eſt, initio à purgatione per hieram ſumto, omiſſa uenæ ſectione, ex aqua majus detrimentum quàm utilitas ulla futura eſſet: & hoc circuitu ter aut quater in anno utendum eſt, maximè uere & autumno. Potiones autem his conueniunt hæ. Aceti cyathus unus cum cedriæ cyatho uno & ſucci & braſſicæ crudæ cyathis duobus: mixta hæc dantur manè & ueſperi: aut ſideritidis herbæ folia arida drachmæ pondere, in uini cyatho uno: aut cornu ceruini drachmam unam, & aceti ſcillini cyathi menſuram bibendam præbe quotidie poſt matutinam deambulationem: ſed & alia circa hoc tempus dentur, aut ſcillæ aſſatæ drachmas quinque in aqua mulſa, aut in melle ad eclegmatis modum: aut ſucci Cyrenaici erui magnitudinem, melle & butyro dilutam: aut ramenti eboris drachmæ dimidium cum uini cyathi duobus, aut cumini Æthiopici drachmas tres cum melle uelut eclegma. His autem magis opitulatur paſtillorum theriacorum drachma una, in uini boni cyatho uno trita ac pota: ſimiliter etiam paſtillorum ſcilliticorum drachma una bibatur: ſed & calaminthæ ſuccum, uelut efficaciſſimum auxilium, laudant potum. Incipiendum autem eſſe ajunt à tribus cyathis uſque ad ſex. Præ omnibus autem efficax eſt theriaca ex uiperis, & pota, & forinſecus illita. Si uerò haberi poſſent ipſa animalcula, nihil adeò efficax eſt uelut uiperarum carnes coctæ comeſtæ ex albo jure, facta coctura per aquam copioſiorem, & ſalem, & porrum, & anethum, uſque ad ſpinarum ſeparationem, abſciſſis prius capitibus ac caudis ipſarum, ad digitorum quatuor menſuram, exemtis etiam interaneis ipſarum, pelleq; detracta. Quin & theriaci ſales idem compromittunt, cum

cum obſonijs ſumtl: ſic enim ſi ipſis utantur, contingit aliquando ſquamas, aut ueluti quendam corticem de cute ipſorum diſcedere. Cæterum uictus ratio huiuſcemodi ſit: poſt ſomnos, præfrictus & aluo exonerata, geſtetur & uociferetur: deinde fricetur, & uariè exerceatur, partim ſaltu, partim, & quidem amplius, halteribus & follis uſu. Deterſo autem ſudore, illinatur adipe urſino, aut uulpino, aut hircino, aut uolucrino quopiam, aut butyro recenti. Modico uerò tempore intercedente lauetur, illinens ſuccum fœnigræci, aut priſanæ, aut modicum ammoniacum aceto dilutum. Poſt balneum deterſus illinatur lentiſcino, aut œnanthino, aut myrteo, & uino modico cum alumine, aut ammoniaco, ut ſtrigmenti ſit ſpiſſitudo. Deterſus autem rurſus mollibus linteis ad dimidiam horam quieſcat, poſt quam pota aqua immiſſis digitis aut pinnis uomat. A uomitu uerò uinum abſinthites aut origanites bibat. Cibi ſint: panis hordeaceus, aut maza ex polenta: olera uerò, beta, lactuca, raphanus, porrum, braſſicæ duabus aquis edulcatæ, & capparis. Ex mari uerò, oſtrea, pelorides, erinacei pectines, tellinæ cum betis coctæ, ſalſamentum uetus medicamenti loco. A uino autem per totum morbum abſtineant, itemque à Venere, ita ut pauciſſimum ſolum, & tenue, & aquoſum uinum, juxta tempus refectionis, ex purgationibus ſumant: in quo etiam acria auferantur, condimentis exceptis. Danda autem ſunt ipſis, priſana, oua, alica lota, lac, & mel cum pane, malua, rumex, ſiſarum, piſces teneræ carnis, & ex uolucribus bono ſucco preditæ: ex fructibus, ficus, uua, & uuæ paſſæ: ex dulciarijs, ea quæ ex nucleis pineis, aut amygdalis toſtis & cnico parantur. Bis autem in die alantur. Graue enim his eſt ſemel in die cibum capere. Cæterùm poſt curationem intrinſecam, ſmegmatis in balneo utantur, ex decocto betæ aut fœnigræci, cum aphronitro, aut ſapone, aut myrobalano, & quandoque etiam pſilothris. Deterget etiam portulaca cum aceto trita, & tenue ſemperuiuum, & tumicis radices aceto coctæ, & alumen cum ſale,

εἶδος εἰσὶν ἐπαγγελίας, σὺν τοῖς ὄψοις λαμβανόμενοι. οὕτω γὰρ αὐτῶν χρωμένων, συμβαίνει ποτὲ λεπίδας, ἢ οἷόν τινα ἀλώπεκα, ἀπὸ τοῦ δέρματος αὐτῶν ἀφίστασθαι. ἡ δὲ δίαιτα τοιαύτη τὶς ἔστω. Μετὰ τοὺς ὕπνους περιψηλαφηθείς τε καὶ τῆς κοιλίας ἀποπειραθεὶς, ἐωρείσθω τε καὶ ἀναφωνείτω. εἶτα τριβέσθω, καὶ γυμναζέσθω ποικίλως, τὰ μὲν ἀφαλλόμενος, τὰ δὲ πλέων ἀλτῆρσι τε καὶ κωρύκῳ χρώμενος. ἀπομαξάμενος δὲ τὸν ἱδρῶτα, συγχριέσθω στέατι ἀρκείῳ, ἢ ἀλωπεκείῳ, ἢ τραγείῳ. ἢ τῶν πτηνῶν τινὸς, ἢ βουτύρῳ προσφάτῳ, μικρὸν δὲ διαλιπὼν, λουέσθω συγχριόμενος χυλὸν τήλεως, ἢ πτισάνης. ἢ ἀμμωνιακοῦ βραχὺ ὄξει διειμένου μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν, ἀπομαξάμενος, ἐπαλειφέσθω σχινίνῳ, ἢ οἰνανθίνῳ, ἢ μυρσίνῳ, καὶ οἴνῳ βραχεῖ μετὰ στυπτηρίας ἢ ἀμμωνιακοῦ, ὡς γλοιοῦ πάχος. ἀπομαξάμενος δὲ αὖθις ἁπαλοῖς ῥάκεσιν, ἡσυχαζέτω ἡμιώριον. μεθ᾽ ὃ πιὼν ὕδωρ ἀπεμείτω καθέσει δακτύλων, ἢ πτερῶν. ἐμέσας δὲ πινέτω ἀψινθίτην οἶνον ἢ ὀριγανίτην. αἱ δὲ τροφαὶ ἔστωσαν ἄρτος τε κρίθινος, ἢ μάζα ἐξ ἀλφίτων. λαχάνων δὲ, σεῦτλον, θριδακίνη, ῥαφανός τε καὶ πράσα, καὶ κράμβαι, δυσὶν ὕδασιν ἀπογλυκανθέντα, καὶ κάππαρις. τῶν δὲ ἐκ θαλάσσης. ὄστρεα, πελωρίδες, ἐχῖνοι, κτένια, τελλῖνες ἅμα σεύτλοις καθηψημέναι. τάριχον παλαιὸν ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ. οἴνου δὲ παρ᾽ ὅλην τὴν νόσον, ἀπεχέσθωσαν, καὶ συνουσίας ὁμοίως. ὀλίγιστον μόνον καὶ λεπτὸν οἶνον καὶ ὑδαρῆ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐκ τῶν καθάρσεων ἀναλήψεως λαμβανόντες. ἐν ᾧ καὶ τὰ δριμέα περιαιρητέον, δίχα τῶν ἀρτυμάτων. δοτέον δὲ αὐτοῖς πτισάνην, ὠὰ, καὶ χόνδρους πλυτοὺς, καὶ γάλα, καὶ μέλι σὺν ἄρτῳ. μαλάχην τε καὶ λάπαθον, καὶ σίσαρον, καὶ ἰχθὺν ἁπαλόσαρκον. καὶ τῶν πτηνῶν, τὰ εὔχυμα. καὶ τῶν ὀπωρῶν σῦκα, καὶ σταφυλὴν, καὶ σταφίδας, μελιτωμάτων δὲ τὰ διὰ στροβίλων, ἢ ἀμυγδάλων πεφρυγμένων, καὶ κνίκου, δὶς τῆς ἡμέρας τρεφομένοις. χαλεπὸν δὲ τούτοις ἡ μονοσιτία. μετὰ δὲ τὴν ἔνδοθεν ἐπιμέλειαν. σμήγμασιν ἐν τῷ βαλανείῳ χρήσθωσαν, δι᾽ ἀφεψήματος σεύτλου, ἢ τήλεως σὺν ἀφονίτρῳ, ἢ σάπωνι. ἢ μυροβαλάνῳ. καὶ ποτὲ καὶ ψιλώθροις. σμήχει δὲ καὶ ἀνδράχνη μετ᾽ ὄξους λεανθεῖσα, καὶ τὸ λεπτὸν ἀείζωον, καὶ λαπάθου ῥίζαι ὄξει ἑψηθεῖσαι, καὶ στυπτηρία μετὰ ἁλῶν.

καὶ σανδα-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

καὶ σανδαράχης ἴσον ἐν οἴνῳ καὶ σχινίνῳ. καὶ τὸ πρὸς ἀλφοὺς, δι' ἀλκυονίου. καὶ νίτρου, καὶ μυρσίνης, καὶ θείου. καὶ συκῆς ἀγρίας φύλλων ξηρῶν, μετ' ὄξους λεῖον καταχριόμενον. καὶ τὸ διὰ σηπίας ὀστράκου Κ°. καὶ κισσήρεως καὶ νίτρου καὶ κιμωλίας πεφωσμένης, κόμμεώς τε καὶ κηκίδος ὀμφακίνης, ἴσον ξηρὸν ἐμπασσόμενον, ἢ δι' ὄξους σμηχόμενον καὶ τοῦτο δὲ θαυμαστόν. λαπάθου ῥιζῶν δεσμίδιον χειροπληθὲς, νίτρου L. δ' ἢ μὲν λιβάνου L. κε θείου κε δι' ὄξους αἰγυπτίου καταχρίεται. ἔμπρακτον δὲ τοῦτο, ἀρσενικοῦ L. ῑ θείου ἀπύρου L. η̄ κόστου L. ιβ ἀσβέστου L. δ. κηροῦ L. δ. δαφνίδων ξηρῶν L. ιβ. ταῦτα φυρᾶται λεύκης τῶν φύλλων χυλίσματι, ἢ πάχει ἀφεψήματι, καὶ σύστασιν ἔχοντα μέλιτος καταχρίεται. Ἄλλο. ῥιζῶν λαπάθου δεσμίδια δύο ἐν ὄξει καθεψεῖται καὶ ὁλμοκοπεῖται καὶ λειοτριβεῖται. εἶτα ἀλκυονίου λι. ά. ἀφρονίτρου γο. η̄, θείου ἀπύρου λι. α. κοχλιῶν ὀστράκων Κ°. γο. δ. χαμαιλέοντος μετὰ τῆς ῥίζης γο. δ. συνεκλεαίνεται πάντα μέχρι γλοιώδους πάχους, εἶτα καταχρίεται, θέρους μὲν ἐν ἡλίῳ πολλάκις, χειμῶνος δὲ ἐν βαλανείῳ, μέχρι συνιδρώσεως. καὶ τὸ τοῦ ἀσκληπιοῦ δὲ ξηρὸν σμῆγμα καλῶς εὖ ἁρμόσσει καὶ τούτοις. καὶ πάντα κοινῶς τὰ ῥηθησόμενα σμηκτικὰ, μέχρι τῶν πρὸς ἀλφούς. ὥσπερ οὖν καὶ τὰ νῦν εἰρημένα πρὸς ἐκεῖνα. αἱ δὲ ἐχθώδεις ἐπαναστάσεις φλεγμαίνουσαι ἢ ἡλκωμέναι, καταχριέσθωσαν λυκίῳ ἰνδικῷ, ἢ γλαυκίῳ, ἢ ἀλόῃ, ἢ ἀνδρωνίῳ τροχίσκῳ, ἢ τῇ πολυειδοῦς σφραγῖδι. καταπλασσέσθωσαν χόνδρῳ μετὰ χυλοῦ πολυγόνου ἢ ἀρνογλώσσου. ἢ ἐλξίνῃ λεία. καὶ τῆς μηλισίας δὲ βοτάνης χλωρᾶς τὰ φύλλα. μετ' ὀξυγγίου κοπτόμενα καὶ καταπλασσόμενα, θαυμασίως ὠφελεῖ. φοινίσσεται μὲν γὰρ τὰ μέρη. στέλλεται δὲ ῥαδίως ἄρτου ἐπιπλασθέντος, ἢ κηρωτῆς δι' ἀμυγδαλίνου πεποιημένης καὶ εἰς τὴν κατὰ φύσιν εὐχροίαν ἀποκαθίσταται, κατὰ δὲ τῶν ἡλκωμένων ἁρμόζουσιν ἔμπλαστροι. ἥ τε διὰ τοῦ διφρυγοῦς, καὶ ἡ διὰ οἴνου μηλίνη, καὶ τὸ κοράκιον, καὶ τὸ δι' ὀξυμέλιτος, καὶ ὁ ἀνδρώνιος τροχίσκος, καὶ πομφόλυξ, καὶ καδμεία. σημεῖον δὲ τοῦ τὴν ὅλην μετριάζεσθαι νόσον, τὸ τὰ πρῶτα τῶν ἑλκῶν συγκλείεσθαι. πρὸς δὲ τὰς δυσπνοίας τῶν ἐλεφαντιόντων. ὄνους τοὺς ὑπὸ τὰς ὑδρίας πέντε ἢ ς. διὰ μελικράτου Κ°. γ. πότιζε. κοινῶς δὲ καὶ τῶν πρὸς δυσπνοϊκοὺς ἀναγεγραμμένων αὐτοῖς ἁρμόσει τινά.

& ſandaracha, æquis portionibus, in uino & oleo lentiſcino: & id quod ad uitiligines deſcriptum eſt, ex alcyonio, nitro, ſulphure, myrti folijs, & fici ſylueſtris folijs aridis, cum aceto tritum ac illitum, & quod ex ſepiæ teſta uſta & pumice, nitro, cimolia toſta, gummi, & galla omphacina, paribus partibus paratur, ſiccum inſperſum, aut cum aceto affrictum. Sed & hoc mirificè facit. Rumicis radicum faſciculum plenæ manus, nitri drachmas quadraginta, thuris drachmas uiginti quinque, ſulphuris drachmas uiginti quinque cum aceto Ægyptio illinitur. Efficax eſt & hoc. Auripigmenti drachmas decem, ſulphuris uiui drachmas octo, coſti drachmas duodecim, calcis uiuæ drachmas quatuor, ceræ drachmas quatuor, baccarum lauri aridarum drachmas duodecim: hæc populi foliorum ſucco, aut craſſo decocto ſubiguntur, & mellis ſpiſſitudinem habentia illinuntur. Aliud. Rumicis radicum faſciculi duo in aceto coquuntur, & in pila tunduntur ac conteruntur: deinde alcyonij libram unam ſemis, aphronitri beſſem, ſulphuris uiui libram unam, teſtatum cochleatum uſtarum trientem, chamæleonis nigri radicis trientem. Conteruntur omnia ad ſtrigmentitiam craſſitudinem, deinde illinuntur, æſtate quidem in ſole ſæpe, hyeme uerò in balneo, uſque ad exudationem. Quin & Æſculapij aridum ſmegma benè his congruit, & omnia quæ in communi referentur de frictoria, uſque ad ea quæ ad uitiligines deſcribuntur, quemadmodum etiam nunc relata illis quoque competunt. At uerò tumidæ eminentiæ inflammatæ, aut exulceratæ illinantur lycio Indico, aut gleucino, aut aloë, aut Andronio paſtillo, aut polyide ſphragide. Cataplaſma imponatur ipſis ex alica cum ſucco polygoni aut plantaginis, aut helxinæ trita: ſed & Mileſiæ herbæ uiridis folia cum axungia tuſa ac impoſita, mirificè opitulantur. Rubefiunt enim inde partes, uerùm facilè ſedantur pane impoſito, aut cerato ex oleo amygdalino facto, & ad naturalem colorem reſtituuntur. Exulceratis autem partibus conueniunt emplaſtra, id quod ex diphryge paratur, & Melinum ex uino, & coracium, & quod fit ex aceto mulſo, & paſtillus Andronius, & pompholyx, & cadmia. Signum porrò quod moderatior fiat totus morbus, eſt quod prima ulcera ad cicatricem perueniunt. Cæterum ad ſpirandi difficultatem in elephanticis, aſellos ſub uaſis aquarijs quinque aut ſex, ex aquæ mulſæ cyathis tribus bibendos præbe. In communi uerò etiam aliqua ex ijs quæ ad difficulter ſpirantes ſcripta ſunt, ipſis conueniunt.

Aqua-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Aquarum uerò naturalium uſum, uelut maximè neceſſarium, eligere oportet, aluminoſarum præſertim & ferroſarum, &, ſi fieri poteſt, frigidarum. Conferunt autem ipſis eædem quoque in potu: eandem uim habet etiam arenæ marinæ uſus, & omnia exudatoria ac ſudorifica. Quandoquidē uerò affectio ex his eſt quæ facilè per contagionem diſtribuuntur, non minus quam peſtis, habitationes ipſorum quam longiſſimæ remouēdæ ſunt ab urbibus, & in mediterraneis ac frigidis locis ſtatuendæ, & in quibus pauci homines, ſi ita fieri poſſit, uerſentur: ita ut hinc in circumſitos locos digredi poſſint, tum ſua ipſorum cauſa, tum etiam non minus ob eos qui ipſis occurrere poſſint. Nam & ipſi aëre commodiore utentur, & alijs malum impertiri non poterunt.

τὴν δὲ τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων, αἱρεῖσθαι χρῆσιν, ὡς ἀναγκαιοτάτων, συπτηριωδῶν μάλιστα καὶ σιδηριζόντων, καὶ εἰ οἷόν τε ψυχρῶν. συμφέρει δὲ αὐτοῖς μάλιστα καὶ πινόμενα, καὶ ἡ τῆς παραθαλασσίας δὲ ἄμμου χρῆσις, τῆς αὐτῆς ἐστὶ ἀεὶ δυνάμεως. καὶ πάντα τὰ ἀφιδρωτήρια. ἐπειδὴ δὲ τῶν εὐμεταδότων ἐστὶ τὸ πάθος, οὐχ ἧττον ἢ λοιμός. ἀποικιστέον αὐτοὺς ὡς ὅτι πορρωτάτω τῶν πόλεων, ἐν μεσογείοις καὶ καταψύχροις καὶ ὀλιγανθρώποις χωρίοις, εἴπερ οἷόν τε. κἀντεῦθεν δὲ μεταβαινέτωσαν ἐς τὰ παρακείμενα. διά τε αὐτοὺς, καὶ τοὺς ὡς εἰκὸς ἐντυγχανομένους οὐ χεῖρον, αὐτοί τε γὰρ ἐπιτηδειοτέρῳ τῷ ἀέρι χρήσονται, καὶ οὐκ ἂν μεταδοῖεν ἄλλοις τοῦ κακοῦ.

GEORGII HENISCHII B. MEDICI AVG. IN ARETÆVM COMMENTARIUS.

DE NOMINIBVS MORBORVM.

PRæclarè aliquot in locis ſcripſit Galenus. Nominibus ad curationem nobis opus non eſt. Neq; enim nomina, ſed rerum natura ſpectanda eſt. Quo dicto, ſi quis omnem nominum conſiderationem nihili fieri exiſtimet, multum errat. Eſt enim & nominum cognitio neceſſaria, ut idem Galenus alibi affirmat, idq; imprimis eam ob cauſam, ut iis res, quas uolumus, interpretemur: & clariſsimis, & apud uetuſtiores uſurpatis, nec non hominibus noſtri ſeculi conſuetis, ſenſum noſtrum exprimamus. Quare Hippocratem laudat idem coryphæus Medicorum, quem nominibus uſitatiſsimis quoad fieri licuit, ſemper uſum eſſe: ab inuſitatis uerò & infrequentibus abſtinuiſſe, multis in locis teſtatur: Archigenem contrà reprehendit, qui nominum patriorum ſignificationes confundere, nouasq; affingere conſueuerit. Cumq; magna ex parte nomina ſint æquiuoca, de illis prius in habendo ſermone decernere: deinde de rebus oportet. Nos igitur noſtræ interpretationis à nominibus morborum faciemus initium, cum circa illos tota Medici uerſetur actio. Horum quædam ſunt Latina, pleraq; uerò Græca, eaq; magis uſitata: & eiuſdem morbi plura numero, ſcitu non inutilia. Nam & nominum uerborumq; copia plerunq; indecora non eſt, & in tanta uarietate, quibus utaris, nihil refert, ut habetur 2. meth. med. Tanta uerò primorum onomatopœorum fuit prudentia, ut nullum penè morbo nomen impoſuerint, quin aliquam rei, quam denotat, naturam explicet. Morborum itaq; alios à parte cui inſident, nuncuparunt, ut pleuritidem: alios à cauſa putata, ut melancholiam; alios à ſymptomate, ut ſpaſmum; alios ab externarum rerum ſimilitudine, ut cancrum: alios deniq; aliis de cauſis: ut ex ſequenti nomenclatura apparebit. Morbi igitur, quos ex Aretæo nobis explicandos propoſuimus, ſunt hi.

MORBI ACVTI Libro primo.

I. ΦΡΕΝΙΤΙΣ, *phrenitis,* ἀπὸ τῆς φρενὸς, *eſt, mente, quaſi diſſicultas mentis: uel* ἀπὸ τῶν φρενῶν, *id eſt, ſepto tranſuerſo, quaſi diaphragmatis uitium. Nam in phrenitide mens perpetuò læditur. Idem uerò affectus interdum à ſepto tranſuerſo exiſtit. Iuuenali phreneſis penultima producta, quamuis barbarè dictum, uel codex mendoſus eſſe uideatur, ſat. 14.* Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phreneſis *Galeno* περιφραστικῶς *deliriũ perpetuũ. Celſo ſimiliter continua dementia & inſania febricitantium: ſæpius uerò inſania. Auicennæ Carabitus, à radice Carab, id eſt, pugnauit. Feroces enim & temerarii ſunt phrenitici. Puerulis peculiari nomine ſyriaſis, ſiue ſiriaſis, ſiue ſeiraſis dicitur, à ſymptomate, eò quod eam ſyncipitis & oculorum ſequatur cauitas.* Σιρὸν *enim Græci appellant foueam, ad ſeruanda ſemina deſtinatam. Germani* Taubſucht/vnſinnigkeit/raſende ſucht/aberwitz hirntoben *uocant, generali admodum nomine. Id enim & maniam & melancholiam, & omnem animi alienationem comprehendit.*

II. ΛΗΘΑΡΓΟΣ, *lethargus & lethargia, à ſymptomate,* ἀπὸ τῆς λήθης καὶ ἀργίας, *id eſt, obliuione & inertia, quam corpori atq; animo ingerit hæc paſsio. Arabibus congelatio & ſirſen frigidum, id eſt, apoſtema capitis frigidum, uoce Perſica. Sir enim Perſis eſt caput, & ſen eſt apoſtema, affine Hebraico Schechim, quo apoſtema etiam denotatur. Frigidum dicitur ad differentiam phrenitidis, quam iidẽ Arabes etiã ſirſen calidũ nuncupant. Galeno frigida phrenitis, ut ſit phrenitis lethargus calidus. Eſt enim morbus phrenitidi contrarius. Latini ſua uoce ueternũ, Germani* Schlaffſucht *nominant, geneli ſimiliter nomine. Id enim omnes ſomniculoſas affectiones, profundiore quàm natura ferat, ſopore complectitur, ut ſunt lethargus, caros, catoche, cataphora, coma. Et Arabibus ſubeth, carõ & lethargum comprehendit.*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

III. ΜΑΡΑΣΜΟΣ à ſymptomate, ἀπὸ τοῦ μεμαράνθαι, quod totum hoc morbo detenti corpus planè contabuerit: uel παρὰ τὸ μαραίνεσθαι, quod nondum prorſus exaruerit, ſed ad majorem conſumtionem tendat. Prior etymologia planè conſummato: poſterior nondum perfecto maraſmo conuenit. In ſpecie calidus, πυρετὸς μαρασμώδης, febris marcida dicitur: item περιφρυγὴς, amburens, & συγκοπώδης, qui animi deliquium infert. Hic enim quatenus febris eſt, caloris particeps eſt. Frigidus rurſus duplex eſt, naturalis & aduentitius. Naturalis eſt μάρασμος Ariſtoteli, & mera ſenectus. Aduentitius eſt ſenium ex morbo, ſic dictum, quod non ex ætatis decurſu, ſed præmaturè à uiolenta cauſa proueniat. Idem & hectica ſenectutis, & ſenium Philippi appellatur, à Philippo Medico, qui primus hoc uſus nomine fuiſſe legitur. Frigidus autem uterq; dicitur, quod in utroq; conſumtio humidi primigenij à frigido exiſtat. Nec tamen maraſmus & febris hectica unũ & idem ſunt, ſed maraſmus eſt tertia illius ſpecies, quæ ad ſolidam uſq; ſimilarium partium ſubſtantiam progreſſa eſt. Quo in loco illud non prætermittendum, quod primum ſe obſeruaſſe refert H. Mercurialis, uir uariæ & reconditæ eruditionis, neque Hippocratem, neq; ueteres ullos Græcos, imò neq; Cornelium Celſum, nec ferè reliquos illius ſeculi Medicos, ullam hecticæ febris mentionem feciſſe: ſed tertium tantum illius gradum deſignaſſe, & alio quidem, nempe maraſmi nomine. Cauſa uerò ſilentio præteriti tam vulgaris, tamq; familiaris morbi hæc eſt, ut idem judicat, quòd febres hecticæ in principio, & augmento difficulter cognoſcantur: eo quod plerunq; febres alias, uel diarias, uel putridas ſequantur: unde fit, ut in principio & augmẽto pro febribus putridis: tandẽ uerò ubi longè progreſſæ fuerint, facili negotio agnoſcantur. Latini marcorem & tabem, Germani **Schwindſucht** & **derre** uocãt.

IV. ἈΠΟΠΛΗΞΙΑ, ἀποπληκτικὸν νόσημα, apoplexia, quaſi uehemens percuſſio, ἀπὸ τοῦ ἀποπλήττειν, id eſt, à percutiendo, aut lethaliter cædendo. Vt enim lethaliter percuſſus, uel uno ictu cæſus corruit; ſic apoplecticus repente cõcidit, iacetq; inſtar mortui, ſine ſenſu & motu, quin & anhelitu, interdum, quod ad ſenſum, nullo: interdum duro & ſtertorio. Sic percuſſa antiquiores nominabant, quæ ante aras mactata ſtatim corruebant. Sunt tamen quidam, quos apoplexia ſenſim inuadit, ita ut nonnulla præludia, ut torpidus quidam ſenſus & motus, uelut uagãtes quædam formicæ in partibus corporis, ut brachijs & alijs ſentiãtur. Eandem ob cauſam Germani **Den Schlag** nominant. Sideratio Scribonio, quod hoc morbo oppreſſus quaſi è cælo, numinis aut ſideris alicuius ui, ictus fulmine uideatur. Cornelius Celſus attonitum uocat: quod hoc afflictis & corpus & mens ſtupeat: uel quod uiuant quidem: ſed ita, ut, quaſi ecſtaſin paſſi, nec ſenſu nec motione uitæ notas præſeferant Eidem tamen nomen attoniti commune magis eſt. Attonitus enim (ait) fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Auenzoar ſilentium uocat, quod apoplectici ſileant, ut pote, omni ſenſu & motu priuati. Germani etiam **Tropff**, id eſt, guttam, quod quidam ex antiquis, ex quorũ numero etiam fuit Ariſtoteles 1. prob. 9. exiſtimarunt, delabi in apoplexia humorem in cor, & ibi inſtar guttæ concreſcere: uel potius à ſanguine concreto (quem uulgò guttam appellant) quo arteriæ carotides præpeditæ mortem ſoporiferam inducunt, & animal elidunt. Antiqui deniq; etiam paralyſin, id eſt, reſolutionem neruorum nomine generali appellarunt: unde Hippocrates mẽbrum reſolutũ ſæpe apoplecton uocat. Vtriuſq; enim affectus tanta eſt affinitas, ut non admodum inter ſe differat. Vterq; enim priuat ſenſu & motu, ſed apoplexia totum corpus, paralyſis omnes partes excepto capite, quod inflecti poteſt. Quapropter eadem apoplexiæ ad paralyſin eſt ratio, quæ epilepſiæ ad ſpaſmum. Illa enim ſimiliter uniuerſalis, hic particularis conuulſio eſt: in apoplexia mẽbra relaxantur, in epilepſia contrahuntur.

V. ΠΑΡΟΞΥΣΜΟΣ ΕΠΙΛΗΠΤΙΚΩΝ, excandeſcentia, uel exacerbatio Epilepticorũ, quòd tunc morbus ab humore exagitatus, uelut excandeſcit uel exacerbatur, Græcis παροξύνεται. Eſt enim παροξυσμὸς, ut definit Galenus, deterius tempus totius circuitus, uel, ut Aëtius, motus particularis morbi à remiſſione ad deterius. Hippocrati in Coacis præn. ἐπίλημψις. P. Aginetæ & Oribaſio acutiſſima epilepſia.

Duplex

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Duplex enim comitialis morbus eſt, alius diuturnus, alius acutus. Diuturnus eſt mitior & ſubinde remittens. Acutus eſt uehemens & nullam intermiſſionem habens, quiq; intra quatuordecim dies uel deſinit, uel hominem jugulat, ut in pueris potiſſimũ. Tot enim dies excedens acuti uim deponit. τὰ ἐπιληπτικὰ *autem hic in genere neutro, intelligenda ſunt, & non* ἐπιληπτικοὶ *: qua uoce & Hippocrates tum alibi, tum aph. 7. lib. 5. utitur, cum inquit.* τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἔχει. *Comitiales morbi, aut comitialis morbi ſymptomata, quæ in paroxyſmis animaduerti ſolent, ante pubertatem mutationem recipiunt, Germ.* **Die ziehende not.**

VI. ΤΕΤΑΝΟΣ, *tetanus à ſymptomate,* ὅτι ἀστραβὴς ἄνθρωπος καὶ ἀκαμπὴς ἐντέταται, *quod neutram in partem homo hoc morbo afflictus detortus atq; inflexibilis diſtendatur. Latinis eandem ob cauſam diſtentio, rigor, neruorum rigor, extenſio corporum. Rigere nanq; Latini dicunt ea, quæ diſtenduntur, ut apud Horatium lib. Epodon. Ode. 8. parum pudico uerſu. Illiterati num minus nerui rigent? Significat autem Aretæo genus & ſpeciem. Cum genus, idem eſt quod* ξυνολκὴ *&* σπασμὸς, *id eſt, conuulſio. Cum ſpecies, ſub conuulſione continetur, cujus tres ſunt ſpecies, eò quod tres ſunt figuræ, ſecundum quas corpus noſtrum moueri ſoleat. Aut enim ſecundum rectam lineam extenditur, & uocatur tetanus: aut ſecundum curuam, uel antrorſum, & emproſthotonos: uel retrorſum, & opiſthotonos nomine peculiari dicitur.* τέτανος *autem* ἐξαιρέτως, *eò quod hæc præcipua conuulſionis ſpecies habeatur. Nec tamen in eo affectu conuulſæ partes manifeſtè apparent, propterea quod æqualiter ante & retro tendantur. Germanis in genere* **verſtarrung** / *in ſpecie* **halßſtarre** / *id eſt, colli rigor, quod in collo maximè cernatur, uel quod hunc affectum quidam ad illos tantum muſculos, qui ſunt in ceruice, quibus caput annuit, renuit & circumagitur, pertinere judicant. Paulus uerò & alij recentiores ad omnes corporis muſculos referunt. Emproſthotonum, pronum raptum nominat Aurelianus, cum mentum pectori affigitur, & interdum, ut ait Aretæus, homo non ſolum in arcum, ſed & in orbem trahitur, ut caput genibus annexum habeat. Opiſthotonon ſupinum uel poſterganeum raptum idem uocat, quando in dorſum ac ſcapulas caput torquetur. Quidam quartam addunt ſpeciem anonymon, Aretæo & Galeno incognitam, cum ſcilicet corpus in dextrum uel ſiniſtrum latus inflectitur, cui rei experientiam atteſtari aſſeuerant. Germ.* **krumbhalß** *uocant.*

Vterq; uerò affectus & epilepſia & tetanus conuulſio eſt: ſed illa acceſſionibus diſtincta, hæc perpetua eſt. Nec alius fuit morbus, agitatio conuulſiua dictus, qui populariter in Haſſia annis Domini 1596. & 1597. graſſatus eſt, quàm tetanus, ſed Epidemicus, quem uulgus **Die Kribelkranckheit / krimpffſucht** *&* **ziehende ſucht** *appellauit.*

VII. ΣΥΝΑΓΧΗ *uel* ἀπὸ τοῦ ἄγχειν, *id eſt, ſuffocando, quod hominem non ſecus quàm laqueus præfocans ſtrangulat: uel* ἀπὸ τοῦ συνέχειν, *quod ſpiritum continendo, reſpirationem inhibeat, ut Aurelianus inquit. Significat autem Aretæo genus & ſpeciem. Cum genus, omnem affectum, qui faucibus accidit, ſi ſpiritum quoquo modo deteriorem reddat, deſignat. Fauces autem appellamus totum oris internum ſpatium, ubi gulæ & aſperæ arteriæ extrema concurrunt. Cum ſpeciem, tum ſub angina tanquam genere continetur: cujus Aretæus duas ſpecies facit, unam cynanchen, alteram ſynanchen: recentiores uerò duabus alijs adjectis quatuor. Inflammantur enim muſculi uel gutturis, qui ſpiritui: uel gulæ, qui cibo intrò ferẽdo ſeruiunt. Rurſus muſculi gutturis, qui laryngem mouent, alij interni ſunt, alij externi. Internis inflammatis* κυνάγχην *uocant: externis* παρακυνάγχην. *Similiter muſculi faucium, qui* φάρυγγα *ſeu œſophagum mouent, alij interni ſunt, alij externi. Internis inflammatis* συνάγχην *appellant: externis* παρασυνάγχειν, *quam* ὑάγχην *Aur. uocat, quod ſuibus familiare ſit malum. In cynanche igitur ſpiritus non niſi recta ceruice trahi poteſt, cum multo dolore in gutture, & quadam difficultate deglutionis: in paracynanche ſimiliter, ſed remiſſius.* κυνάγχην *autem &* λυκάγχην *Aurelianus appellat, uel quod canes ac lupos frequenter afficiat: uel, quod etiam ſanitatis tempore ea animalia linguam exerere conſueuerunt, ut refert Aretæus. In ſynanche*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

deglutitio aboletur manente reſpiratione, et fauces cum lingua rubeſcunt: in para ſynanche facilior eſt deglutitio, & non ſolum fauces, ſed etiam ceruix & pectus, uelut in inflammatione rubeſcunt. Sic enim Aegineta diſtinguit, quem potius ſequi libuit, quàm uel Galenum uel Cornelium Celſum, qui paulò aliter. συνάγχλω autem dictam ait Aretæus, οἷον συνέυουσαν ἔνδον καὶ ἄγχουσαν, id eſt. quaſi interius urgentem atq; angentem.

Eſt autem præter eas etiam quinta anginæ ſpecies, ubi luxatæ ceruicis uertebræ ad anteriora prominent, cauumq; efficiunt, pueris ex caſu obueniens, ut ſcribit Paulus, fereq; incurabilis, de qua Hipp. ampliſſimè lib. 2. Epid & aph. 26. lib. 3. & 35. lib. 4. Et hanc propriè ueteribus κυνάγχλω fuiſſe appellatam ſcribit Aëtius, quod propter luxatam ceruicis uertebram lingua ſua radice emota, & ſuis ſedibus excedente cogantur ægri aperto ore perpetuò hiare, & canum modo linguam exerere. Ex ſynanche autem, ait Aretæus, fit interdum cynanche, cum malum, in melius uertitur. Arabes corrupta uoce ſquinantiam uocant: latini anginam ab angēdo, quod angat. Germani à parte affecta halßgeſchwär, id eſt, apoſtema colli uocant. Interdum & breune à fuſco linguæ colore, qui inflammationem ſequitur. Iunius das Zepfle & das wülken im halß nominat.

VIII. ΤΑ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΚΙΟΝΙΔΑ ΚΑΚΑ, id eſt, columellæ affectus. Eſt autem κίων, quod & κιονὶς à poſterioribus & γαργαρεὼν Græcis, Latinis curculio ſiue gurgulio dicitur, ut definit Aretæus τὸ ἀπὸ τῆς ὑπερῴης ἐκκρεμὲς σῶμα σέρρον μεσηγὺ τῶν παρισθμίων, id eſt, ſubſtantia quædam carnea (raræ texturæ membranæ inuoluta) pendens ex palato, (id eſt, in fine palati juxta fauces uerſus caput in oppoſito radicis linguæ, quæ hiante ore, ſi quis linguam deprimat, conſpicitur.) Κίων uerò appellatur, id eſt, columna ſiue columella à figura ejus naturali, quæ rotunda oblongaq; eſt, paruæ columnæ ſimilitudinem habens. Alia uerò ratione Nicander κιονίδα uocat τὸν τράχηλον, quod inſtar columnæ caput ſuſtineat. Curculio autem dicitur, quod rotundam interdum inſtar curculionis animalis in faba delite ſcentis figuram habeat. Hujus igitur partis affectus quatuor ſpecies facit Aretæus, easq; à mutata qualitate nominibus donat. Primam κίονα ſiue κιονίδα, cum gurgulio ob inflammationem æqualiter intumeſcit, tereſq; inſtar columnæ protenditur ac rubet. Secundam σαφύλω, id eſt, uuam, cum laxior ex fluxione redditus ſuperna ſui parte tenuis eſt: inferna autem craſſior & liuidus. Sic enim uua uitiginea è pedunculo ſuo dependenti ſimilis euadit, tum figura, tum colore, tum magnitudine. Pars enim ſuperior tenuis graciliſq; aptè reſpondet uuæ pedunculo: inferior autem craſſa, rotunda, nigra, ipſi grano ſimilima eſt: ſed neq; magnitudo diſpar. Appellant & σαφύλωμα Græci: & Latini caſum uuæ ſeu uuulæ, ſed minus dextrè. Errant enim, ut tradit Galenus, qui curculionem uuam uocant, cum hoc affectus, non partis nomen ſit.

Tertiam ἱμάντιον q. lorulum, ubi membranæ utrinq; dilatantur, inſtar ſquamarum lætarum aut alarum ueſpertilionum, id eſt, cum gargareo longior, gracilior, ſicciorq; euadit. Talis enim ἱμάντι, id eſt, loro non ineptè comparari poteſt. Prouenit, inquit Aëtius, cum ex ſuffitu nimium igneſcit. Tunc enim gracileſcit, & ſecundum omnem dimenſionem comminuitur.

Quartam κράσπεδον, hoc eſt, fimbriam, uel, ut interpretatur Iunius Craſſus, radicem montis, quando in tenuem æquè oblongam membranam deſinit ceu in mucronem. Porrò rarum gargareonis accidens eſt tum lorulum, tum fimbria: frequentius inflammatio & relaxatio. Hinc recentiores duos tantum eosq; primos curculionis affectus recitant: & paulò aliter. Obſeſſum enim inflammatione gargareonē uuulam nominant: relaxatum deſtillatione, & ita pendentem, ut quoties ægri uel ſaliuam tranſglutiunt, carnis aliquod fruſtulum ſe uorare opinentur, à quo ueluti ſtrangulantur, columellam appellant. Germani interdum das Zäpfle: interdum & rectius das niderſchieſſen deß Zäpflins uocant.

IX. ΤΑ ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΑΡΙΣΘΜΙΑ ΕΛΚΕΑ, id eſt, tonſillarum ulcera, uel τὰ κατὰ τὴν φάρυγγα λοιμικὰ πάθη, id eſt, peſtilentes in fau-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

in faucibus morbi. Sic enim titulus cap. 9. lib. 1. de cauſis & ſignis morborum exponitur cap. 9. lib. 1. de curatione morborum acutorum. Pharynx enim, id eſt, ſpatium illud laxius ore aperto conſpicuum, quod inter laryngem & gulam medium eſt, binas habet glandulas, pariſthmias dictas, quas & tonſillas & fauces & ἀντιάδας, uulgus amygdalas, uocant. παρίσθμια dicta, quod uelut iſthmus quidam inter gulam & aſperæ arteriæ (quam etiam φάρυγγα interdũ uocant) extremum collocatæ ſunt.

Tonſillæ dictæ μεταφορικῶς, quod inſtar tonſillæ, id eſt, pali ſint, ad quam in litore nauis religatur. Fauces quidam uocant per ſynecdochen, quod ſint partes faucium. Ἀντιάδες dicuntur, quod è regione utrinq; ſibi inuicem appoſitæ. Amygdalæ à forma. In illo igitur ſpatio uel potius ſumma oris parte uarij morbi contingere poſſunt, ex quibus unum tantum genus, nempe ulcera Aretæus recenſet, eaq; duplicia: mitiora & peſtilentia. Mitia ſunt exigua, non altè deſcendentia, & doloris expertia. Peſtifera ſunt, quæ altius deſcendunt, ut ſunt aphthæ & exanthemata. Ex his aphthæ ut plurimum à gingiuis incipiunt, deinde ſerpentes palatum, totumq; os occupant, tum ad uuam fauceſq; deſcendunt: quibus obſeſsis non facilè fit, ut homo conualeſcat. Sunt autem modo ſubalbida, modo ſubrubra, modo nigra uelut eſchara, unde eſcharam uocat Aretæus: peſsima & maximè lethalia ſunt, quæ nigra ſunt. Ἄφθαι exponitur Heſychio ἡ ἐν τῷ στόματι ἕλκωσις καὶ φθόη. Galenus nomine aphthæ utrumq; genus complectitur: unum facilè curabilium oris ulcerum, cujuſmodi eſt id quod ab acrimonia nutritij lactis pueros uulgò infeſtat: alterum cacoëthes ab humoris mali, id eſt, uenenati & putris in os affluxu. Arabes Alcolam uocant, ab articulo Al & radice קלה, quod eſt, ad prunas uſtulauit: unde Græcum κηλόω, comburo, χλιαίνω tepefacio. Latinum caleo & Germanicũ **kolen** *&* **glüen.** *Hæc enim ulcuſcula ignea quadam qualitate prædita ſunt. Germani* **kurfes** *&* **durfehe** *uocant: à Græco ἐσχάρα, quod cruſtam ſignificat, quæ ſponte ſua ulceribus cauis craſſa & nigra accreſcit. Nam quæ lenior eſt, non ἐσχάρα ſed ἐφελκὶς appellatur. Aretæo cruſta eſt aphtha maligna ſeu concreta ſordes altius deſcendens in faucibus. Græcè ἴονθοι, ſic dicti quod ſint ſimiles ſcatebris corporis, quas Græci ἰόνθους uocant.*

Exanthemata, δ᾽ ἐξανθήματα Aretæo, dicta ἀπὸ τῶν ἀνθῶν, id eſt, floribus, quaſi efloreſcentia, latinis papulæ. Sunt enim eruptiones leues humorum per cutem, ſiue intra ſiue extra os: eaq; duplices: aliæ ſubſidentes in cute prorſus, neq; ſe ſupra illius ſuperficiem attollentes, ut morbilli puerorum & maculæ peſtilentes, quas peticulas & petechias, quaſi peſtigias uocant: item lenticulares & pulicares, quod lentes & pulicum morſiunculas referant: prout majores uel minores fuerint: & hac ratione nomine ulcerum comprehendi non poſſunt. Aliæ exerunt ſe, & cutem ſuperant, ut uariolæ puerorum & ætatum omnium uari, phlyctænæ, epinyctides & aliæ puſtulæ, quas Germani **blätterle/pfützlin** *&* **pfochen** *in genere uocant. Morbillos uerò in ſpecie* **flecken / flechten / durchſchlecht** *&* **purpelen/** *quod interdum ſint purpureæ. Variolas* **Kindsblattern / Kinderkranckheit/Scheffblattern.** *Variolæ autem nomen à uarus deductum eſt, quod tumorem exiguum & durum ſignificat, ex frigido craſſoq; humore quaſi in callum concretum, qui cutem imprimis faciei deſœdat, aliàs ecthyma & pituitæ eruptio Plinio. Auicenna morbillos alices uocat, quæ à uariolis non cauſa, ſed tempore differunt. Maculæ enim illæ ſunt quædam uariolarum præludia & initia: & ſub qualitate mutata continentur: quæ tandem in uariolas erumpunt. Germanicum* **pfützlin** *alludit ad Græcum φλυκτὶς & φλυκταίνη, quod nomen puſtulam ab igne excitatam denotat,* **Blatter vom fewr. pfochen** *autem eſt Græcum φακὴ, quod lentiginem Latini uocant. Recentiores uerò tonſillis non tam aphthas, & exanthemata attribuunt, quàm tumorem & inflammationem, quæ partis affectæ nomen ſortitur, & tonſillæ appellantur. Aretæus has, ut & ſcrophulas ſub anginæ nomine comprehendiſſe uidetur. Ex his enim collum coarctatur, & difficilis reſpiratio ſeu anhelatio redditur. Germani tonſillas* **Mandel geſchwer oder geſchwulſt der mandel,** *ſcrofulas* **pfinnen oder drüß** *appellant. χοιράδας*

Græci uocant ἀπὸ τῶν χοίρων, hoc eſt, porcellis, quod id genus morbi porcis (quos & ſcrofulas uocant) ſit familiare, aut quod numeroſæ ſit ſobolis & inſtar ſcrofæ prolificū. Latini etiam panum & paniculā, ut Græci φύγεθλον uocant. Panem quoq; Galli à figuræ cū pane ſimilitudine. Eſt enim phlegmone in locis adenoſis latior quam altior.

X. ΠΛΕΥΡΙΤΙΣ Græcè dicitur ἀπὸ τῆς πλευρᾶς uel τοῦ πλευροῦ, uel τῶν πλευρῶν. Ex quibus πλευρὰ tum coſtā ſeu latus, tū membranam, quæ coſtas ſuccingit, ſignificat. Barbari pleureſin uocant. Latini morbum lateris, lateralem, lateritiū, coſtalem, minus feliciter. Hoc enim nomen communem omniū laterū partiū & non priuatum affectum deſignat. Particularē uerò membranæ, quæ pleura dicitur, affectū συνεκδοχικῶς ex inſtituto hominum. Nonnulli tamen pleuritidem uocāt, phlegmonem etiam reliquorum pectoris pāniculorum, ut mediaſtini & diaphragmatis, ex quibus eſt Gradius. Vulgus telum uocat, ut refert Serenus, eò quod inſtar teli membranā pungat. Germ. **den ſtich & ſeyten weh.**

MORBI ACVTI
Libro ſecundo.

I. ΠΝΕΥΜΟΝΙΗ (quæ & περιπνευμονίη & πνευμονικὸν dicitur) Latinis pulmonia, à parte affecta, quam πνεύμονα Græci uocāt. Hippocrates hoc morbo affectos πνευμόνους uocat aphor. 4. ſect. 4. lib. 6. Epid. ἐν τῇσι πνευμόνοισι, βοῆς ὀξυθυμίης. Pulmonarijs, clamore & procliui iracundia abſtinendum. Quod enim Fœſius contra omniū interpretum expoſitionem cōuertit, difficultate ſpirandi laborantes, id nimis generale eſt. Latini pulmoniam, & pulmonariam, & inflammationem pulmonis uocant. Germani **Lungenſucht.**

II. ΑΙΜΑΤΟΣ ΑΝΑΓΩΓΗ, id eſt, ſanguinis ab ore rejectio. Sanguis enim reijcitur uel ex ore & ἀναγωγὴ dicitur: uel ex naribus, hæmorrhoidibus, utero & quæcunq; alia parte, & αἱμοῤῥαγία id eſt, profluuiū ſanguinis uocatur, præſertim tamen copioſum & liberale, ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι, quod eſt, confertim & impetu prodire. In ſpecie uerò hæmorrhois uocatur ſanguinis effluuium per uenas, quæ in ano fiunt. Rejectionem κα ore Hipp. appellat uomitum ſanguinis. Latini ſputum ſanguinis, ubi paucum eſt, Aretæus ἔμπλυσιν: fluorem, ubi copioſum eſt & Græcis hæmorrhagiam. Rejectus uerò ab ore ſanguis effunditur uel ex partibus ſuperioribus, uel ex inferioribus. Si à ſuperioribus, tum prodit aut à palato, aut à faucibus, aut à gingiuis & πτύσις dicitur. Si ab inferioribus, tum emanat aut à partibus naturalibus, ut ſtomacho, liene, jecore: aut à partibus quæ reſpirationi ſeruiunt, ut thorace, pulmonibus, aſpera arteria, ſepto tranſuerſo, & ἀναγωγὴ nomine ſpeciali appellatur. Sic enim obſcurum textum Aretæi interpretamur. Sputum autem impropriè uocatur id quod cruentum, bilioſum & ſpumoſum reijcitur. Id enim quod lingua & labijs ducitur, propriè ſputum dicitur. αἱμοπτοϊκοὺς, Hæmoptoicos uulgò uocant, ἀναφορικοὺς Galenus, qui ſanguinem per guttur reddunt, quaſi eum ἄνω φέροντες hoc eſt, ſurſum ferentes, **die Blůt außſpeyen.** αἱμόπτυσις uerò, expuitio ſanguinis, **außwurff deß blůts.**

III. ΣΥΓΚΟΠΗ, ſyncopa, nomen Hippocrati, Ariſtoteli & Theophraſto ignotum, ἀπὸ τοῦ συγκόπτειν, quaſi conciſura uel conciſio ſpirituū atq; uirium. Ἀψυχία, λειποθυμία, λειποψυχία Hipp. Defectus animi Plinio, defectio animæ Celſo. Nonnullis λειποθυμία, uitalis: λειποψυχία animalis facultatis exolutionem denotat. λειποθυμία uerò Aëtio leue animi deliquium eſt: λειποψυχία ualidior animæ defectio, & initium ſyncopes, ſiue imperfecta ſyncope, in qua ægri mente & cogitatione ualent. Syncope perfecta & conſummata lipothymia, per quam facultatum omnium exolutio contingit, ut ſenſu & motu deſtituantur ægri non minus quàm mente & animo. Galenus tamen id diſcrimen non admittit, & duo prima nomina eandem rem denotare tradidit. Aretæus, ut & alij ſcriptores etiam ἔκλυσιν & cardiacam uocant. Eſt enim ſyncope, ut idem definit, ἔκλυσις τοῦ τόνου τῆς φύσεως, id eſt, tenoris naturæ deſtructio. Hinc & ἀτονία & ἀσθένεια & ἀῤῥωστία τῆς δυνάμεως dicitur. Cardiaca autem appellatur, quod ſit νόσος τῆς καρδίας, ut bubo inguinum: neruorum tetanus, epilepſia capitis. Porrò cor uel per ſe, uel per conſenſum laborat. Si per ſe, appellatur ſyncope cardiaca. Si per conſenſum uitio ſtomachi, ſyncope ſtomachica & cardialgia & cardiogmos. Perperā igitur Celſus & alij Latini

nomin

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nomine Cardiacæ eam ſyncopen, quæ ex languore fit ſtomachi intelligunt. Contra quos & Aretæus cap. 3. lib. 2. & Galenus in lib. methodi & de locis affectis grauiter diſputant. Germani herʒloß / machtloß / krafftloß / onmacht / abnemmung oder abgang der krefften *dicitur.*

IV. ΚΑΥΣΟΣ *&* καύσων, *Cauſus,* ἀπὸ τῆς καύσεως, *id eſt, ab igneo & perurente calore, qui hunc affectum præ alijs morbis maximè infeſtat. Significat autem uel propriè uel communiter. Propriè febrem, quam intenſiſſimus calor, ſitis ingens, ariditas & nigrities linguæ ſequitur, denotat. Communiter alium quemcunq; affectum, qui non ex his omnibus, ſed horum plurimis conſtat. Græci* καυσώδη *etiam hanc febrem, id eſt, æſtuoſam & uſtoriã uocant: unde* καυσώδεις *&* καυσικοὶ *dicuntur, qui hoc morbo laborãt. Latini communiter febrem ardentem. Cælius Aurel. uerbo quodam Africano flammoſam, Barbari canſonidem. Sunt autẽ cognati morbi, cauſus, tertiana cõtinua & ſynochus. Cauſus & tertiana continua materia conueniunt. Vterq; enim à bile in magnis uaſis putrente oritur, ſed in cauſo calor eſt intenſior, & manifeſtæ & periodicæ exacerbationes non deprehenduntur, quia humor putret in uaſis uicinioribus cordi, ut uel uẽtriculo & maximè ipſius ore: uel pulmonibus, uel parte ſima epatis uel jejuno etiam inteſtino. In tertiana uerò continua putret in partibus à corde diſtantioribus, minusq; patentes meatus ad cor ſortitis, ſed & paroxiſmi per uices incrementa habent. Ingraueſcunt enim ijs diebus, quibus tertianæ intermittentis accidentia ingraueſcunt. Synochus & cauſus carentia circuituum conueniunt. Neuter enim ad inſebricitationem peruenit, nec remiſſiones habet: ſed in ſynocho ſola caloris copia: in cauſo ejuſdem acrimonia uiget: unde & cauſus ſynocho malignior & acutior. Eſt uerò ſynochus alius cum putredine, alius ſine putredine. Synochus cũ putredine eſt, cum ſanguis jam putret: non putris, cum idẽ tantum incaleſcit & feruet eſtq; initium alterius. Barbari ſynocham inflatam uel inflatoriam uocant, cujus generis fuit ſynochus epidemica anni 1580. eaq; non ſimplex ſed compoſita, eò quod & catarrhũ & alia ſymptomata adjuncta habuit: unde & catarrhus cum febre epidemicus fuit appellatus. Ad ſynochum putridam uerò illa pertinet, quam quidam* πομφογώδη, *alij luẽ Hungaricam, alij febrem lenticularem uocant.* πομφογώδην *uocant* ἀπὸ τῶν πόμφων, *id eſt, bullis: quod ſanguis calore febrili feruens & quaſi bullans uenas omnes impleat atq; inflet. Morbus Hungaricus dicitur, quod in Hungaria imprimis graſſari ſoleat, uulgò* die Vngeriſche ſucht. *Sed non tã exiguis ſe terminari limitibus patitur, quin per totam Europam paſſim uagetur, & eandem in Hiſpania tum frequentiſſimam tum ualdè periculoſam eſſe teſtatur Didacus Merinus Hiſpanus, præſertim ab anno poſt Chriſtum natum 1557. uſq; ad 1573. quo & hoc ſcripſit, & hic morbus quamplurimos mortales inuaſit. Lenticularem appellant Galli & Itali, quod lenticulas & maculas, morſus pulicum referentes producat. Vulgò febrem ardentẽ* die hiʒige kranckheit / hiʒige / brennende feber *uocant.*

V. ΧΟΛΕΡΗ *Galeno dicitur* ἀπὸ τῆς χολῆς, *à cauſa putata, quod bilis in eo abundat, & infra ſupraq; excernitur. Hinc felliflua paſſio Aureliano. Alexandro Tralliano non eam ob cauſam, id eſt, à loco affecto, ſic dicta uidetur, ſed* ἀπὸ τῆς χολάδος, *quod materia, quæ per uentrem aduehitur, ex inteſtinis excerni uidetur.* χολὰς *enim antiquis inteſtinum eſt, ſic dictum* παρὰ τὸ δέχεσθαι τὸ χολῶδες τὸ ἡπατος: *unde Germanicum* kaldaunen. *Neq; enim, ait, ſolum de una fit cauſa ſed de multis. Errat autem, eò quod hac ratione nec melancholia nominis ſui rationem tueri poſſet, cum & ipſa appellationem ſuam habeat ex eo, quod non ab alia cauſa, quam ab humore melancholico fieri putetur. Quid, quod in cholera non tam* χολάδες *quàm uentriculus laborat, & hic quidem per ſe, illa per conſenſum aliarum partium. Ineptius uerò Partius, qui choleram dictam putat quaſi cæliacam. Quanta enim inter utrumq; affectum differentia? Latini ex Græco choleram uocant. Medici pleriq; cholericam paſſionem. Hinc* χολερικοὶ ἢ χολεριῶντες ἢ χολερώδεις *qui cholera morbo laborant. Germani uocãt* bauchgrimen. *quaſi* bauchkrümmen. *Belgæ Bor, quaſi* βορβορυγμὸν, *ob inteſtinorum murmur, huic paſſioni peculiare.*

VI. ΕΛΕΟΣ

VI. ΕΙΛΕΟΣ *dicitur à ſymptomate. Nam in hoc morbo* αἱ τῶν ἐντέρων ἕλικες εἰλοῦνται, *id eſt, inteſtinorum inuolucra coarctantur, ut ſentit Actuarius: uel* πνεῦμα ψυχρὸν ἀργὸν μίμνει ἐλιστόμενον ἐν ὀλίγῃσι τῶν ἄνω ἑλίξεσι, *id eſt, flatus frigidus & lentus, qui nec infra facilè peruadit, nec per ſuperiora recurrit, in tenuibus ſuperiorum inteſtinorum anfractibus conuolutus diu immoratur, ut ſcripſit Aretæus. Sic igitur dicitur* ἀπὸ τοῦ εἰλεῖν *ſiue cum tenui ſpiritu, quod coarctare: ſiue cum aſpero, quod uertere & contorquere ſignificat. Nam quod deorſum uergere deberet, id coarctatur, ne deſcendat: & circumactum ſurſum deorſumq́ uertitur. Quidam etiam ab* ἐλεέω, *quod eſt, miſereor, deriuant, quo naturam potius morbi quàm uim nominis exprimunt. Imminens enim hic morbus acerbiſsimis torminibus jugulat, ut ait Aretæus: unde & uulgus. Miſerere mei, appellat. Errant uerò qui à parte affecta deducunt, quod tenue inteſtinum* εἴλεος, *dictum, in hoc morbo præcipuè infeſtetur. Neq; enim id inteſtinum* εἴλεος, *ſed* λεπτὸν, *id eſt, tenue & gracile appellatur. Hoc uerò nomen ſignificat & communiter & propriè. Communiter antiquis Medicis omnes inteſtinorum dolores tum iliacos tum colicos complectitur. Propriè uerò tantum acutum tenuis inteſtini dolorem, quam ſignificationem tempore Tiberij Cæſaris, quo uixit Celſus, primum accepiſſe & nouum nomen innotuiſſe quidam exiſtimant. Sunt uerò duo illius genera: unum ileos in ſpecie ſic dictum; alterum chordapſus. Ileos in ſpecie ſic dictus, ſimplicem tenuis inteſtini cruciatum denotat. Chordapſus compoſitum ex iliaco & tumore inteſtinorum, qui compreſſus manibus, cedat & quodammodo remolliatur, id quod Etymologia nominis oſtendit.* χορδάψος *enim ſiue* χόρδαψος *deducitur ab* ἕψησις *ſignificante* μάλθαξις *&* χορδὴ, *quod eſt* ἔντερον, *ut ait Aretæus: uel quod qui manum loco dolenti admouerit, is ueluti* τῆς χορδᾶς ἅπτεται, *id eſt, inteſtinum ad chordarum fidiumue morem tenſum tangere uidetur, ut ſcribit Galenus lib. 6. de locis affectis. Hinc* χορδεύω, *quod eſt, inchordo & implico. Hipp. lib. 1.* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν *& ipſe* εἴλεον *duplicem facit, arcuatum & hæmatiten. Arcuatus in quo oculi interdum morbo arcuato implentur. Hæmatiten, in quo ſanguis à naribus fluit, de quo plura in ſcorbuto magnis lienibus cognato. Latini Græcum* εἰλεὸς *uerbum uerbo reddentes ſua lingua uolulum & conuolulum interpretantur: ſæpius autem ileon uocant. Cælius Aurelianus appellat acutum tormentum, cujus nominis tres cauſas recenſet. Vel quod exiſtiment ægrotantes conuolui atq; torqueri ſuorum inteſtinorum uerticula: uel quod ſpiritus ob abſtinentiam clauſus ſeſe inuoluens uinctiones atq; tormenta efficiat: uel quod uehementia dolorum ſupra eas partes quæ patiuntur ægrotantes arcuati conuolutiq; plicentur. Idem ſcribit ex ſententia Callimachi nonnullos Pythagoreos, qui in Sicilia medebantur, conſueuiſſe hunc morbū phragmon, id eſt, ſepimentū nūcupare, quòd ſeptis & obtruſis naturalibus uentris officijs cōtingat. Barbari uocant Iliacā paſsionem. Germanis* **grimmen/darmgicht/Gott erbarm dich mein.**

VII. Τὰ κατὰ τὸ ἧπαρ ὀξέα πάθη, *id eſt, acuti jecoris affectus. In genere uitium epatis malè affecti, morbus epaticus & jecoritis, Græcè* ἡπατίτις *eum in modum, ut* πλευρῖτις, *dicitur. Hoc affectos Græci ſimiliter epaticos uocant. Scribonius Largus jecoroſos. Marcellus Empiricus jecoritios. In ſpecie hoc uitium aliud diuturnum, aliud acutum eſt. Diuturnum eſt intemperies, obſtructio, ſcirrhus, exigua phlegmone.*

Acutum eſt hæmorrhagia epatis & magna phlegmone. De his igitur hoc capite agit Aretæus. Hæmorrhagiam uocant fluxum ſanguinis epatis, uel ſanguinis epatici, cujus plura ſunt genera. A quātitate fluxus, multus & paucus. A qualitate, clarus, ſanioſus, tenuis, craſſus, fœtidus, odoris expers. A loco, gibbæ, ſimæ partis. Phlegmone eſt inflammatio, id eſt, tumor præternaturam ex aliquo humore calidiore oriens, unde febris ſequitur: eſtq́; tum aliarū partiū, tum epatis, qui hepatitis propriè dici ſolet: eſtq́; alia totius, alia partis, ut cauæ, gibbæ: alicujus ex locis, membranæ, uenarum. Nomen igitur hepatitidis duo illa, nēpe genus & ſpeciē complectitur, ut hoc in loco: alibi uerò paſsim apud Hipp. eadē uox duo alia ſignificat, nēpe uenā jecorariam, quæ caua dicitur: (de qua ſequenti capite:) & ea genera morbi regij, quæ à jecore originem trahūt, de quibus hoc in loco nihil.

VIII. ΗΚΣ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

VIII. Η κατὰ τὴν κοίλην φλέβα ὀξείη νοῦσος, *id eſt, uenæ cauæ acutus morbus, uel* νοτιαία φλεβὸς καὶ ἀρτηρίης ὀξεῖα νοῦσος, *id eſt, dorſalis uenæ atque arteriæ morbus acutus, ut habetur cap. 7. lib. 2. de curatione acutorum.*

Caua dicitur à magna cauitate, quam obtinet, Galeno μεγίστη, *Hipp.* ἡπατῖτις *&* αἱμοῤῥοῖς, *id eſt, ſangui flua, quod ſanguinem copioſè effundat, ſi ſecetur, rumpatur, conuellatur. Eſt enim uenarum alia maxima, alia minor. Maxima eſt caua, per quam ſanguis in epate elaboratus in maxima copia per totum corpus deriuatur. Minor eſt uena porta, ejusque ſurculi, & uena umbilicalis. Maximæ autem illius uenæ radix è gibba ſupremaque epatis parte enata in duos truncos diuiditur, quorum unus ſuperior, alter inferior. Inferior eſt deſcendens, qui ab hepate deorſum detortus, in caudicem ſimplicem & ſtipites duos diuiditur. Caudex ſimplex, complectitur partem eam quæ ab epate deſcendit, & ad ſacri oſſis initium uſque protenditur: ex qua communiter quinque uenæ utrinque, una dextra, altera ſiniſtra prodeunt, adipoſa, renalis, ſpermatica, lumbaris & muſculoſa. Adipoſa ad exteriorem renum tunicam adipe copioſo circumfuſam fertur. Renalis ad renem excurrit, quæ & emulgens dicitur, quòd ſeroſum humorem emulgeat ſecernatque. Spermatica ſeminis materiam ad teſtes defert, unde ſeminalis dicitur. Lumbaris inter quatuor lumborum uertebras, & ſpinalem medullam fertur, & ſpinalem medullam irrigat. Muſculoſa in lumbares & abdominis muſculos propagines profert plurimas, ſed quæ interdum ab iliacis emergit, ut refert Andreas Laurentius. Hic igitur ſimplex caudex eſt. Duo ſtipites ſunt magni rami, in quos caudex finditur: qui quod ab ilibus incipiant, iliaci uocantur. Rurſus quilibet iliacus ſtipes in ramum duplicem diuiditur, quorum alius interior, alius exterior.*

Interior intra abdominis cauitatem continetur, à qua uenæ quatuor proueniunt, ſacra, hypogaſtrica, epigaſtrica & pudenda. Sacra per oſſium foramina in oſſis ſacri (quod magnam uertebram uocat Hipp.) medullam fertur. Hypogaſtrica diuerſis ſurculis tum ad uterum ejusque ceruicem: tum ad ueſicam, tum ad recti inteſtini extrema, hæmorrhoidalis externa ibi appellata, excurrit. Epigaſtrica in epigaſtrij muſculos diſſeminatur, magnaque ſui parte ſurſum ad umbilicum fertur. Pudenda ad eas partes tam in uiris quàm in mulieribus diſſeminatur.

Exterior extra abdominis cauitatem delabitur, & cruralis dicitur, quod ad inguina & crura deſcendit: à quo ſex uenæ propagantur, ſaphena, iſchias minor, muſcula, poplitea, ſuralis, & iſchias major.

Saphena ſeu malleoli uena ad inguinis glandulas nata ad malleolum externum deſcendit, & in pedis ſuperni cutem uariè diuiditur.

Iſchias minor è regione ſaphenæ extrorſum ad coxendicis cutem, & ejus loci muſculos diſtribuitur. Muſcula duplex eſt: minor & major. Minor tibiæ muſculos & cutem adit. Major per femoris muſculos diſſeminatur.

Poplitea per medium poplitem delapſa nunc in ſuræ cutim abſumitur: nunc ad calcem uſque deſcendit, nunc per externum malleolum fertur.

Suralis in ramos duos diuiditur, externum & internum.

Externus minor eſt, internus major, ſic dicta quod in ſuræ muſculos & cutim tibiæ internæ diſſeminata circa malleolum internum reflexa, latus internum pedis & cutem pollicis, rarò alios digitos adit.

Iſchias major, majorem portionem per ſuræ muſculos deferens in decem ramos abſumitur, & ſingulis digitis binos largiens, minorem inter fibulam & calcem amittit.

Hic eſt truncus cauæ uenæ inferior, qui ut in omnes corporis partes inferiores dirigitur: ita eaſdem alit & inſtar fluminis laudabili ſucco irrigat. Sunt autem partes inferiores, renes, peritonæum, ueſica urinaria, uterus, teſtes, muſculi & oſſa, & omnes aliæ, quæ infra jecur ſitæ ſunt.

Superior truncus eſt aſcendens, cujus ut & inferioris, duæ ſunt partes. Caudex & ſtipites. Caudex partem eam complectitur, quæ ab epate ad jugulum uſque extollitur. Ab hoc caudice quatuor uenæ tanquam riuuli manant, phrenica, coronalis,

azygos

azygos & intercoſtalis, eaq; qualibet duplex: dextra & ſiniſtra, excepta azygo.

Phrenica ſiue diaphragmatica per diaphragma diſſeminata ad cordis uſq; inuolucrum & membranas διαφράττοντας ramos ſpargit.

Coronaria, στεφανιαῖα dicta, uniuerſam cordis baſin inſtar coronæ cingit: & ex latere ſuo uelut lacero in dextrum ſinum tanquam ciſternam oſtio patentiſſimo ſanguinem effundit.

Azygos, id eſt, omnis conjugij expers, ſic dicta, quod in dextro tantum latere reperiatur. Ramus itaq; ſolitarius eſt, ſed qui tam in ſiniſtram quàm dextram partem fertur, octoq; inferiores coſtas, & earum ſpatia octo uenulis alit, ad ſecundam ferè lumborum uertebram uſq; deſcendens: ubi emulgenti jungitur. Quæ cauſa eſt, ut commode & κατ' ἴξιν pulmonis uomica lotio exhauriri poſſit.

Intercoſtalis tria aut quatuor ſuperiorũ coſtarum ſpatia nutrit: quam uerò ſæpius deficere obſeruauit Andreas L. quo caſu azygos illius munere fungitur, & ramos ad ſuperiores coſtas mittit. Hic ſimplex caudex eſt.

Stipites ſunt inſignes rami, in quos caudex finditur, qui quod ad claues & jugulum aſcendunt, clauij appellari poſſunt, uulgò ſubclauij ſed confuſè. Rurſus quilibet clauius in ramum triplicem diuiditur.

Interior eſt ſubclauius, qui intra thoracis cauitatem reconditur, à qua uenæ quinq; proueniunt, mammaria, thymica, capſularis, ceruicalis & muſcula, eaq; qualibet duplex: dextra & ſiniſtra.

Mammaria deſcendens, utrinq; una, ad mammas fertur, & ad xiphoidis latera emergens cum uena epigaſtrica ad umbilici regionem anaſtomoſi jungitur.

Thymica per thymum (qui glanduloſum corpus eſt ſub jugulo) diſtribuitur, nec non per interſepientes membranas.

Capſularis per cordis inuolucrum fertur, occurritq; phrenicis, quæ aſcendunt. Hanc à paucis deprehenſam eſſe annotauit Andreas L.

Muſcula ſummi thoracis & colli infimi muſculos perreptat.

Exterior clauius eſt, qui extra thoracis cauitatem egreditur, eſtq; rurſus duplex: ſuperclauius & axillaris. Superclauius eſt, qui proximè à diuortio ſupra claues emergit. Axillaris, qui remotius ab eodem diſtans ad axillas pertinet.

A ſuperclauio ad colli latera uena oritur, quæ à jugulis, cui uicina eſt, jugularis, Græcè σφαγίτις dicitur, eaq; duplex: dextra & ſiniſtra. Dextra iterum alia interna, alia externa. Interna per latera ceruicis interiora ad dextram cerebri, & ejus medullæ partem extollitur. Externa ſub cute ſurſum fertur in cutem capitis, ejuſq; carnoſam mẽbranam, & alias caluæ partes, ſubq; auris radice, ut plurimum diuiſa, tandem in frontis medio dextra cum ſiniſtra juncta, uenam frontis conſtituit.

Siniſtra ſimiliter alia interna, alia externa. Interna in ſiniſtram cerebri, & medullæ eius partem ſpargitur. Externa in omnes partes externi capitis ſui lateris ſurculos ſpargit quàm plurimos.

Ab axillari tres oriuntur uenæ, thoracica, baſilica & cephalica.

Thoracica eſt quæ ad thoracem fertur, quæ & ipſa duplex eſt: ſuperior & inferior. Superior in mammas & muſculos pectoris peruadit. Inferior totum thoracis latus perreptat.

Baſilica eſt, quæ per interiorem brachij partem fertur. Hipp. interna, eſtq; alia dextra, alia ſiniſtra. Dextra uulgo epatica & jecoraria: ſiniſtra lienaris dicitur.

Cephalica eſt, quæ per brachij exteriora fertur. Hippocrati extrema, uulgò cephalica, quod in affectibus capitis tundatur. Appellatur & humeraria, quod per humerum feratur.

Ex his duabus poſtremis uenis emergit ea, quam Medici eam ob cauſam communem, uulgus medianam, Arabes uenam nigram appellant, quæ peculiaris & tertia brachij uena non eſt, ſed riuulus quidam ex cephalicæ & baſilicæ in cubiti articulatione coitu emergẽs. Vtraq; enim uena egreſſa humeros, dum ad cubiti articulationem uenit, in duos ſurculos, externum & internum diuiditur, ex quibus duo interni ſibi inuicem in medio cubiti occurrentes medianæ iſtius locum conſtituunt: quæ ab origine ſua longius progreſſa partim ad cutem manus externæ abſumitur, partim in duos ramulos diuiditur, quorũ unũ inter pollicẽ & indicẽ

diductus

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

diductus cephalicam & ocularium appellatam: alterum inter medium & annularem. Auicennæ ſyclen quidam eſſe exiſtimant. Externus uerò cephalicæ ſurculus, isq́; inſignior per medium radij & carpum progreſſus conſpicitur, ramo inter paruum digitum & annularem deſinit, quem uenam ſaluatellam Arabes uocant.

Hactenus de caua uena, quam rudi ſeculo Aretæus rudi Minerua delineauit: nos prolixius perſpicuitatis gratia deſcripſimus.

Minor uena eſt uena porta, cujus & ipſius idem breuiter meminit. Hæc ſanguificationi ſeruit, ut illa diſtributioni & perfectioni ſanguinis: utq́; caua in gibba & conuexa parte: ita porta in ſima & concaua parte hepatis inter duas illius eminentias, quas portas Hipp. uocat, radicatur, unde & portæ nomen accepit. Alij tamē portam dictam eſſe uolunt, quod per eam uelut portam chylus ad epar deferatur. Dicitur autem & uena portæ & porta & oſtiaria, μεγάλη Galeno: interdum & στελεχιαῖα quod ſit στελέχει, id eſt, trunco cuidam plantæ ſimilis, Aretæo φλὲψ ἀπὸ τῶν πυλέων, ut & Galeno interdum ἡ πρὸς τὰς πύλας, id eſt, uena quæ ad portas eſt, Quidam jecoris manum uocant, quod ea tanquam manu ad chyli attractionem epar utatur. Arabes uenam lacteam, quod cremorem lacti ſimilem allicit. Eadem inſtar arboris in radices, truncum & ſtipites diuiditur. Radices ſunt capillamenta, quæ innumeris ſurculis per uniuerſum epatis corpus ſparguntur. Truncus eſt caudex, in quē radices coëunt. Stipites ſunt ſurculi, in quos caudex dirimitur.

Rurſus truncus quatuor ex ſe ramos emittit, cyſticum, gaſtricum, gaſtropiploicum & inteſtinalem.

Cyſticus ex antica & ſuprema trunci parte ortus, mox in ueſicam felleam bifariam fertur. Eſt enim gemellus.

Gaſtricus, isq́; dexter, ad poſteriorem uentriculi partem & pylorum prætenues ſpargit uenulas. Sunt autem tenues potius quam craſſæ, ut chylus in illis exiſtens ueram ſanguinis effigiem aſſequi poſſit.

Gaſtrepiploicus ad fundum uentriculi dextrum & omentum abit, ſurculis illum supernè: hoc infernè peruadens.

Inteſtinalis per duodeni longitudinem excurrit. Sic Andr. Laurentius. Alij cyſticum & gaſtricum tantum recenſent: eò quòd cæteri ſæpe in meſenterico emergere obſeruantur.

Stipites inſignes duo ſunt, ſplenicus & meſentericus.

Splenicus eſt elatior, qui ad lienem ferè totus fertur: eſtq́; duplex: unus ante diuiſionem, alter poſt diuiſionem. Ante diuiſionem quadruplex eſt: gaſtricus minor, epiploicus dexter, coronarius, ſtomachicus & epiploicus poſterior.

Gaſtricus minor, isq́; ſiniſter non admodum frequenti ramorum ſerie in gibbam uentriculi partem diſtribuitur.

Epiploicus dexter in dextram inferioris omenti regionem ſurculos aliquos deriuat, & quibuſdam ramulis colum inteſtinum irrigat.

Coronarius ſtomachicus omnium craſſiſſimus, dum ad uentriculi regionem ſuperiorem abit, mox bifariam diſpergitur, priore ramo orificium uentriculi ſuperius coronæ inſtar cingit, altero ad pylorum deſcendit.

Epiploicus poſterior dorſo alligatus ad poſteriorem omenti membranam, & coli partem ramum dextrum & ſiniſtrum mittit.

Poſt diuiſionem qui ſtipes eſt, rurſus ſubdiuiditur in duas uenas, quarum ſingulæ iterum in alias atque alias infinita ſobole diremtæ uniuerſam lienis ſubſtantiam perreptant. Ab eodem uerò ſtipite jam in liene exiſtente uena inſignis prodit, uas breue aut uenoſum dicta, quæ rurſum in os fundumq́; uentriculi reſiliens melancholicum ſuccum eructat, qui ſuo ſapore acerbo & acido torpeſcentem appetentiam excitat, uel potius uentriculum corroborat. Fames enim non tam à perfuſione humoris melancholici, quàm à penuria alimenti oritur.

Meſentericus ſtipes eſt inferior & multò amplior, qui in meſenterium & inteſtina infinitos diffundit riuulos, inter quos præcipui tres obſeruantur: hæmorrhoidalis, cæcalis & meſentericus in ſpecie ſic dictus.

Hæmorrhoidalis per coli extrema & recti inteſtini longitudinem ad anum uſque prore-

prorepit: eius finem exilibus ramis orbiculatim amplectens. Et hæc interna & plethoræ uacuatrix: ut illa, quæ uenæ cauæ ramulus eſt, de qua ſupra dictum eſt, externa, & cacochymiæ depletrix appellatur. Hæc occultas: illa externas hæmorrhoides parit. Quodſi enim ob lienis obſtructionem melancholicus ſanguis expurgari nequeat, hujus ramuli beneficio, certis quibusdam interuallis excerni ſolet. Cumq; duplex ſit hæmorrhoidalis, non mirum ijs ſiue arte ſiue ſponte apertis non ſolum morbos abdominis, qui à ſanguine in uena porta exuberante ortum habent: ſed & affectus ſanguineos, qui thoracem & caput affligunt, perſanari.

Cæcalis ramus ad cæcum inteſtinum fertur.

Meſentericus in ſpecie ſic dictus, in complures & propè infinitos inſtar radicis arboris diuiſus ſurculos, uenas meſaraicas conſtituit, quæ inter duas inteſtinorum, imprimis uerò ilei & jejuni, ubi major illorum copia eſt tunicas ſparguntur, ut chyli inde tenuiorem partem exugant, & ad epar tranſmittant, munitæ glandulis, ne uel confundantur, uel comprimantur, uel ualidis motibus diſrumpantur.

Ex quibus apparet nõ ex caua uena, ſed ex porta nutriri uentriculum, pancreas, lienem, meſenterium & inteſtina, eò quod ſola porta, in has partes ſuos trajciat ſurculos: uena caua nullum. Eſtq; hæc dilucida uenæ tum cauæ tum portæ deſcriptio, cujus utriuſq; radices per jecoris carnem confusè ſparguntur, ſibiq; inuicem miranda quadam anaſtomoſi uniuntur. Extrema enim radicum uenæ portæ in medias uenæ cauæ radices infiguntur, & uenæ cauæ extrema in medias portæ radices coëunt, ut à porta in cauam & à caua in portam facilè meet ſanguis & remeet. Non tantum igitur uenæ cauæ truncus ſuperior cum inferiore ita unitur, ut ſi quis immiſſa lamella explorare uelit, unum aſcenſum utriuſque deprehendat, quod ſcripſit Aretæus: ſed & uenæ cauæ cum uena porta tanta communicatio eſt mutuaq; complexio, ut ſi quis in uenam umbilicalem recens nati (quæ forâs propendet) immittat tubulum, uideat & inteſtina & cauæ ramos, & cor & ipſam etiam pulmonum carnem diſtendi, quod obſeruauit Andr. Laur. Vmbilicalis enim in portam deſinit: & porta in cauam, rurſusq; hæc in illam. Illa uerò nempe umbilicalis iam edito infanti inarceſcit, & in ligamentum abit. Ex eadem uerò deſcriptione, ait Aretæus, etiam illud ſequitur, ut totus uenæ cauæ truncus tum ſuperior, tum inferior morbis acutis obnoxius ſit: non tantum inferior, qui ad dorſum pertinet, id quod Medici quidam opinati fuerunt, ſed perperam. Patitur autem uarios morbos, inter quos præcipui ſunt cedmata & phlegmone.

Cedmata Hippocrati dicũtur diuturni ex defluxione affectus cũ in omnibus articulis, tum præcipuè circa coxendicem, ut ait Galenus. Aretæo uerò hoc in loco ſunt ſiue repletiones, ſiue rupturæ uenarum ortæ uel ex multitudine uel feruore ſanguinis. Alludit enim ad Hebraicum Cadah, id eſt, accenſus eſt ſiue incanduit, ſic dictum quaſi incendium, Germ. entzündung, *quod utrumque eiuſdem originis eſt. Comprehendit igitur nomen ſuo complexu, id quod aliàs in genere* ἀνεύρυσμα *dici ſolet,* ἀπὸ τοῦ ἀνευρύνειν, *id eſt, dilatando. Quibuſdam etiam ſpeciali nomine* κιρσὸς. *Latinè uarix. Hic enim tumor eſt tactu blandus à ſanguine, & ſpiritu ab arteria, aut uena profuſis excitatus, quo aperto ſanguis affatim erumpit, & unà uitalis ſpiritus, ut æger ſæpe in Medicorum manibus deficiat. Cuius rei exemplum nuper obſeruaui in muliere plethorica, cui uena cruralis cum diu intumuiſſet, tandem ſua ſponte rupta, circiter quatuor menſuras ſanguinis profudit, unde exanguis facta, uix multis diebus obſtructo uulnere, & adhibitis analepticis reſtitui potuit. Sic lethalis eſt fluxus ſanguinis de uena interna qualibet magna, ut pulmonis & epatis, cujus Aretæus meminit, de truncis uenæ cauæ utriſq; loquens. Mortifera uerò eſt hæmorrhagia etiam meningum aut retis mirabilis, quarum uenæ magnæ quidem non ſunt, ſed tam frequentes ut ſanguinem in cerebri mole ferè copioſiorem quàm in jecore reperiri quidam exiſtiment: unde & cerebrum tam uehementer calefieri inflammariq; ſolet. Sic lethalis eſt repletio tenuium cerebri uenarum in epilepſia puerorum, dum pituitam præ craſsitudine ac multitudine ſuſcipere non poſſunt, ſed perfrigeratur ac congelatur ſanguis, & ſic moriuntur.*

Phleg-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Phlegmone, alter morbus, inflammatio dorſalis uenæ atq; arteriæ eſt, quam prolixè deſcribit Aretæus: recentiores ſilentio prætereunt. Eſt autem non tam uenæ quam ſanguinis in uenis contenti inflammatio, & cauſi ſpecies quædam, quæ in dorſo maximè ſentitur. Hinc factum, ut non aliam cauſi quam phlegmonæ dorſi curationem autor proponat: & liber ſecundus unum caput minus habeat.

IX. Ἡ κατὰ τοὺς νεφροὺς ὀξεῖα νοῦσος, *id eſt, acutus renum morbus, nempe inflammatio & obſtructio* ὀξύκτονος, *id eſt, quæ celeriter jugulat. Sunt enim plures earum partium morbi, qui jam inter diuturnos recenſentur. Omnes autem illos* νεφρίτιδος *nomine Græci interdum complectuntur, ſiue acutos ſiue diuturnos, Germ.* **Niern wehe.** *Hippocrati* τὰ νεφριτικὰ *ſc.* πάθη, *aph. 6. lib. 6. & alibi. Et Nephritici ſunt, qui ex renibus laborant, ut ſtomachici ex ſtomacho, epatici ex epate, ſplenici ex liene, colici ex colo, ut refert Gal. lib. 2. de comp. med. ſec. loc. cap. 2. Germ.* **Niernſüchtig.**

X. Τὰ κατὰ τὴν κύστιν ὀξέα πάθη, *id eſt, acuti in ueſica affectus, nempe phlegmone & ulcera, lapides & grumorum obſtructiones: à quibus iſchuria & ſtranguria oritur. Excretio enim urinæ, ſine qua animal uiuere non poteſt, aut aboletur aut diminuitur, aut deprauatur. Abolita uocatur* ἰσχουρία, *cum urina omninò ſupprimitur, ſic dicta* ἀπὸ τοῦ ἴσχειν, *id eſt, tenendo* τὸ οὖρον, *id eſt, urinam. Cælio Aureliano* ἰσχυρία *ſed perperam. Eſtq; affectus uerus & ſpurius. Verus eſt, qui fit uitio ueſicæ urina plenæ, obſtructo illius meatu. Spurius, qui fit uitio renum aut ureterum, à quibus ueſica nihil recipit. Latinis* περιφραστικῶς *lotij retentio uel ſuppreſſio. Germanicis* **auffhaltung oder verſtopffung deß harns.** *Diminuta urina uocatur ſtranguria, cum ueſica reddit imbecilliter ac deficienter, ſic dicta* ἀπὸ τοῦ στραγγὸς, *id eſt, gutta ſeu ſtilla, &* τὸ οὖρον, *id eſt, urina, quaſi* κατὰ στράγγα τοῦ οὔρου ἔκκρισις, *quod in ea ſtillatim lotium redditur: ueſicæ morbus Cicer. ſubſtillum Catoni, alijs urinæ ſtillicidium. Germ.* **kaltſeuch / harnſtrang / harnwinde / tröpflicht harnen.** *Differt à diabete. Nam ſtranguria laborantes frequenter mingunt & guttatim. Diabetici frequenter & in magna copia.*

Deprauata urina dyſuria eſt, quæ libidinem mejendi facit, ſed excretionem cum dolore, ſic dicta à δὺς *quod in compoſitione ægrè & malè ſignificat (ut in nomine* δυσπεψία*) &* τὸ οὖρον, *id eſt, urina. Lotium enim ui quadam & difficulter in ea excernitur. Differt à ſtranguria. Nam ſtranguria laborantes guttatim & frequenter mingunt. Dyſurici guttatim & non frequenter, ut quidam interpretantur. Plerique uerò aliter, quibus dyſuria ſtillicidio caret. Fit uerò ſiue cum difficultate, ſiue cum dolore. Galenus nanq; duas illius ſpecies conſtituit comment. aph. 48. lib. 7. Vnam,* τὴν μετ' ὀδύνης, *hoc eſt, quæ cum dolore, cujus cauſa inflammatio, abſceſſus, exulceratio, inæqualis intemperies & ſpiritus flatulentus.*

Alterum τὴν μετὰ δυσχερείας, ὡς μογὶς ἐνεργεῖν τὴν κύστιν, *hoc eſt, quæ cum difficultate, ut uix ipſa ueſica opus ſuum peragat: cujus cauſa aut facultatis imbecillitas, aut humor præter naturam. Dyſurici igitur cum mejere cupiunt, non ſtatim excernunt, ſed magno cum conatu atq; etiam aliquando dolore. Arabes ſtranguriæ & dyſuriæ nomine indifferenter utuntur: ut & uulgus, quod plerunq; confundit ſimilia. Vtrunq; igitur affectum & dyſuriam & ſtranguriam Germani uocant* **harnſtrang / harnwinde / reiſſen.** *Differunt enim ſecundum magis & minus.*

XI. Ὑστερικὴ πνὶξ, *id eſt, uuluæ ſtrangulatus, præfocatio matricis Aurel. Vas enim fœtum conſeruans ab Aretæo &* ὑστέρα *&* μήτρη *uocatur, à Latinis uterus & uulua.* ὑστέρα *id eſt, poſtrema dicitur à ſitu, quod ultimum inter uiſcera locum habeat.* μήτρη *id eſt, matrix, quod ſit mater fœtuum, qui ex ipſa aut in ipſa naſcuntur: uel quod matres faciat, quæ ipſam habeant. Vterus, Plinio utriculus, quod in eo uelut utre fœtus contineatur. Vulua, quaſi uolua aut ualua. Lucilio bulga, quod folliculi & loculi ſimilitudinem habeat. Ariſtoteles locos uocat. Græci etiam* φύσιν, νηδὺν, δελφὺν, ἄγγος *&* γονὴν. *Hujus igitur uiſceris motus triplex eſt: naturalis, ſymptomaticus & mixtus. Naturalis eſt, quum ſemen prolectat è ſua ceruice, eiq; quaſi obuiã occurrit: dum itẽ ſe contrahit ut concipiat, & dum conatu ualido fœtum, ſecundaſq; & res alias ſibi aduerſantes excludit. Symptomaticus ſimiliter*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

triplex eſt: âſcenſus, reclinatio & deſcenſus. Aſcenſus, dum ad ſuperiora fertur, hyſterica præfocatio, & ἄπνοια ὑστερικὴ, id eſt, anhelitus ob uteri culpam interceptio nominatur. Reclinatio, dum ad latus dextrum uel ſiniſtrum fertur, diſtortio, conuerſio & peruerſio dicitur. Deſcenſus, dum ad inferiora proreptat, uteri prolapſus ſeu procidentia uocatur. Mixtus eſt, dum nimium reſiccatus & ſitiens ad epar recurrit, aut furens prolabitur. Naturalis fit à ſola facultate animæ. Symptomaticus à cauſa morbifica: mixtus à cauſa morbifica & facultate ſimul. Motus autem ille ſymptomaticus conuulſio dici ſolet καταχρηστικῶς, ut & ſingultus. Conuulſio enim propriè dicta motus eſt earum partiũ injuſſus, quæ ſponte noſtra mouentur. Vterus autem non ſponte noſtra ſed ſua mouetur. Hoc igitur membrum ſeruile non eſt, ſi propriè loqui uelimus, ζῶον ἐπιθυμητικὸν, id eſt, animal concupiſcentiæ particeps, ut appellat Plato, ſed, ut interpretatur Aretæus, σπλάγχνον ἄγχιστα ζωῶδες, καὶ ὁκοῖον τι ζῶον ἐν ζώῳ: uiſcus propè animatum, & uelut animal quoddam in animali. Quod enim inſtar animalis motu locali moueri uidetur, jucundis oblectatur, triſtibus afficitur, id fit καταχρηστικῶς, non ſub propria ſed ſub aliena ſpecie. Ex mærore enim præfocationem incurrit ob defectum ſpirituum, quia mæror refrigerat: offenditur fœdis odoribus, dum benè affectus eſt, ratione prauorum uaporũ ex rebus fœtidis emiſſorum. Fœtida enim omnia incocta ſunt, & prauè permixta, ideoq́; inæqualiter ſenſum afficiunt. Hinc Ariſtoteles 8. de hiſtoria animalium, grauidas mulieres & equas ad odorem extinctæ lucernæ abortum pati ſcribit, id quod eandè ob cauſam contingit. Inquinantur enim materni ſpiritus, quos per arterias umbilicales fœtus trahit. Iiſdem uerò etiam recreatur, ut caſtorio & aſſa fœtida, cum malè affectus eſt, eò quod fœdi illi uapores naturæ noſtræ aduerſantur, quos dum ut hoſtes infenſiſſimos natura irritata expugnare conatur, ſimul prauos in utero contentos humores extrudit, perinde ut noxia pharmaci qualitate dum uellicatur, uacuationes perficit. Offenditur uerò & ſuauiter olentibus, ut moſcho, ambra & ſimilibus, dum prauè affectus eſt, ratione bonorum uaporum ex rebus benè olentibus exeuntium. Benè enim olentia cocta & acuta admodum cerebri membranas afficiunt, & hinc uterum, qui & ipſe membranoſus eſt, & cerebro conſentit: quo affecto qui prius latitabant in utero uapores tetri, ſuſcitantur & per arterias, & alios cæcos ductus ad diaphragma, cor & cerebrum expirant: unde ſuffocatio. Iuuatur contra ſuaueolentibus, dum benè affectus eſt, ratione uaporis & tenuiſſimæ auræ odorem comitantis, quo celerrimè afficitur, cum exquiſitiſſimum ſenſum habeat.

XII. Tria ſunt nomina cognata, quæ eruditi ſeparant: uulgus ſæpè confundit, σατυρίασις, σατυριασμὸς & πριαπισμός. Σατυρίασις eſt genitalium dolor & inflammatio, ut hoc loco, qua affecti coitum appetunt. σατυρισμὸς eſt pruritus ad Venerem, familiaris maximè mulieribus ſalacibus, quæ ſatyricæ eam ob cauſam dici poſſunt. Tales autem ſunt, qui uterum natura ualdè ſiccum habent, & pabuli ſui, quo repleatur, cupidum: id quod ex fiſſuris labiorum cognoſci poteſt. Galeno hoc nomen etiam aliud genus morbi ſignificat, nempe tumorem adenum, qui aliquantulum poſt aures prominet. σατυριασμὸς eſt incipiens elephantiaſis, quæ & σατυρίας dicitur. πριαπισμὸς eſt penis emphyſema, quo laborantes, Venerem non appetunt. Poſterius hoc à Priapo, priora nomina à Satyris nomen habent, ſed diuerſas ob cauſas. Satyriaſis enim dicitur, quod ea uexati penem inſtar Satyri erectum habeant, ut ait Aretæus. Satyriaſmus autem, quod eo laborantes facie Satyris ſimiles euadant: uel quod elephantici ut & melancholici ſatyriaſi ſæpe tententur. Priapiſmus deniq́;, quòd eo affecti Priapi laſciuiam imitentur. Sunt autem Satyri Dij Baccho ſacri, ut ait Aretæus, qui arrecto pene figurantur, quod diuinæ rei ſignum eſt. Nunc uerò Satyri uocantur, homines piloſi, faciem cum humana ſimilem habentes, uerius tamen ſpectra & dæmones quàm homines. Germ. **waldteuffel** & **waldgeſpenſt** ſic dicti à radice ſchoter שטר id eſt, præfectus; qui uirgam ſeu baculum tenet (cognatum enim eſt nomini chother חטר quod uirgam ſignificat, quam Satyri extentam habent.) Cognatum uerò idem eſt etiam nomini ſatan, quod tam de homine quam Diabolo dicitur, aduerſarium ſignificans. Hinc ſatyrion

herba

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

herba, cujus eſus tentiginem genitalium partium inuehit. Priapus uerò idem eſt qui Bacchus, cujus ſimulachrum fuit puer ingenti pene, & extento, ut ait Suidas, quod nomen compoſitum eſt à uerbo Para פָּרָה, fructus protulit, cognatum latino uireo, & à nomine Ab אָב, pater, cognatum latino auus, ut Priapus ſit quaſi ferax pater.

Latinis Satyriaſis uirorum, tentigo dicitur. Aureliano tentigo ueretri, Iuuenali ueretri intenſio. Appellant & tetanon & τάσιν τοῦ αἰδοίου. *Differt à ceparia, ut uocat Marcellus, quæ tumor eſt penis ſine tenſione, aut in certa tantum parte, ut præputio.*

MORBI DIVTVRNI LIBRO PRIMO.

I. Cognata ſunt nomina, κεφαλαίη *&* κεφαλαλγία *&* ἑτεροκρανίη. *Dolor enim capitis aut uetus, aut recens eſt. Si uetus, aut totum caput occupat & cephalæa dicitur: aut alterutram tantum partem, & heterocrania uocatur. Si recens eſt, cephalalgia appellatur.*

Κεφαλαίη *à parte affecta,* ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, *id eſt, capite. Latinis dolor capitis. Caput autem hoc loco dicitur pars illa, quæ capillò tegitur, & cujus caluariæ adjacet ſuperiori quidem, pericranium: inferiori uerò meninx dura. Alijs cephalæa uocatur, nux, ouum, galea, galeata paſſio, à ſimilitudine cum nuce, ouo galeæ, & ipſa galea, quod totum caput ad modum nucis, oui & galeæ comprehendat. Germ.* **Hauptwehe von langer zeit her.**

Κεφαλαλγία *propriè omnem dolorem capitis ſignificat: ex inſtituto uerò hominum recentem tantum. Sodam Arabes uocant à radice Schod* שוד *id eſt, deuaſtauit, unde Græcum* σχέτλιος *& Germanicum* **Schad.** *Nullam enim partem corporis humani æquè deuaſtant dolores, ac caput humanum. Cucurbitæ enim more cunctis ſuperpoſitum paſſim in ſe rapit uiſcerum ſubjectorum inquinamenta. Germanicis* **Hauptwehe.**

ΕΤΕΡΟΚΡΑΝΙΗ *quaſi alterutrius cranij dolor: aliàs* ἡμικρανίη, *id eſt, dimidij capitis dolor. Auicenna ſcribit à Galeno appellari ambulatorem mediũ. Nã modo dextram, modo ſiniſtram partem occupat, & à temporum pulſatione ferè ortus ad ſuturam uſque protenditur. Ea enim dolorum interſtitium eſt. Arabes plura hujus genera faciunt, nempe monopagiam & clauum. Monopagia dicitur, quaſi unam partem capitis tenens. Clauus eſt paſſio in parua capitis parte & communiter ſupra oculum in ſupercilio, ſic dictus, quod eo laborantes, clauo ſeu terebello ſe perforari, atque uelut acu pungi uel malleo contundi exiſtimant. Ouum etiam quidam dici exiſtimant à ſimilitudine oui, non armorum, ut ſupra, ſed gallinæ, & ſic ad hemicraniam pertinet. Serapion quoque non omnem capitis querelam ſed ſolam pulſatilem, ſodam appellat, & ſic heterocraniam denotabit. Germ.* **Hauptwehe in einer ſeytten.**

Differt autem uetus & recens dolor non tantum duratione ſed & tempore, imbecillitate capitis, ſexu, uehementia. Vetus enim, qui cephalæa dicitur, jam diu durauit & continuus interdum eſt: interdum ex interuallis repetit & exacerbatur: ſuntq; interualla uel ordinata uel inordinata, uelut in comitiali morbo. Sic hemicrania per circuitus plerunque reuertitur, uel quotidianos, uel tertianos. Idem dolor ob caput imbecillum à re quauis facilè irritatur: mulieres magis quàm uiros uexat, propter copiam & culturam capillorum, ut uult Cælius Aurelianus; tamq; uehemens, ut eo affecti neque ſtrepitus neque uocem uehementiorem, neque ſplen-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſplendorem, neq; uini potũ, neq; odores, quibus caput repletur, ferre poſſint, neq; item motum. Sic hemicrania laborantes interdũ ne manum quidem, ſi tangantur, ferre poſſunt, affecto ſcilicet pericranio, & cute non experte morbi. Recens uerò qui cephalalgia dicitur, dolor eſt breuis temporis, uiros magis uexans quàm mulieres, & mitior, qualis eſt ea, quæ à Sole, aut labore, aut à febribus contingere ſolet. Ex quo apparet utrumq; genus minoris ac majoris ratione inter ſe diſtare, ut cephalæa ſit inueterata & ægrè cedens κεφαλαλγία *&* κεφαλαλγία *recens & facilè cedens cephalæa. Poteſt uerò cephalalgia & hemicrania in cephalæã ſucceſſu temporis, ut & in uertiginem uel conuulſionem abire. Itaq; inquit Aretæus. Exiguos dolores capitis ne ſpernito.*

II. ΣΚΟΤΩΜΙΑ *&* σκοτοδίνη *Aretæo unũ & idem ſunt. Interpres uertiginem uocat, ſed minus rectè. Duplex enim uertigo eſt: ſimplex & tenebricoſa. Simplex eſt imaginationis paſſio, cum circumagi in gyrum uidentur omnia, Græcis* δῖνος, ἴλιγξ, ἴλιγγος. *Tenebricoſa, oculorum paſſio eſt, cum præter capitis & grauedinem & rotationem tenebræ oculis aut ſplẽdores ac ſcintillæ quædam (*μαρμαρυγαὶ *Aretæo,* λαμπαδόνες *alijs dicuntur) caligini permiſtæ oculis obuerſantur. Aretæo* σκότωμα *&* σκοτοδίνη. *Hipp.* σκοτόδινος, *Æginetæ* σκοτωματικὸν πάθος. *Barbari Scotomiam quaſi Scotodinam uocant. Hoc igitur nomen affectum compoſitum, id eſt, uertiginem & ſimpliciter appellatam & tenebroſam comprehendit,* ἀπὸ τοῦ σκότους, *id eſt, caligine &* δίνου, *id eſt, gyro. Quapropter qui* σκοτοδίνην *dicit, ut Aretæus, uertiginem etiam dicit: qui uerò uertiginem, ut interpres,* σκοτοδίνην *non dicit. Vertigo enim ſine ſcotomate: ſcotoma non ſine uertigine eſſe poteſt. Quidam differre ajunt, ut inchoatũ & imperfectum à perfecto: ut uertigo ſit quid imperfectum:* σκότωμα *quid perfectũ. Nec tamen ſcotoma eſt hypochyma, quod & ipſum caliginem oculis obtrudit. Hujus enim cauſa conjuncta, nempe aqua & fumus, non in cerebro ſed in oculo deliteſcit. Germani uocãt* **Schwindel/ Hauptſchwindel/ vmbtrümlung.**

III. ἘΠΙΛΗΨΙΑ, *Epilepſia,* ἀπὸ τοῦ ἐπιλαμβάνειν, *apprehendendo, quaſi quædam apprehenſio, captio, detentio, interceptio mentis atq; ſenſuũ. Hoc enim affectu correptis ſubitò cognitio & ſenſus aboletur, adeò ut paroxyſmo ſoluti, eorum quæ acciderũt, amplius recordari non poſſint. Quidam etiam ſic dictam uolunt, quod* ἐπιλήπτους *à dæmone occupari ueteres crediderunt.*

Appellatur uerò hic morbus & caducus & comeſſalis & comitialis & conuulſio & Herculeus & Lunaticus & magnus & puerilis, et ſacer et ſonticus. Tantam nimirũ nominũ copiã hic morbus meruit, quãtã præter hunc nullus habet, ut maximè notabilẽ atq; admirandã illius uim malitiamq; exprimãt.

Caducus dicitur à cadendo, quod cuncti ferè hoc morbo affecti imprimis dum munia ſua obeunt, cadant, humiq; proſtrati jaceãt, facultate qua corpus rectum tenebat, ſubito uel impedita uel abolita. Germani eandẽ ob cauſam uocãt **fallend ſiechtag** *&* **fallende ſeüch**, *à frequenti horum caſu: quo tamen nomine abſtinent &* **Vergicht** *uocant, dum puerorum epilepſiam deſignare uolunt, ne metuendo morbi caduci nomine horrorem, & metum adferant.*

Comeſſalis à comeſſando, quòd ab inordinato cibo & potu oriri ſoleat. Pueris igitur ob ingluuiem familiaris eſt: unde corpus prauis humoribus repletur, qui caput petentes epilepſiam pariunt. Germani ſimiliter **den freiß** *uocant à uerbo* **freſſen.**

Comitialis à Romanis comitijs Plinio dicitur, ſiue quod in comitijs & hominum frequentia, ut hodie in cõcionibus, maximè inuadat & potiſſimum deprehendi ſoleat, ſiue quod comitia, quo die aliquis cecidiſſet, inter rumpi ſolebant. Hinc factum ut epilepſia obnoxijs, conciones & congregationes hominum interdici ſoleant.

Conuulſio dicitur ab alio, eoq; contrario, quàm epilepſia nomẽ denotat, ſymptomate, nẽpe à conuellendo, id eſt, uehementer agitãdo. Sicut enim epilepſia nomẽ ſtuporẽ omniũ ſenſus energiarum denotat: ita hoc ſpaſmoſum totius corporis motum: quo partes neruoſæ contorquentur, & breuibus ſaltuoſisq; motibus concutiuntur. Propriè uerò conuulſio genus eſt: epilepſia ſpecies. Eſt enim conuulſio omnis præter uoluntatẽ motio, ſeu inuoluntaria muſculi uerſus ſuum principium contractio: Græcè σπασμός: *eſtq; duplex; alia omniũ totius corporis partium: eaq; uel perpetua & tetanus dicitur: uel non perpetua*

& epi-

& epilepſia dicitur : alia unius partis, & uel oculorum, ut ϛραβισμὸς *: uel oris, ut* κυνικὸς σπάσμος *: uel mandibularum, ut* τρισμὸς *: uel penis, ut* σατυρίασις *: uel aliarum partium, quæ cum proprijs nominibus careat, cum additione hujus uel illius partis effertur, Germ.* **Krampff** *appellant. Nulla igitur epilepſia ſine conuulſione eſt : quædam uerò conuulſio epileptica non eſt.*

Hinc Algouij epilepſiam **die arbeit,** *id eſt, laborem ſeu agitationem à præcipuo illius ſymptomate appellant.*

Herculeus morbus, ἡρακλεία νοῦσος*. Hipp. à contumacia & uehementia, quod* δυσκαταμάχητος *ſit, id eſt, quod nulli remedio cedat, aut expugnari ſe patiatur. Eſt enim morbus partis noſtri corporis principis & cauſam habet obſcuritatis plenā & magna cum ſæuitia conjunctam. Sed & Herculeus dicitur, ut uult Ariſtoteles in problematis, quod eo morbo Hercules obnoxius fuerit, alijq́ uiri magno ingenij acumine præditi, ut Cambyſes Perſarū Rex, ut refert Herod. lib. 3. C. Iulius Cæſar, ut ait Plut. in Cæſare. Plotinus Platonicus, ut ſcribit Suidas & Eunapius. Neq; enim tantum à pituita, ſed & melancholia, epilepſia oritur, cum uterq; ut frigidus humor, ſinus cerebri obſtruere poſſit. A melancholico autem humore ingenij produci excellentiam demonſtrat ibidem Ariſtoteles.*

Lunaticus, à cauſa efficiente, nempe Luna, uel quod humori frigido humidoq́ præeſt, à quo epilepſia oritur: uel quod certis Lunæ mutationibus ægrotos hic morbus inuadat : uel quod interlunio natos ferè infeſtet. Ita uulgò, ſed rudi Minerua. Interlunio enim nati in genere aut breuis æui ſunt, aut in ſenectute morboſi fiunt. In ſpecie uerò epileptici fiunt, nati Luna Soli ſiue conjuncta, ſiue oppoſita, Marte item & Saturno ijſdem copulatis aut oppoſitis : aut quadrato aſpectu affligentibus. Hoc itaq; tam uulgato hujus morbi nomine, communi omnium tēporum conſenſu Aſtrologorum decreta contemnenda non eſſe conuinci poteſt, cum ab illis cauſas morborum procreatrices remotas deduci omnis antiquitas ſibi perſuaſum habuerit, & quotidiana id ipſum teſtetur experientia. Habeo plurimas genituras Epilepticorum, ait P. Foreſtus, medicus noſtri temporis celebris, in quibus ea reſpondent præcipuè, quæ Ptolomæus de ijſdem obſeruauit. Sed nemo eſt Aſtrologiæ deditus tam inops exemplorum, quin ſimiles quàm plurimas ipſe collegerit. Eſt autem alia periodica, alia non periodica. Periodica interdum creſcēte, interdum decreſcente Luna inuadit : imprimis uerò cum aut Luna inchoatur, aut impletur : uel ſi per locum malefici in genitura tranſeat. Hinc quidam mox ante nouilunium, & ante quadrantes & ante plenilunium medicamenta contra epilepſiam exhibent. Ajunt uerò eos, qui plenilunio cadunt, periculoſius corripi : & ex repletione malum oriri : ut ex inanitione, ſi interlunio cadant. Id quod experientia non ſemper comprobat. Obſeruaui enim correptos interlunio, qui ex repletione ægrotabant, meliusq́ ualuiſſe ſtatu ferè cæli nubilo atq; auſtrino, quàm ſereno. Epilepſia enim conuulſio legitima non eſt, cum, ut Capouaccius tradit, nec inanitionem, nec repletionem ut cauſam agnoſcat. Non inanitionem, eò quod cito ſit & cito deſinit. Non repletionem, quia cerebrū neruoſum nō eſt. Simili ratione in ſacris literis, ut Math. c. 17. lunaticus dicitur, cujus morbus Lunæ aſcenſu increſcit, ut ejus qui à dæmone obſidetur. Eſt enim melancholia, quæ creſcit decreſcitue pro ratione Lunæ, balneū Diaboli.

Magnus et major dicitur κατ' ἐξοχὴν*, quod ſit major magno alio. Quod autē ſit magnus infra dicetur in diuiſione morborum. Tanta autē ineſt grauitas, & deformitas huic morbo, ut Plinius ſua ætate (quod nec jā inſolēs) ſola mentione epilepſiæ, deſpui ſuetum ſcripſerit. Et quanta ſit ejus fœditas Aretæus his uerbis expreſſit cap. 4. lib. 1. diutur. Variū & portentoſum morbi genus eſt epilepſia. Et paulò poſt. Triſte medius fidius eſt ipſius inuaſionis ſpectaculum : turpis & ejus deſinentia, cum ſtercore & lotio.*

Puerilis & infantilis à ſubjecto, quod in puerulis, ijſq; madidioribus regionū præſertī calidiorū frequenter eueniat. Ij enim ſua natura frigidiorū humorum copia referti ſunt, à quibus epilepſia oritur. Quoſdam uerò ex ijs mox ante ſeptimum diē jugulat : quoſdā ineunte pubertate deſerit, alios à pueritia incipiens ad ſenectutē uſq; comitatur. Hinc Ariſtot. 2. de hiſtoria anim. ultimo ſcribit, conſueuiſſe ueteres nomina pueris ſeptima

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

die, ut Iudæi octauo die, quod eo tempore ſalui eſſe credantur, qui ante hunc diẽ plerunq; morbo epileptico intereunt. Hippocrati παιδικὸν πάθος & πάθος παιδίων, Arabibus mater puerorum. Germanis **Kindlin wehe** *&* **vergicht** *&* **gegicht**, *inter quæ nomen poſterius non tantum epilepſiam puerilem, ſed & eam, quæ colicos dolores, febres, uulnera, aliosq; morbos graues comitatur, euphemiæ gratia, ut blandiore uocabulo atrox malum leniatur, deſignare ſolet. Nomen autem* **Vergicht** *à paralyſi quam* **gegicht** *uocant, deductũ eſſe uidetur. Epilepſiæ enim cum paralyſi tanta eſt cognatio, ut inſtar apoplexiæ in paralyſim finiri interdũ ſoleat. Quod etſi neget Galenus id tamen ſe aliquando uidiſſe ſcribit G. Fraſcatus in epilepſia cujusdam puerperæ, quæ cum in paralyſim deſiiſſet, ab ipſo curata fuerit.*

Sacer morbus, ἱερὰ νόσος, uarias ob cauſas. A parte affecta quæ ſacra eſt, nempe cerebro, quod laborat. Caput enim in quo cerebrum poſitum eſt, ſacrum animæ templum uocant philoſophi. Tam cerebrũ igitur quàm animum ſacrum contaminat. A cauſa, quod ut ait Aretæus, nonnulli flagitioſis hominibus à Luna immitti exiſtimant. Hinc deifica lues ab Aureliano dicitur: idq; ſimiliter, ut antea, morbus magnus, κατ' ἐξοχήν. Et ſi enim hoc epilepſiæ proprium nõ ſit: ſed commune cum aliis morbis, ut cauſam habeat peccata hominum & iram Dei, tam graui tamen morbo potiſſimum conuenit. Mirum igitur, cur autor libri de morbo ſacro, quem nonnulli rectius Philotino quàm Hippocrati aſcribunt, tam aptam hujus nominis rationem cauilletur, & primos illius autores, Magos, expiatores, circulatores, arrogantes nominet. Laudem enim potius illi merentur, qui oculos mentis ad cælum attollunt, & tum hujus tum aliorum morborũ cauſam inde petunt. Quod eleganti hoc uerſu expreſſit Virgilius Aeneidos 12. Si quando lethum horrificum, morbosq; Deorum rex Molitur. Et Theophylactus cap. 8. in Math. ubi ait, morbos eſſe milites & uindices DEI. Quo alludens Cornelius Celſus ſubdit, inter nonnulla auxilia aduerſæ ualetudinis plerũq; ſanitatem contigiſſe ob bonos mores. Lunam uerò Aretæus ut Deam nominat. Hanc enim Phryges, ut tradit Lucianus in Ioue Tragœdo pro Deo ſuo coluerunt, qui hominibus & multum proſit & incommodet.

A magnitudine ſymptomatum. ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα, ait Aretæus. Omne magnum ſacrũ dici conſueuit. Sic & ſacer ignis dicitur, morbus multorum generum, qui à Plinio recenſentur: & os ſacrum, id eſt, magnum atq; latum, tribus oſſibus ſimul coagmentatis conſtans. Et antiqui ſcriptores, quicquid ingens & præclarum habere uolebant, ἱερὰ uocarunt, ut in nomine medicamenti, quod hierã uocant, apparet. Sacer uerò morbus, ait Aretæus, etiam appellatur, eam ob cauſam, quod nõ humana ope tolli poſſit, ſed diuina. Id uerò rurſus κατ' ἐξοχήν intelligi oportet. Nullus enim alioquin morbus eſt, qui ſola ope humana tolli poſſit: diuinam opem non requirat. Nam ut Iob. 5. dicitur. Dominus ipſe uulnerat & medetur. Et Hipp. libro de eleganti Medico. Omnes morbos, quos Medicina uincit, ope Deorum uincit.

Aut ſacer, ſubdit Aretæus dicitur, quod Epilepticus dæmone correptus eſſe uideatur. Tanta enim ſymptomatum uehementia eſt, ut ex homine feram quandam, aut dæmonẽ terribilem faciant. Quam ob cauſam factũ, ut in ſacris literis lunaticus, & obſeſſus pro eodem ſumi putentur: ut ſupra diximus.

Soticus morbus dicitur Plinio κατ' ἐξοχήν. Latini enim non tantum comitialem, ſed & perpetuum quemcunq;, nec certo tempore finiri ſolitum morbum, ob quem reus apud judicem comparere nõ cogatur, ſonticum nominant, à ſontibus, id eſt, nocentibus, quod perpetuò noceat, ac propterea hominem abſentiæ excuſans. Sic Germani ſimili ratione **die ſchwere kranckheit** *&* **die ſchwere not** *appellant.*

Vocant autem & **S. Valtins plag** *&* **S. Veits plag** */ id eſt, plagam S. Valentini & S. Viti. Ac nomen quidem Valentini ad Germanicum* **fallen**, *id eſt, nomen caduci alludit: ut euphemiæ habeatur ratio. Nomẽ uerò S. Viti ad ſolſtitium æſtiuum, in quod dies illi ſacra olim incidit. Circa illud tẽpus enim maximè ſe hic morbus prodit, adeò ut tempore ſolſtitiorum & æquinoctiorum Luna decreſcente medicamenta Epilepſiæ aduerſantia Medici præſcribere ſoleant. Sunt uerò & cauſæ aliæ. Scribunt enim utrumq; & D. Valentinum & D. Vitum hoc morbo affectos ſanaſſe miraculo quodam: & creditum etiamnum ſanari eo correptos, qui ad templa iis ſanctis dicata peregrinationẽ inſtituerint.*

Vocant

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Vocãt & S. Viti choreã S. Veits tantz, *ejuſmodi morbum, quo afflicti ſaltant, nec deſinunt, donec ad S. Vitum ueniant : ex quibus multi antequam eò peruenire poſſint, concidunt & moriuntur.*

Quod ſi uociferando clamorem edant, eam ſpeciem Schreyend Vergicht, *id eſt, clamoſam epilepſiam uocant.*

IV. MELANCHOLIAE nomẽ à cauſa putata deductũ eſt, ut ait Galenus. μέλαινα *enĩ* χολὴ, *id eſt, atra bilis hunc affectũ parit. Aretæus ſic dictum exiſtimat à* χολῆ, *id eſt, ira et* μελαίνῃ, *id eſt, permulta & efferata. Quidã enim, ait, non ex atra bile, ſed aliunde ut ex ira efferata melancholici euadunt. Quod uerò* τὸ μέλαν *efferatum denotet, Homeri autoritate probare conatur. Cæterum* μέλαινας φρένας *ut &* μέλαινας ὀδύνας *alij de profundis accipiunt, eò quod talia atra eſſe ſoleant. Vtrunq; tamen tolerari poteſt. Vt enim profundi dolores ſunt acerbi : ita efferata ira in profundis præcordijs. Cælius Aurelianus paulò remotius melancholiam dictam putat, quod in ea humor niger uomatur. Galeno* ἔξέστασις μελαγχολικὴ, *non quælibet melancholia eſt, ſed furioſa & uehemens. Hinc* μελαγχολικοὶ *&* μελαγχολώδεις *Aretæo &* μελαγχολικῶς ἐξιστάμενοι *Hippocrati, qui hoc affectu laborant. Eoſdem &* φυσώδεις, *id eſt, flatuoſos à ueteribus appellatos ſcribit Aretæus, eò quod hic morbus flatum & ructus piſcium odorem exhalantes pariat. Nũc iſto nomine alius, isq; diuerſus affectus denotari ſolet, à melancholia propriè ſic dicta multum differens, qui melancholia hypochõdriaca & flatuoſa appellatur. Nam melancholia propriè ſic dicta in cerebro ſedem ſuã habet, & à ſucco frigido oritur. Hypochondriaca in hypochõdrijs, quæ Myrach Arabes uocant, reſidet, & à fumis malignis & acrioribus ad cerebrum elatis oritur. Hypochondriaca igitur & myrachialis dicitur. Arabes enim myrach uocant, id quod Græci hypochondria, totam nimirum uentris imi carnoſam partem, quæ membra nutritioni deſtinata continet : ſic dictum à Meri* מְרִיא *id eſt, altili, ſeu pecore, quod pingueſit : uel à Murah* מֻרְאָה *id eſt, ingluuie ſeu ſinu gutturis, in quem aues cibum demittunt. Germ.* Kropff. *Græci hypochondria uocãt, quod* τῷ χόνδρῳ ὑπόκειται, *hoc eſt, cartilagini ſubjacet. Celſus præcordia uertit, quod circa uẽtriculũ ſint, quem ueteres Græci* καρδίαν *appellarũt. Sed & flatuoſi eſſe poſſunt, qui nõ ſunt hypochondriaci: quãuis hypochondriaci ſine flatibus eſſe non poſſunt. Flatuoſi igitur hoc loco* συνεκδοχικῶς *intelligi debent. Nomen uerò melancholiæ ſignificat propriè et impropriè. Propriè morbi nomen eſt. Impropriè* μέλανα *uel* μελαγχολικὸν χυμὸν, *Latinis atrum uel melancholicum ſuccum denotat. Eſt autem hic uel alimentarius, uel ſuperuacaneus. Alimentarius, quarta pars ſanguinis eſt, aptus ad nutriendũ. Superuacaneus rurſus aut naturalis, aut præternaturalis. Naturalis eſt, qui nõ alit quidẽ, ſed alios uſus habet, eſtq; is qui ex maſſa ſanguinis jam facta ad ſplenem deriuatur, et pars hujus ad uentriculum: aut qui in uenis cõtinetur, et cũ lotio aut per cutẽ expellitur. Præternaturalis eſt, qui corrũpitur uel ex aduſtione, uel ex permixtione unius quatuor humorũ. Eſt itaq; melancholia præternaturalis, aduſtus aut ſanguis, aut pituita, aut melancholicus ſuccus, & propriè atra bilis dicitur: permixta autẽ alienæ ſubſtãtiæ, aut ſanguinea eſt, aut pituitoſa, aut bilioſa, ſuntq; gradus quidã melãcholiæ nõ naturalis. Mitiſſima enĩ eſt à ſanguine, ex bile omniũ peſſima: ex alijs medio modo ſe habet.*

Rurſus cum morbi nomen eſt, duplex illius genus eſt. Vnum, ubi per totũ corpus ſparſus eſt ſanguis melancholicus, craſſus, niger & fæculentus. Alterũ, ubi idẽ imbibitus eſt uentriculis et ſubſtantiæ cerebri reliquo corpore illæſo. De hoc genere hic intelligitur. Id Latino uocabulo appellari non poteſt. Celſus tamen phrenitin & inſaniam. Cicero furorẽ ſed minus ſcite uertunt. Germ. Melãcholey/ſchwartz geblüt/aberwitz *uocant.*

Eodem modo melancholicorum nomen æquiuocũ eſt. Aut enim morbo ex atra bile orto laborantes denotat : aut ſanos, in quibus melancholicus humor, isq; naturalis redundat, de quibus Hipp. l. 4. aph. 9.

Melancholicos uehementius per inferiora purgabis. Horum ſimiliter uaria ſunt genera, pro melancholici humoris uarietate. Sunt enim melancholicorũ alij ueri, alij ſanguinei, alij pituitoſi, alij bilioſi. Veri ſunt à uera melancholia, quorũ corpus ſiccum & muſculoſum, pilus niger, denſus, aſper, color ſimiliter totius corporis niger. Sanguinei ſunt à ſanguine uel temperatè mixto, uel uſto. Qui ſunt à ſanguine temperatè mixto,

ualent

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ualent ingenia & tales ſunt eruditi omnes. Qui ab eodem uſto, ſunt flauo pilo ſed albicante, rubras in facie multas habent puſtulas & obnoxij delirio cum riſu.

Pituitoſi ſunt à melancholia nimio phlegmate diluta, uel à pituita craſſa, quæ etiã melancholia aliquando, eaq́; aſinina dicitur, quorũ ingenium hebes eſt, color corporis totius albicans, pilus item albus, tenuis et gracilis. Bilioſi ſunt ab aduſtione flauæ bilis, uel à melancholia nimia bile diluta, qui furioſi ſunt, pilo ruſo & facie admodũ rufa, quales fuerũt Hercules Thebanus, Ajax Telamonius, quorũ ille proſilijt in rogũ ardentẽ in mõte Oeta: hic ſeipſum manu propria confodit.

V. MANIA, mania, à μαίνομαι, cujus futurũ μανῶ, deductum eſt, ut hoc à μάω, id eſt, λίαν ἐπιθυμοῦμαι, uehemẽter cupio, ut uult Euſtathius: uel potius à radice Ham חָם id eſt, tumultuari, per inuerſionem literarum, unde etiam Græcum οἶμα, impetus. In bonã igitur & malam partem accipitur, tum pro aſſiduo labore uel aſſiduitate cum ſtrepitu, ut cũ μέλισσα μαινομένη dicitur in epigram. tum pro furibundo iracundoq́; impetu, uel etiã quacunq́; deſipientia. Quo alludẽs Plato in Phædro duas μανίας agnoſcit. Vnam ὑπὸ νοσημάτων ἀνθρωπίνων, id eſt, ab humanis morbis, de qua jam hic. Alteram ὑπὸ θείας ἐξαλλαγῆς, hoc eſt, ex alienatione diuina, qua extra cõſuetum uitæ morẽ quis rapitur, cujus quatuor facit genera. ἐπίπνοιαν μανλικὴν, τελεστικὴν, ποιητικὴν & ἐρωτικὴν. Eſt enim furor diuinus aut ab Apolline, cui tribuit ἐπίπνοιαν μαντικὴν, inſpirationem uaticinij: unde μαντικὴ dicitur, quaſi μανικὴ interpoſito ταῦ. Aut à Dionyſio, quem τελεστικῆς myſticæ (τὰ τέλη enim myſteria ſignificat) autorem facit. Aut à Muſis, quæ ποιητικὴ, id eſt, poëtica dicitur, qualis fuit Orphei, Muſæi, Lini, Tyrtæi, Aut à Venere & cupidine, quibus ἐρωτικὴν, id eſt, amatoriam maniam, omnium optimam dicauit. Hæc ille philoſophicè, nec minus tamẽ Medicè, ſi cum his, quæ ab Aretæo traduntur, conferantur. Omnis enim cognitio aut perficitur, aut læditur. Si perficitur, ea diuino inſtinctui tribui debet, et prudentia θεοδίδακτος uel αὐτοδίδακτος, Platoni ἐνθουσιαστικὴ σοφία uocatur, qua ſua ſponte, non tamen ſine impetu diuino, ad artem aliquam quis fertur, eſtq́; uel μαντικὴ, uel τιλισικὴ, uel ποιητικὴ, uel ἐρωτικὴ. Quidam enim euadunt excellentes uates, ut Cocles præſtans Chiromantes, nõ tam ex arte, quam ex inſtinctu diuino: quidam ſacrorum myſteriorum periti, ut D. Bernhardus, qui literas ſuas in ſyluis & agris didicit, meditando ſacra eloquia & orando, nec ullos unq̃ alios (ut idem de ſe teſtatur) habuit præceptores, quàm quercus & fagos. Quidam poëticam ueluti à Muſis infuſam norunt, ut Euages paſtor diuino afflatus numine poëta euaſit comicus. Quidam Aſtronomiam ſine Doctore diſcũt: philoſophiam poſſident à nemine traditam, ut ait Aretæus. Hanc enim Eroticam maniã & non illam obſcænam uocat Plato: & hunc ardorem ex ſtudijs natum Aurelianus protrepticum uocat.

Læſio cognitionis delirium dicitur. Læditur autem uel phantaſia, uel cogitatio. Si phantaſia, eſt uertigo uel melancholia. In uertigine homines putant omnia in circum uerti. In melancholia tam uaria imaginatio eſt, ut omnes illius ſpecies enumerari nequeant: ſunt tamen quædam, quibus certa ſunt indita nomina, ut hydrophobia, lycantropia, cucubut, iliſcus. Hydrophobia eſt, cũ demorſi à cane rabido falſam de aqua opinionem cõcipiunt, ſibiq́; ab illa adeò metuunt, ut refugiant potum, quanquam ſit aqua eorum ſiccitati ſingulare remedium. Lycanthropia, id eſt, lupina inſania, in qua homines putant ſe eſſe lupos. Cucubut, cũ quis à uiuis abhorret, et ad defunctos eorumq́; ſepulchra, uel, ut ait Aretæus, in ſolitudinem fugit, ſecumq́; tantum modo uerſatur. Compoſitũ à Choggah חָגָא, timor: uel חָגָה chagah, circumiuit in fiſſuris petrarum, & bod בדד intricatus eſt, ut neſciat quid ſit faciendum. Iliſcus eſt inſania erotica, nata ex amore, de quo hiſtoriã Aretæus recitat. Nomen uerò compoſitum eſt ab Alah אָלָה plangere & אֵשׁ ignis, quaſi planctus ignis, id eſt, amoris. Sunt uerò plura genera, quorũ exempla aliqua autor recẽſet.

Si cogitatio læditur, tum eſt uel cum febre, ut phrenitis: uel ſine febre, ut mania. Quod ſi delirium ſit paruum, aut breuiori tempore duret, παραφορὴ dicitur, qualis eſt ebriorum, terrore panico affectorum, ictorum, ex hæmorrhagia exanguium, mandragoram & altercum edentium. Si magnum, aut longiori tempore duret, παραφροσύνη uocatur. In pueris & adoleſcentibus μώρωσις: in ſenibus λήρησις.

Rurſus

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Rurſus maniæ uaria diuiſio eſt. Genus uerò unũ, aut ait Aretæus. Ad tot uerò ſpecies reduci poteſt, quot habet mania ſalutaris, ut ſit alia μαντική, alia τελεστική, alia ποιητική, alia ἐρωτική. Furore enim affecti interdum futura prædicunt, propria membra dilacerãt pia cogitatione Dijs ſuis tanquam id poſtulantibus, ut ait Aret. uerſus poëtarum recitant, linguis, quas nõ didicerunt, loquuntur, libidine exardeſcunt, quæ omnia furore deſinẽte deſinunt. Magna itaq; inter melancholiã & maniam cognatio eſt: ſed differunt. Nam, ut ait Aretæus, melancholia maniæ initium eſt & pars quædam: ut ſit melancholia, remiſſior & inchoata mania: mania, ſæuior & conſummata melancholia. Deinde in melãcholia deprauatur imaginatio: in mania judicium. Sic enim Aret. ἡ μελαγχολία ἐςὶν ἀθυμία ἐπὶ μιῇ φαντασίῃ ἄνευ πυρετοῦ. μανία uerò ἔκστασις ἐς τὸ σύμπαν χρόνιος. Quapropter eadem ferè maniæ, quæ melancholiæ exempla eſſe uidentur, eò quod judicium falſum ſine imaginatione falſa rarò contingit: contrà judicium illæſum manere poteſt, quãuis corrupta ſit imaginatio, niſi affectus perſeueret diutius. Ex quo apparet melancholiã non eſſe mentis alienationem, ut quidam definiunt: niſi impropriè, & ex conſequenti. Mens enim καταχρηστικῶς imaginationem denotat: & anterior cerebri pars ubi offenſa diu durat, in qua φαντασίαν reſidere ajunt, ſimul partem mediam, ubi diſcurſus eſt, afficit. Sed & illud ſequitur, errare eos, qui melancholiam non eſſe iter in maniam contra rectius ſentientes diſputant.

Latinis mania ſua lingua furor & rabies eſt, inſania Cic. quaſi inſanitas & ægritudo animi. Valetudo & impotentia mentis Suet. mentis alienatio Plin. alijs delirium maniacum. Germanis **Aberwitz** quod ex Græco ἀφροσύνη deductum uidetur. **Alberheit/ wanſinnigkeit/raſen vnd toben:** quæ nomina communia ſunt phrenitidi & delirio. περιφραστικῶς appellari poteſt **ein wütende vnd hefftige Melancholey.**

VI. Παράλυσις, paralyſis, ἀπὸ τοῦ παραλύειν, quod reſoluere, relaxare, remittere, effæminare, eneruare ſignificat. Eſt igitur paralyſis in genere reſolutio: κατ' ἐξοχὴν affectus, in quo nerui & muſculi reſoluũtur, id eſt, emolliũtur, ne ſua munia, quæ ſunt ſenſus & motus, exerceant. Senſus autem hic pro tactu ἐξαιρέτως accipitur, charactere nimirũ animalis proprio. Magna igitur inter apoplexiã & paralyſin cognatio eſt, adeò, ut Hippocrates ſæpè crus apoplecticum dicat, quod propriè paralyticum uocari ſolet. Differunt autem hoc modo. Tactus & motus aboletur aut cum cogitatione aut ſine cogitatione. Tactus & motus læſus cum cogitatione, apoplexia dicitur: in qua omnium principũ animæ facultatum, & omnium muſculorum & neruorum ueluti reſolutio eſt. Tactus & motus læſus ſine cogitatione propriè paralyſis uocatur, eaq; triplex. Læditur enim tactus et motus uel ſeorſim uel conjunctim. Solus tactus abolitus conſtante motu, ἀναισθησία, id eſt, priuatio ſenſus dicitur. Solus motus abolitus ſeruato tamen ſenſu, ſimplex paralyſis eſt. Vterq; & tactus & motus abolitus paralyſis compoſita eſt. Exquiſita eſt compoſita: imperfecta ea, quam ſimplicẽ diximus: imperfectiſſima, quam Aretæus & Galenus ut paralyſeos nomine indignã, potius ἀναισθησίαν id eſt, priuationem ſenſus appellandam judicant. Nam paralyſis de motus potiſſimum amiſſione dicitur. Rurſus paralyſis tum exquiſita, tum perfecta alia eſt totius corporis; alia partium. Reſolutio totius corporis eſt; qua totum corpus immotum eſt excepto capite, quod inflectitur & paralyſis in genere dicitur. Reſolutio partium, paraplegia Aretæo, alia certum nomen habet, alia caret nomine, & paralyſis uocatur, addito genitiuo, qui partem ſignificat: eſtq; uel neruorũ uel muſculorum. Nam non ſoli nerui, ſed etiam muſculi ſunt inſtrumẽta motus: ita ut intactis neruis paſſio aliquando muſculos feriat: eſt etiam ubi utraq; affliguntur. Neruorum igitur reſpirationis reſolutio uocatur apnæa: uocalium, aphonia: linguæ, ſermonis uitium. Muſculorum colli ueſicæ reſolutio appellatur pareſis Aretæo, eſtq; inuita urina, ut ſedis muſculorum reſolutio, ſtercoris inuita dejectio. Aliarũ uerò partiũ reſolutio anonymos eſt: & periphraſi adjunctione partis ad genus definitur. Poteſt autem reſolui quæcunq; pars tũ externa, tum interna, particeps ſenſus & motus: uel ſeorſim, uel conjunctim, ut gena, ſupercilium, digitus, manus, crus, tonſilla, iſthmus, ſtomachus, inteſtina. Sic Herophilum dicere ſolitum ajunt, eos, qui ſubitò moriuntur perire paralyſi cordis. Dicitur itaq; paralyſis partis, ut cruris, digiti, ſupercilij: ſed & genuum, quam peculiari

nomine

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nomine Aret. λυποθυμίαν, id eſt, deliquium animi uocat ex conſequenti. Reſolutio uerò cruris, σκελετύρβη uel σκελοτύρβη primum Germanici tẽpore, dici cæpit, cum ille trans Rhenum exercitum duxiſſet. Vitio enim aquæ milites, ut ait Plinius, duobus malis tentari cæperunt, quæ ſtomacacen & ſcelotyrben uocarunt. De quo plura ſub ſcorbuto.

Reſolutio uerò dimidij corporis peculiari nomine ἡμιπληγία, hemiplegia dicitur; eſtq; uel dextri uel ſiniſtri lateris, totius uel partis. Totius eſt, cum pars dextra uel ſiniſtra à uertice uſq; ad pedes reſoluitur. Partis eſt, cum pars dextra uel ſiniſtra à capite uſq; ad pedes ſenſu motuúe priuatur.

Cæterum partes, quæ paraplegia occupantur, non omnes eodem modo affici obſeruantur. Quædam enim relaxatæ in longum porriguntur: quædam cum ſint propter paralyſin breuiores, contrahuntur, nec extendi poſſunt, & quædam ſanæ, quædam ægrotæ ſunt. Hinc fit, ut canina conuulſio, platycoria, mydriaſis & ueſicæ contractio inter paralyſeos ſpecies tanquam effectus illius ab Aretæo ponantur. Sic in diſtentione oris eſt & conuulſio & reſolutio. Relaxatur enim latus muſculus faciei, qui paralyſi occupatur: contrahitur contrà alter, qui non laborat, unde tortura oris. Vbiq; enim natura duos muſculos ſibi inuicem oppoſuit, ut in facie adductorem abductori, ut cum unus in ſe contrahitur, ſitq; breuior, & partem cui inſeritur uerſus ſuam originem attrahit, alter tenſus membrum relaxet: dumq; uiciſſim hic contrahitur & membrũ retrahit, & ad priorem figuram reducit, prior iterum extenſus membrum remittat. Quod ſi igitur unus laborat relaxatusq; eſt, trahere non poteſt: ſed trahitur à ſano, partemq; affectam ut contracta uideatur, efficit. Antagoniſtarum muſculorum affectũ in ore noſcemus. Nam ſana membra loquuntur, conniuent, ſentiunt, rident. Quare, ſcribit Aretæus, deprehenduntur loquendo, ridendo, conniuendo. Nam in affecta parte labrũ riſu caret, & inter loquendum non mouetur, palpebra nõ uolubilis, oculus riget, nil ſentiunt partes læſæ. Hæc ideo. Nam decipiũt in canina conuulſione partes: eò quod integræ ſpectantibus laborare uidentur. Eadem eſt ratio platycoriæ & mydriaſeos, ueſicæ itẽ contractionis & relaxationis. Eſt autẽ platycoria, pupillæ dilatatio, ſic dicta ἀπὸ τῆς πλατύτητος, id eſt, dilatatione & κόρης, id eſt, pupilla μυδρίασις Aretæo ejuſdem φθίσις ſeu cõtractio ſeu conſtrictio eſt, alijs idẽ quod πλατυκορίη: ſic dicta uel ἀπὸ τοῦ ἀμυδρῶς ὁρᾶν, à uiſu obſcuriore, quaſi ἀμυδρίασις, uel ἀπὸ τοῦ μυδᾶν, quod pupilla ſuperfluo redũdet humore. Pareſis uerò ueſicæ ab Aretæo huc quoq; refertur, quia hæc & dilatatur & contrahitur, ſimiliter ut oculus, ſed & diſsimiliter. Motus enim oculorum ſimpliciter uolũtarius eſt, & hic ſolus ad paralyſim propriè pertinet: motus uerò ani & ueſicæ, qui dejectio & mictio eſt, motus mixtus eſt, quem neceſſitas urgens requirit, qualis & reſpiratio eſt.

Cæterum pareſis interdum genus, interdũ ſpecies eſt. Genus cum eſt, prætermiſſionẽ ſignificat, ut cum ait Aretæus, παράλυσις ἐστι κινήσιος μοῦνον, ἐνεργείης τι πάρεσις, paralyſis eſt motus tantum, actionisq; prætermiſſio: interpreti defectio: ſic dicta à παρίημι quod & admittere & dimittere & permittere & prætermittere, & relaxare & remittere & remiſſum reddere ſignificat.

Species cum eſt, rurſus aut relaxatio neruorũ in genere eſt, nihilq; aliud quàm paralyſis: aut relaxatio ueſicæ, id eſt, fibrarum & muſculi ceruicis ueſicæ, quibus affectis fit reſolutio. Sic enim Aretæus. κύστιος ἢ οὔρων σχέσιος ἢ ἀκρασίης, πάρεσις τὸ κύριον. Nunc eo nomine quidam paralyſin ex colica ortam deſignare ſolent.

Similiter παραπληξία & παραπληγία interdũ idẽ, interdum diuerſa ſignificant. Idem ſunt, cum utrumq; uſurpat Hippocrates pro paralyſi, quæ apoplexiæ, uel epilepſiæ ſuccedit, humore in aliquã ex non præcipuis partẽ depulſo: ſic dicta ἀπὸ τοῦ παραπλήσσειν uel παραπλήττειν, quod eſt perperam pulſare citharam, aut aliud inſtrumentũ Muſicum, ſiue ἀπὸ τοῦ παραπλήττεσθαι, quod eſt, mente percelli. Hinc παράπληξ, ηγος, ὁ, mente captus & παραπληκτικὰ εἴδεα uocat Aret. ſpecies paralyſeos. Diuerſa ſunt, cum παραπληγία Galeno comment. 3. in lib. 1. prorrhet. paralyſis eſt unius partis corporis quæ, & ἡμιπληξία peculiari nomine dicitur: παραπληξία uerò paralyſis eſt totius corporis, quæ & uniuerſalis, ut prior particularis appellari poteſt. Cæterum utraque apoplexiæ & interdum epilepſiæ ſuccedit.

Para-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Paraplexiam deniq; quidam pro apoplexia accipiunt. Barbari paralyſiam uocant. Scribonius ſiderationem neruorum. Germani **das gegicht / parliß / lähme/contractur/** *Iunio* **ſchlag/tropff,** *quæ nomina & apoplexiæ tribui ſolent.*

VII. ΦΘΙΣΕΟΣ *nomen interdum propriè: ſæpe promiſcuè & confusè ſumitur. Propriè omnis corporis diminutio eſt: ſic dicta, ἀπὸ τοῦ φθίειν ſiue φθίνειν, quod utrunq; φθινύθειν, id eſt, corrumpere & extenuare ſignificat. Eſt autem alia totius corporis, alia partium. Phthiſis totius corporis eſt læſa nutritio totius corporis, uitio uel epatis, uel ſplenis, uel cordis, uel pulmonis. Quæ fit uitio epatis, ea triplex eſt,* ἀτροφία, δυστροφία *&* κακοτροφία *(liceat enim nouis uocabulis, perſpicuitatis gratia uti.)* Ἀτροφία *eſt, cum corpus uniuerſum prorſus non alitur:* δυστροφία, *cum imbecilliter ac languide:* κακοτροφία, *cum male, unde* καχεξία, *id eſt, uitioſus corporis habitus oritur. Vnaquæq; autem ſpecies maciem parit. Nam in atrophia & dyſtrophia alimentum non apponitur, quod natura requirit, cum ſemper aliquid decedat corpori, in cujus locum aliud ſuccedat neceſſe eſt. In cacotrophia uerò quod apponitur, id corruptum eſt, nec ueram, ſed cadaueroſam carnem parit. Quod igitur malè nutrit, id nihil nutrire uidetur. Eadem eſt ratio ſplenis, de quo Hipp. lib. de locis in homine.* τοῖσι γὰρ αὐτοῖσιν ὅτι σπλὴν θάλλει καὶ τὸ σῶμα φθίνει. *Ex iiſdem nanq; ſplen augeſcit, & corpus contabeſcit. Quæ uitio cordis fit macies, & ex diuturnis febribus oritur, ea non impropriè, ait Aretæus, phthiſis uocatur, quãuis ſicca tuſſis adſit, & pulmo ulcere careat. Quæ uitio pulmonis fit tabes, duplex eſt. Pulmo enim afficitur aut ab ulcere tuſſiue diuturna, uel etiam rejectione ſanguinis, puriſue, & hæc* πύη *&* φθίσις *ab Aretæo dicitur: aut à corroſione ex pure præterlapſo, dum è thorace educitur, quæ febrem conjunctam habet, &* φθόη *ab eodem nominatur. Ac* πύη *quidem, ſiue à* πύος *ſiue à* πύον *in genere maſculino & neutro, quo pus ſiue ſanguis putrefactus denotatur, unde* πύωσις, *ſuppuratio, &* πυώδης, *purulentus: cui oppoſitus* ἄπυος, *pure carens.*

Φθόη *uerò à* φθέω *quod &* φθίω *dicitur, labefacto & interimo. Vnde* νεοφθόητος, *nuper corruptus.* πύη *itaq; cauſam conjunctam,* φθίσις *&* φθόη *effectum, id eſt, morbum magnitudinis diminutæ indicat. Plerunq; enim* ἐκ τοῦ πτύειν *ſequitur* τὸ φθίνειν, *id eſt, ut ſcribit Hipp. 7. aph. 15. & 16. Sanguinis ſputo puris ſputum, & phthiſis ſuccedũt. Sic Aretæus. Alij phthoen à phthiſi tanquam genus à ſpecie ſeparant: & phthoën omnem tabem uocant. Phthiſin eam tantum, quæ pulmonis ulcera remedijs non cedentia ſequitur, & febrem lentam conjunctã habet: & ſic in libris practicorum uſurpari ſolet.*

Phthiſis partium eſt læſa nutritio particularis, à certa parte quæ tabeſit, nomen accipiens, ut tabes pupillæ, ſpinæ, dorſi, renum, coxæ, & ſic deinceps. Tabes pupillæ eſt, cum pupilla arctè coit, ut ſtimulo ſimilis fiat. Sic φθινώδεες ὀφθαλμίαι, *id eſt, lippitudines, quæ oculorum tabem aut extenuationem afferunt, conſumto eorum humore, quod per immoderatas ſiccitates contingit, aph. 16. l. 3. Tabes ſpinæ,* φθίσις ἀλαία, *quã* τυφλὴν *&* ἀόρατον, *tabem cæcam & inconſpicuã exponit Gal. in Exeg. ex lib. de locis in homine, cum in ſpinam aut medullam ſpinalem fluxio decumbit. Tabes dorſi,* φθίσις νωτιὰς *Hipp. l. 2. de morbis, quam* τὴν ὄπισθεν φθίσιν *uocat lib. de locis in homine. Tabes renũ,* φθίσις νεφρῖτις, *quæ ex renum ulcere ortum ducit, lib.* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. *Tabes coxæ,* φθίσις ἰσχιαδικὴ, *coxaria, cum ex abſceſſu aut fluxione in coxendicem coxa emaciatur & gracileſcit: craſſa materia plurima refertis uenis, quæ alimentum ad crus transferre nequeunt, in Coacis prænot. & lib. 1. de locis & lib.* περὶ ἀδένων.

Cæterum à φθίσει φθισικοὶ *dicuntur, quod nomẽ & phthiſi correptos & ad phthiſin natura pronos denotat. Eoſdem &* φθινώδεις *&* φθινοῦντας *&* πτερυγώδεις *&* σανιδώδεις *uocant. Latini conſumtos, alatos, & tabulæ ritu anguſtum thoracem habentes.* πτέρυξ *enim alam &* σανὶς *aſſerem ſiue tabulam ſignificat. Alati autem dicũtur, quod ſcapulas nudas ſine carne habent, & alarũ inſtar prominentes retrorſumq; productas. Latini phthiſin ſua lingua tabem uocant. Germani* **ſchwindſucht/lũgẽſucht/ettigſucht.**

VIII. ΕΜΠΥΗΣ *eadem cum* πύη, *de qua in phthiſi diximus, origo eſt, diuerſa tantũ cõpoſitio, unde* ἐμπυὸς *et* ἐμπυϊκὸς *deducitur. Eſt igitur* ἐμπύη, *morbus, cũ pus ex thorace aut latere proueniẽs per pulmonẽ excreatur,*

ut capi-

ut capite præcedenti definit Aret. ἐμπύημα *uerò, cognatum illi nomen, collectio puris eſt, facta in quacunque corporis parte:* συνεκδοχικῶς *autem effuſio puris inter thoracem & pulmonem. Hoc igitur cauſam, illud morbum denotat. Pus uerò alij per os, alij per aluum deijciunt. Qui per os, empyi, id eſt, ſuppurati ſeu purulenti uocantur. Qui per aluum,* ἀποστηματίαι, *apoſtematiæ, id eſt, abſceſſu laborantes.* Ἀπόστημα *enim eſt abſceſſus ſiue humor in ſuppurationem conuerſus, ſic dictus ab* ἀφίστημι, *id eſt, ſeparo, dirimo, abſiſtere facio. In abſceſſu enim ea quæ prius ſe contingebant, ſe inuicem ſeparant. Latini ſuppurationem & excreationem purulentam uocant. Germ.* **Geſchwär der bruſt.**

IX. αἱ κατὰ τὸν πνεύμονα ἀποστάσεις, *pulmonis abſceſſus. Latini uomicam uocant. Eſt enim* ἀπόστασις *&* ἀπόστημα *ut ejusdem originis, ita & ſignificationis. Vomica autem Celſo, Plinio, Iuuenali abſceſſus eſt malignus, latens, puris plenus. Differt ab empyemate, quod empyematis locus affectus, uacuum inter thoracem & pulmonem ſpatium eſt. Vomicæ pulmonis affecta pars pulmo eſt. Germanis* **Lungengeſchwär.**

X. ΑΣΘΜΑ *interdum genus, interdum ſpecies eſt. Cum genus eſt, omnem anhelitus difficultatem ſignificat: ſic dictum à uerbo* ἄω, *id eſt, flo, ſpiro, uel ab* ἄζω *ſignificante* τὸ ἀθρέως προσπνῶ τῷ στόματι θερμόν, *id eſt, calidam expirationem confertim factam, ſeu frequentem & difficilem, qualis in curſu & uehementi exercitatione fieri ſolet. Cum ſpecies eſt, unam ex aſthmatis in genere dicti ſpeciebus differentiam denotat, ut Celſo, qui tria deprauatæ reſpirationis genera recenſet: dyſpnœam, aſthma & orthopnœam. Dyſpnœa eſt, ait, difficultas ſpirandi modica, quæ non ſtrangulat. Aſthma eſt uehementior, ut ſpirare æger ſine ſono & anhelatione non poſſit. Orthopnœa eſt, cum niſi recta ceruice ſpiritus trahitur. Aretæo, ut & Galeno, orthopnœa peculiaris ſpecies non eſt, ſed paroxyſmus tantum aſthmatis, cum in acceſſione huic affectui obnoxij propter timorem ſuffocationis thoracem penitus erectum habere coguntur. Eſt uerò & dyſpnœa nomen æquiuocum. Interdum enim genus eſt, & omnem reſpirationem deprauatam comprehendit. Aliquando ſpecies eſt, & difficilem reſpirationem ſignificat ex craſſis & uiſcidis humoribus ortam, qui bronchia pulmonum obſtruunt, ut uult Gal. 7. de medic. ſecundum locos. Reſpiratio enim uel abolita, uel diminuta, uel deprauata eſt uarias ob cauſas, ut dicetur ſuo loco. Latini ſuſpirium & difficultatem trahendi ſpiritum uocant. Orthopnœam Auerrhoes erectum anhelitum. Græci etiam mortis meditationem, ut ſcribit Seneca epiſt. 51. Qui enim difficulter trahunt ſpiritum, ſubinde ſe morituros opinantur. Germani* **das Keichen.**

XI. Τὸ πνευμῶδες, *pneumodes* ἀπὸ τοῦ πνεύμονος. *Pars enim affecta pulmo eſt. Eſtque nihil aliud quàm aſthma ortum ex humore craſſiore & copioſiore, in naturam grandinis uel lapidis conuerſo. Veterinarij hunc morbum in brutis pulmoniam uocant. Frequenter enim in brutis: rarò in homine contingit: unde factum ut pauci ex practicis hujus affectus mentionem faciant. Rarũ itaque eſt, quod de Ferdinando IMP. referunt, poſt mortem totum ejus pulmonem gypſeum repertũ eſſe. Cauſam reddit Ariſt. 10. problem. quod homo frequentiſſimè tuſſiat, ſicque humores pectoris euacuat. Bruta autem, cum ferè non tuſſiant, humores retinent in pulmonibus, qui indurati hunc affectum pariunt.*

XII. Ἧπαρ, *epar,* παρὰ τὸ ἐπαίρειν, *quod* ἐπῆρθαι, *id eſt, extuberat. Figuram enim habet ſupernè gibberam: infernè cauam. Latinis jecur, quod ex Græco deductum uidetur: uel potius utrunque, ex Hebraico Peder* פֶּדֶר *quod in genere exta, quæ Græci* σπλάγχνα *uocant, denotat, id eſt, cor, jecur, pulmonem & lienem.* Συνεκδοχικῶς *autem epar tantum, cujus parenchyma omnium primũ eſt, ad quod uena umbilicalis primum refundit ſanguinem. Alterum enim cordis eſt: & hinc reliquorum uiſcerum. Vnde & ſæpe apud Hipp.* κατ᾽ ἐξοχὴν *hypochondrium dicitur: ut primum uiſcerum ſub diaphragmate & coſtis nothis ſitorum. Germani ex eadem origine* **Leber** *uocant. Hoc igitur uiſcus omni morborum generi obnoxium eſt, ex quibus unum tantum Aretæus hoc in loco explicat, nempe phlegmonem, id eſt, inflammationem, quæ* ἡπατῖτις, *id eſt, affectio epatica propriè dicitur. Eſt autem morbus & acutus & diuturnus. Acutus eſt, ubi intra dies 14. jugulat: & ſic inter acutos*

cauſas

cauſas & ſigna illius ſupra tradidit. Diuturnus eſt, ubi diutius durat, & uel ſuppurat uel in ſcirrhum mutatur: & ſic hoc in loco explicationem illius inſtituit. Germani Leberſucht uocant.

XIII. ΣΠΛΗΝ cum Græco σπλάγχνον cognationem habet, unum nimirum ex uiſceribus, νόθον ἧπαρ & ὥσπερ ἀντίζυγον epati, ut ait autor libelli de reſpiratione: uel ut Aretæus, ἥπατι ἰσόῤῥοπον, epati æquilibre, non exquiſitè tamen. Quibuſdam enim paulò elatiorem, alijs decliuiorem ſitum occupat. Quorum Hipp. ſect. 2. lib. 6. Epid. meminit. Quibus lien deorſum uergit, his pedes & genua calent, naſus & aures frigent. Latinis lien ex Græco σπλὴν deductũ uidetur, niſi quis utrunq; ex Hebræo חלין, Heliz deriuare uelit, quod inter cætera deridere ſignificat: unde Græcum γελᾶν & καταγελᾶν, & Germ. lachen. Splen enim riſus organum nominatur. Germ. Miltz, quod ad Hebraicam originem quàm proximè accedit. Hoc autem uiſcus, ut & epar, etſi omni morborum generi obnoxium ſit: ex his tamen imprimis duos Aretæo deſcribere uiſum eſt, ſcirrhum & empyen. Scirrhus eſt tumor contumax & indomitus, durus inſtar lapidis. Empye eſt cum ſplen inflammatur & ſuppurat. Hippocrates ut & Aretæus, uidetur utrunq; genus morbi lienem: aut lienes appellaſſe, quia lien inſigni tumore ſe prodit: ideoq; hoc affecti lienoſi dici poſſunt. Quanquam Galenus lib. 9. κατὰ τόπους ita propriè dici uelit eos tantum, quibus lien induruit. Vtroq; autem morbo ex obſtructione orto tum epar tum lien maximè infeſtatur, non ratione uel ſubſtantiæ, quæ utriq; rarior eſt, uel uaſorum, quæ utrunq; ampla habet, ſed ratione contenti humoris. Nam, ut inquit Gal. 13. Methodi, jecur naturaliter lutoſum quippiam continet: & lien lutulento & craſſo ſanguine abundat. An uerò magni lienes Hippocratis idem ſit morbus, qui nunc Scorbutus uel Schorbutus peregrino nomine uocatur, id controuerſum eſt. Quidam negant. Pleriq; uerò nouum morbum eſſe affirmant, Hippocrati & Aretæo incognitum. Hoc igitur in loco ejus meminiſſe operæ precium uidetur, cum à liene ortum habeat, & ab Eleganti Medico non tantum communium & uulgò notorum contra naturam affectuum, qui uel à Græcis, uel ab Arabibus deſcribuntur, notitia requiratur: ſed & deceat eundem eorum, qui rarius occurrunt, & miſerè aliarum imprimis regionum incolas affligunt, dignotio. Nomen igitur ſcorbuti ex uernaculis uocibus ſchorbüchs & Schorbeck deriuatum eſſe conſtat, quorum utrunq; ex Schus oritur, quod lingua Danica & Belgica lancinationem & diſruptionem, ſiue ulcerationem: & à buick in priore dictione, quod uentrem aluinum: in poſteriore uerò à beck, quod buccam denotat. Germaniæ ſuperioris incolæ non diſſimili origine Schurmund, quaſi oris uitium: alij etiam Schurbein/ quaſi cruris uitium uocant, ut & Schurbauch pro Schurbuick. Quæ nomina morbi hujus ſymptomata ſuis Etymologijs deſignant. In hoc enim affectu totus aluinus uenter, in quo uentriculus & hypochondria, torquentur, buccæ expalleſcunt: gingiuæ à colore naturali mutatæ, tumidæ & laxæ putreſcunt, dentes nonnunquam uacillant, tandemq; excidunt cum fætore: pedes tument, cum nonnulla contractione: crura affliguntur maculis primum ſanguinolentis, plerunq; liuidis aut purpureis. Quam ob cauſam Batauí etiam blawſchwitt appellant. Quidam Latinis malunt uti uocabulis, deductis tamen ex Græca origine: & ſcelotyrben & ſtomacacen uocant, quorum illud à σκέλος & τύρβη eſt, quaſi cruris turba uel perturbatio: ut ſit Germanicum Schurbein: hoc à στόμα & κακὸν, quaſi oris uitium, oſcedo Marcello, ut ſit Germanicũ Schurmund. Scelotyrbæ uerò & ſtomacacæ appellatio antiquior eſt, ſed in alia ſignificatione. Eſt enim ſpecies paralyſeos, qua erectus homo ambulare non poteſt, ſed ſeſe modo in ſiniſtrum, modo in dextrum latus inclinat, nonnunquam etiam pedem non attollit, ſed inſtar locos accliues aſcendentis attrahit. Cognati igitur morbi ſunt icterus niger, uolulus hæmatites, magni lienes Hippocratis & niger alphos: cum partim conſentiant, partim diſſentiant. Scorbutus enim & icterus niger ex humore melancholico oritur: ſed ille ex putreſcente & contagioſo: hic ex non putreſcente, & qui per contagiũ non manat latius. Scorbutus itaq; febris. interdum lentæ & erraticæ particeps eſt. Scorbutus & εἰλεὸς αἱματίτης Hipp. περὶ τῶν ἐν τοῖς παθῶν uentrem aluinum lancinat. Sed

Ff ille

ille ſine προθυμία*: hic cum* προθυμία*. Sic enim Hipp.* περιφοιτῆν δὲ καὶ ταλαιπωρέειν πρόθυμος, *Ileo hæmatite laborans ad deambulandum ac laborandum promtus eſt. Scorbutus & magni lienes Hippocratis malas gingiuas, os fœtorem ſpirans, ſanguinem ex aliqua parte prorumpentem, extenuationem & pedum ulcera oſtentant: ſed ille cum maculis; quæ ſemper ferè effloreſcunt: hi ſine maculis crurum. Scorbutus & niger alphos, communes habent maculas: ſed ille certam ſedem ſeruantes, cum exulceratione cutis & febricula: hic mobiles ex uno loco & ſerpentes, ſine exulceratione cutis et febricula, ſed cum ſtupore partium.*

XIV. ἴκτερος, *ſic dictus, ut ait Aretæus,* ἀπὸ τῶν ἰκτίδων, *id eſt, uiuerris, quas aliqui Martes uocant, & ſylueſtris muſtelæ ſpecies eſt. His enim beſtijs oculi colore luteo tincti ſunt. Alij ab aue ictero dicta, galbula concolore deriuant, quæ ſi ſpectetur ſanari id malum traditur, & ipſa mori, ut tradit Oppianus & Plinius lib. 30. cap. 11. Hoc uerò nomen interdum genus, interdum ſpecies eſt. Genus eſt, cum bilioſi humoris in ſuperficiem uniuerſi corporis effuſionem denotat. Species eſt, cum effuſionem tantum flaua bilis. Bilis enim duplex eſt: flaua & atra. Icterus igitur duplex eſt: niger & flauus. Nigrum ab atra bile ortum Arabes ictericiam nigrã ſeu uiridem appellant. Nigra enim bilis, ut ait Aretæus, cum uiridi miſceri ſolet: nec melancholicus humor ſimpliciter niger eſt, ſed oleagineus. Hanc ſpeciem icteri, ait Mercurialis, aut non nouit Celſus, aut ſaltem neglexit: meminit autem Aretæus. Secunda ſpecies quæ à flaua bile oritur multa habet nomina. Græci enim uocant icterum, Latini arcuatum morbum, auriginem & regium morbum. Icterus enim propriè colore flauo eſt, inſtar oculorum ictidis. Aurigo Scribonio propter auri colorem, quem bilis toto diffuſa corpore mentitur. Sed non hominem decet, ait Aretæus, quod in lapide pulchrum fuerit. Arcuatus morbus Celſo, à colore arcus cæleſtis æmulo. Germani* geelſucht *uocant.*

XV. καχεξία, *cachexia,* ἀπὸ τῆς κακῆς ἕξεως, *id eſt, malo habitu, qui uel mentis eſt, uel corporis. Hic malum habitum corporis, id eſt, ſolidarum partium corporis deprauationem denotat,* τῇ εὐεξίᾳ *contrarium. Habitus enim corporis ipſæ ſolidæ partes appellantur, quas continentia Hipp. uocauit.*

Hic igitur deprauatur uel per ſe, uel per conſenſum. Per ſe, cum à naturali temperamento recedit, tertiamq; alimenti concoctionem, quæ in ipſo, hoc eſt, ſolidis partibus peragi debet, corrumpit. Per conſenſum eſt, cum uitio iecoris contingit: eſtq; uel indefinita totius corporis, uel definita certarum partium. Et rurſus alia flatuoſa, alia aquea, alia bilioſa, alia melancholica. Flatuoſa, cachexia φυσώδης *&* τυμπανίτης *appellari poteſt. Aquea Galeno lib. 1. de alimentorum facultatibus de lente agẽti, hydrops eſt, cum in aquam alimentum conuertitur. Bilioſa & melancholica, ubi in bilem utramq; alimentum conuertitur, ex quo interdum icteri, pſora, lepra, elephantiaſis, uitiligo. Sunt uero cognati morbi atrophia & cachexia, & inter ſe ut effectus & cauſa differunt. Corrupto enim alimento corpus probè nutriri non poteſt, ut cachexiæ atrophia ſuccedat: eamq; ob cauſam Celſus libro tertio, cachexiam tabis ſpeciem conſtituit, ut ſupra in phthiſi diximus. Hinc cachectus Plinio et cachecticus, cui corpus macie conficitur. Galeno* καχέκτης *&* κάχεκτος*. Polybio uerò* μεταληπτικῶς *homo malæ mentis ſeu turbulentus & ſeditioſus. Quale enim corpus, talis mens ut plurimum. Germ.* Ein böſe geſtalt deß leibs. *Cachexia partium eſt, ut cerebri & oculi & aliorum membrorum. Incolumi nanq; reliquo corpore partiũ aliqua ſiue externa ſiue interna malo habitu laborare poteſt. Sic cerebrum quibuſdam melancholicis cachecticon eſt: & ex longa lippitudine, ut ait Galenus, oculus cachexia inducitur. Præcipua uerò epatis cachexia eſt, quæ uniuerſalem totius corporis malum habitum efficit: ut particularem cachexia partium aliarum.*

MORBI

MORBI DIVTVRNI LIBRO SECVNDO.

I. ΥΔΡΩΨ cum accentu acuto, uel ὑδρὼψ cum graui tria ſignificat, ſeroſum humorem, morbum ex eodem ortum & hominem ex eo affectu laborantem. Exempla paſſim ſunt obuia. Sic autem dicitur ab ὕδωρ, id eſt, aqua & ὢψ quod & oculum & aſpectum ſignificat, ut ſit ὑδρὼψ quaſi aſpectus aquoſus uel habens aquoſum aſpectum: ut αἰγίλωψ, habens oculos caprinos: αἱμάλωψ ſanguineos, ut in ſuggillatione: δεινὼψ truces, ἑλικὼψ uolubiles: εὐὼψ pulchros: μύωψ conniuentes, νυκτάλωψ luſcioſos. νὼψ imbecilles, χάρωψ lætitiam præſeferentes deſignat. Sæpius autem, ut hoc in loco, affectum præter naturam, in quo corpus aquoſo humore abundat, illudq; in tumorem extollit, ſignificat. Hujus Aretæus quatuor: Stephanus Athenienſis quinq; ſpecies conſtituit. Intumeſcit enim, ait Aretæus, corpus uel totum, uel pars ejus. Si totum, id fit uel à pituita craſſa & frigida, tumq; φλεγματίας uocatur: uel à carne liquata in humorem ſanguineum, aquoſum & tenuem, tumq; anaſarca dicitur. Si pars, ut abdomen, intumeſcit, id fit uel ab aquoſo humore ſolo, tumq; aſcites dicitur: uel à flatu multæ aquæ permixto, tumq; tympanites nominatur. Stephanus uerò Athenienſis hac diuiſione utitur. Intumeſcit aut uenter, aut caro. Si uenter, id eſt, ſpatium inter peritonæum & inteſtina, extollitur, uel ſola aqua colligitur, & hydrops dicitur: uel flatus & aqua, ac ſi aqua ſuperet, aſcites uocatur. Si flatus, tympanites. Si caro intumeſcit: rurſus uel ſola aqua colligitur & fit anaſarca: uel aqua cum flatu, & fit hydropiſis. Pleriq; uerò Medici tres tantum ſpecies faciunt: Phlegmatiam, tympaniten & aſciten. Hydrops enim propriè fit uitio epatis, eſtq; ſymptoma ſanguificatricis facultatis, ex quo corpus repletur uel flatu, uel ſeroſo humore, uel ſanguine pituitæ craſſæ multum permixto. Si ex flatu fit tympanites: ſi ex ſeroſo humore fit aſcites: ſi ex ſanguine pituitoſo fit phlegmatias: Vel hoc modo. Tumor hydropicus aut eſt totius corporis, aut uentris tantum. Totius corporis hydrops, anaſarca eſt. Ventris hydrops, aut aſcites aut tympanites eſt. Aſcites eſt ab aquoſo humore inter peritonæum & inteſtina. Tympanites eſt à flatu copioſiore, aqua pauciore. Hydropiſis uerò Stephani & Anaſarca tum Aretæi tum Stephani ad cachexiam referri poteſt, ortam ex continuis & longis febribus, nec tam uitio epatis ſit quã ſolidarum partium. Hydrops uerò Stephani, phlegmatias eſt. Cæterum φλεγματίας dicitur à redũdãte inq; totum corpus ſparſo phlegmate. Alij λευκοφλεγματίαν appellare malunt, à colore pituitæ, qui albus eſt, uel ſaltem liuidus, humorum aliquorum admiſtione, ut Gal. 7. aph. 29. aſſeruit. Appellant & quidam anaſarcam nomine æquiuoco. Nã & cachexiæ ſpeciem, de qua paulò ante dictum eſt; & phlegmatiam, propriam hydropis ſpeciem, comprehendit. Hinc quidam anaſarcam & leucophlegmatiam unum & eundem affectum eſſe uolunt. Anaſarca autẽ dicitur quod humor pituitoſus ἀνὰ σάρκα, id eſt, per carnem: ut hypoſarca, ſub carne: cataſarca, juxta carnem in hoc affectu contineatur. Alijs ſimpliciter σαρκίτης, ſarcites, & ſi paruus ſit, ἐπισαρκίδιον, epiſarcidion: item ὑποσαρκίδιον, hypoſarcidion. Latinis propriè aqua intercus uel ſubterus, quod humor aquoſus per carnem & ſub carnem uniuerſi corporis ſparſim diffundatur.

Ἀσκίτης, Aſcites uocatur, quod in toto abdomine, uelut ἀσκῷ, id eſt, utre, magna aquarum copia colligitur: uel quod cum æger in lecto ſe reuoluit, auditur fluctuatio: uel digito percuſſus in morem utris reſonat.

Τυμπανίτης, tympanites appellatur, quod in eo abdomen percuſſum inſtar tympani ſonat: uel flatus intus recluſus ex crebro motu ut tympanum, ſonum reddat. Alijs eſt τυμπανίας. Aqua intercus ſicca Hipp.

Rurſus hydrops, cum morbum denotat: aut propriè ſignificat, aut impropriè. Propriè ſignificat tumorem uel totius corporis, uel uentris, de quo hactenus. Impropriè eſt tumor aquoſus alterius partis: ut pulmonis, uteri & teſtium, de quibus paſſim Hippocrates.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Græci etiam hydropem ὑδερὸν, ὑδερίασιν *&* ὑδρόπισιν *uocant.* παρέκχυσιν *Aurelianus, quod ſit manifeſta quædam humorum inter peritonæum & inteſtina effuſio. Latini hydropicum tumorem. Barbari hydropiſiam. Hinc* ὑδεραίνειν *Hippocrati eſt aqua intercute laborare, aut corripi. Et* ὑδατώδεες, *aqua intercute ſuffuſi, qui & hydropici. Germanis* **die Waſſerſucht.**

XI. ΔΙΑΒΗΤΗΣ, *diabetes,* ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, *quod eſt, tranſire & diuaricare. Interdum igitur circinum ſignificat, à diuaricatis cruribus: interdum ſiphonem, ut Columellæ.* μεταφορικῶς *hoc in loco morbum in quo potus liquor per urinam quaſi per ſiphonem ac fiſtulam tranſiens ſine dilatione egeritur, teſte Aureliano. Aretæo* διαβήτης *eſt* ὁποῖον διαβητησέων, *id eſt, trajector ſeu pertranſiens, quod humor corporis nullo in loco conſiſtat, ſed ſubinde de loco in locum* διαβητήσει *h. e. pertranſit. Alij* διψακὸν *etiam appellant: uel quod dipſadis feræ reptilis morſum ſequitur, ut ait Aretæus: uel* ἀπὸ τοῦ δίψης, *ab immenſa ſiti, quam inuehit. Quidam* περιφραστικῶς, ὑδερὸν εἰς ἀμίδα, *quaſi hydropem matulæ: alij etiam* διάρροιαν εἰς οὖρον, *quaſi urinæ profluuium, uentriculi inteſtinorumq; læuitati ſimile. Latini nullum illi peculiare nomen dederunt, quod ſimplex ſit. Serenus urinæ fluentum uocat poëticè. Nec Hippocrates uſquam nominat, non quod ignotus fuerit, ſed quia rarò contingere ſoleat. Sed & Germanis eſt anonymos, quibus* **der vngedewte harn** *appellari poteſt.*

III. Τὰ κατὰ τοὺς νεφροὺς πάθη, *id eſt, renum affectus.* Νεφροὶ *renes dicti ſunt à radice Nahar* נָהַר *quod eſt, fluxit, affluxit, profudit. Vnde Græcum* ῥέειν *per tranſpoſitionem literarum oritur: nec latinum renes & riuus ab alia origine, quam uel ab Hebraico Nahar, uel Græco* ῥέειν *deſcendit. Renes enim ſunt quaſi riui, per quos ſeroſi humoris fit profuſio. Germanicum* **Niern** *Hebraico quàm Græco propius eſt, cũ literarum nullam conuerſionem faciat.*

Duo ſunt renes, ne uel uno obturato, expurgatio fieri ceſſaret: uel quod cum parui ſint, & copioſiſſimo ſero ſanguis abundet, unus non ſufficiat. Subſtantiã illorum Aretæus cum Hippocrate, inter glandulas collocat, quod multa humiditate, ut glandula, oblectetur. Galenus inter parenchymata numerat, eam ob cauſam, quam Aretæus recitat, quod nimirum ut epar rubeant. Figuram haben t ſemilunæ. Aretæo ſimilem teſtibus, ſed la tam magis & retortam. Incubant muſculis lumborum (quos ψόας *Græci uocant) u nde ſi renes calculis infeſtentur, dolores lumborum circa* ψόας *excitantur, ut ait Aretæus: ſed & crus è directo ſtupore torpet. Muſculi enim illi cruri flectendo deſtinati ſunt.*

Partes illorum aliæ externæ, aliæ internæ ſunt. Externæ ſunt, uaſa & ſinus. Vaſa rurſus alia ingredientia, alia egredientia. Ingredientia ſunt, quæ intra renum cauum ſe inſinuant, ſuntq; uena emulgens & adipoſa, arteria ampliſſima & nerui. De emulgente & adipoſa, ſupra diximus, cum ſint uenæ cauæ propagines. In adipoſam uerò ſæpè ramulus ab azygo diaphragma permeans inſeritur, unde thoracis purulentia per renes expurgari poteſt, ut quidam judicant. Arteria, arterioſum expurgat ſanguinem, ſerumq; in arterijs copioſiſſimũ in renes refundit. Nerui à ſtomachico orti ad renes feruntur, unde in nephritide faſtidiũ et uẽtriculi ſubuerſio.

Egredientia ſunt duo uaſa inſignia, alba, caua, arteriarum inſtar neruea, per quæ renes in ueſicam urinam expellunt: dicti οὐρητῆρες ἢ πόροι οὐρητικοὶ, *id eſt, urinarij meatus ab* οὖρον, *&* τηρέω *quod urinam ſeruent. Celſo uenæ albæ, eæq; renibus ſingulæ. In ueſica autem terga utrinq; ſe inſerunt & quidem obliquè, ne quid inde ſurſum ad renes remeet. Aretæus* ὀχετοὺς, *id eſt, canaliculos uocat inſtar fiſtularum formatos.*

Sinus, Aretæo κοιλίαι, *ſunt caua, in quibus uaſa in plures ramos diuidũtur, ſuntq; duo, major & minor. Major eſt quam mẽbranæ quædam circumdat, quæ cum inſtar cribrorum foraminibus ſit peruia, ſerum à ſanguine ſeparat & tranſcolat in alterum ſinũ minorem tanquam ciſternam, quæ ſerum à ſanguine ſeparatum excipit, exceptumq; uretere in ueſicam refundit.*

Sic Aretæus & Anatomici ferè omnes. Andreas Laurentius negat in homine ſinus illos reperiri, ſeq; obſeruaſſe ait, nullos emulgentium uaſorum ramos in renum cauum manifeſtè permeare, aut cum illis, qui ab uretere oriuntur coire, ſed per caruncu las in renibus ſparſas tranſcolari.

Aequa

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Aequalis uerò lotij à renibus in ueſicã uia eſt, ut ait Aretæus. Exiſtimauit enim renem unum alteri ex diametro ad angulos rectos opponi, ideoq́ſerum eſſe ἰσόῤῥοπον. Obſeruatum uerò eſt ab Anatomicis recentioribus, renum unum, ſiue dextrum, ut ſenſit Galenus: ſiue ſiniſtrum, ut obſeruauit A. Laurentius, altero eſſe ſemper dimidia ſui parte, id eſt, duarum uertebrarum ſpatio elatiorẽ, ut ſi ſeri quædam portio quaſi effrenata præterflueret, ea in alterius canalem incideret, utq́; alter alterius tractui moram non afferret. Siniſtrum autem elatiorem eſſe conuenit: & dextrum depreſsiorem: quod ille ſub liene, qui paruus eſt: hic ſub epate, quod majus eſt, collocatur.

Renum igitur tum ſubſtantiæ, tum uaſorum morbi duplices ſunt, acuti & diuturni. Acuti ſunt: hæmorrhagia, febris & inflammatio, quorum autor ſupra cauſas & ſigna inter acutos tradidit. Longinqui ſunt, apoſtemata, ulcera, calculi & hæmorrhois.

Differunt autem hæmorrhagia & hæmorrhois, quod illa ſanguinis profluuium copioſum & liberale eſt: hæc profluuium lentum et periodicum, hæmorrhoidum profluuio ſimile.

Græcis νεφρῖτις *quiuis affectus renum, ſiue ſimilaris, ſiue organicus, ſiue communis uocatur: propriè uerò calculus, ut aph. 31. l. 3. & aph. 11. lib. 6. quibus in locis plerîq; ſolum calculum renum, quidam promiſcuè omnia renum uitia, ut ulcera, inflammationes, obſtructiones & dolores ſubaudiunt. Germanis ille* **Niern wehe/** *hic* **der ſtein** *&* **das grieß.** *Ex purulentis uerò renibus nata tabes,* νεφρῖτις φθίσις *appellatur ab Hippocrate libro* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν *Et nephritici dicuntur, qui ex renum ſiue uitio quocunq́; ſiue peculiariter calculo laborant.*

IV. Τὰ ἐν κύστει πάθη, *id eſt, ueſicæ morbi.*

ΚΥΣΤΙΣ *aliàs in genere locus eſt & pellicula cui aliquid includitur, unde ciſta Latinis. Medicis uas urinæ expurgandæ deſtinatum eſt, idq; duplex,* χοληδόχον *&* οὐροδόχον. *Illud fellis, hoc urinæ conceptaculum. Illud ſub fibris epatis deliteſcens: hoc in hypogaſtrio recto inteſtino connexum, idq; in uiris: fœminis inter uterum & os pubis: illud cum adjectione, & uſitatius ueſicula fellis nomine diminutiuo, hoc* κύστις *abſolutè dici ſolet. Partes ueſicæ duæ ſunt: fundum & ceruix. In fundo urina continetur. Ceruix, quæ & collum dicitur, canalis eſt à parte ueſicæ anteriori aliquantum oblongata prodiens, maribus anguſtior & oblongior: fœminis breuior & latior: munitus extrema ſui parte ſphinctere, id eſt, conſtrictore muſculo: eſtq́; aliquantum contortus.*

ΚΥΣΤΙΣ *autem dicitur à radice Koſcheſch* קשש, *id eſt, collegit ex uarijs locis. Veſica enim urinam uelut laguncula quadam colligit, eamq́; retinet ad tẽpus, ne continenter & intempeſtiuè eam reddere oporteat. Latini ueſicam & matulam corporis uocant. Germani* **die Blaſen & Waſſerblatter.** *Morbi illius ſimiliter ut renũ alij acuti, alij diuturni. Acuti ſunt inflammatio, ulcus, conuulſio, febris acuta. Diuturni ſunt uarij, inter quos Aretæo tantũ quatuor: ulcus, abſceſſum, reſolutionem & lapidem recenſere libuit. Quorum neq; Latinis neq; Germanis peculiaria ſunt nomina.*

V. ΓΟΝΟΡΡΟΙΑ, *gonorrhœa, quæ &* γονοῤῥύα *dicitur,* ἀπὸ τῆς γονῆς καὶ ῥοῆς, *genituræ profluuiũ: ut* αἱμόῤῥοια, *ſanguinis profluuiũ,* πυόῤῥοια *puris fluxus: cui contraria* ἀῤῥοίη, *priuatio profluuij, imprimis menſtruorum.* γονὴ *autem propriè genituram, ut* σπέρμα *ſemen ſignificat, quæ duo ratione quadam inter ſe differunt Ariſt. l. 1. de generatione animalium. Genitura enim ens naturale imperfectum eſt, proueniens à perfectis animalibus, quæ natura coëunt: ſemen uerò ens aliquod perfectum, tantum plantarum & animalium imperfectorum. Et gonorrhœa tum propriè tum impropriè ſignificat. Propriè perpetua ſeminis excretio eſt, ſine pudendi tenſione. Impropriè, ea quæ intento pudendo fit: ut in conuulſionibus. Rurſus profluuium genituræ triplex: gonorrhœa ſimplex, gonorrhœa uirulenta & pollutio nocturna.*

Gonorrhœa ſimplex eſt, inuoluntaria et indeſinẽs profuſio genituræ abſq; uoluptate.

Gonorrhœa uirulenta eſt, ueluti genituræ corruptæ ac uirulentæ profluuium, natum ex fœdo concubitu.

Pollutio nocturna eſt, nocturnum & inuoluntarium genituræ effluuium. Latini περιφραστικῶς *profluuium genitale. Barbari gomorrhæam uocant. Hoc uerò morbo affectus Græcis* γονόῤῥους *&* γονοῤῥύης *dicitur.*

VI. ΣΤΟΜΑΧΙΚΑ *uel* στομαχικὸν πάθος, *ſtomachi affectus,* ἀπὸ τοῦ στομάχου, *ſic dicti*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

quaſi ϛόμα χέων, id eſt, orificium fundẽs aliquid: aut ϛόμα ſimpliciter, ut μόναχος ex μόνος per pleonaſmum. ϛόμα autem ipſum ex Hebræo Satam סתם *id eſt, obſtruxit, deductum eſſe uidetur. Quod enim occludi obturariq; ſolet, orificium eſt. Rurſus ſtomachi uox æquiuoca duplicem ſignificationem habet, unam propriam, alteram impropriam. Propriè, anguſta ceruix eſt inſtar iſthmi uentri cuilibet cauoq; præpoſita, eſtq; alia κύστεως, collum aut ceruix ueſicæ: alia τῆς μήτρας, collum aut ceruix uteri: alia κοιλίης, ceruix uentriculi. Exempla paſſim ſunt apud Hippocratem, quæ collegit Fæſius. Impropriè & κατ' ἐξοχὴν ſtomachus, ceruix ſeu collum uentriculi totum eſt: & rurſus συνεκδοχικῶς uel ipſe uentriculus cum ſuo orificio, uel orificium illius ſuperius, & ſic hoc capite intelligit Aretæus. Collum uentriculi totum, pars eſt inter fauces & orificium uentriculi media, quam ueteres œſophagum: qui poſt Ariſtotelem ſcripſerunt, ſtomachum: Galeni ætas gulam appellauit: ut teſtatur ipſe Galenus cap. 4. lib. 5. de locis affectis. Lactantius cibalem fiſtulam. οἰσοφάγος autem dicitur, quod tanquam infundibulum ea quæ eduntnr, ferat.*

Ventriculus ipſe, Aretæo κοιλίη, de quo ſequenti capite, capacitas eſt illa, in qua tum chyloſes tum cruditates fiunt, & pituita coaceruatur. Ventriculi os ſuperius ob amplitudinem κατ' ἐξοχὴν ϛόμαχος dicitur. Veteres Medici καρδίαν, id eſt, cor dixerunt. Hippocrates ϛῆθος, id eſt, pectus. Tam uicinũ enim cordi eſt, ut extremum cordis mucronem tangere uideatur: aut ſaltem ab eo non longè diſtet: idemq; ſub medio pectore & cartilagine xiphoide continetur. Ex quo intelligi poteſt quod ſcripſit Aretæus. μέσον ἐνίζει τῷ πνεύμονι ἡ καρδίη: ἡ δὲ τούτων μεσότης τὸν ϛόμαχον συνάπτει

Appellatur uerò orificium ſuperius ad differentiam alterius, quod inferius dicitur. Superius eſt id de quo jam egimus. Inferius, Græcis πύλωρος, Latinis janitor dicitur. Cibum enim è uentriculo labentem, tanquam oſtiarius quidam tandiu cohibet, donec illum uentriculus elaborarit. Illud latius & in ſiniſtra parte ſpinam uerſus ſitum eſt: hoc anguſtius dextram ſedem occupat. Et uerò illud ſuperius eſt reſpectu ſtomachi: ita idem reſpectu gulæ inferius, id eſt, pars gulæ inferior. Sic enim Plinio lib. 11. c. 37. ſummum gulæ fauces uocantur, poſtremum ſtomachus.

Morbi igitur ſtomachi in hac ultima ſignificatione accepti, quos Aretæus recenſet, ſunt quatuor: ναυτίη, ἀπορίη, πλάδος, καρδιαλγία. Galeno ſimiliter 5. de loc. aff. 6. quatuor ſunt hi. Cardialgia, nauſea, ſingultus & omne genus uitiorum, quæ circa appetitum oriuntur.

Ναυτία *& Ionicè ναυσία, continua & frequens ad uomitum propenſio eſt, qnam tamen uomitus non ſequitur: ſic dicta ἀπὸ τῶν ναυτῶν, id eſt, nautis. Propriè enim nauſeam ſignificat, qua nauigantes in mari corripiuntur. Impropriè omnem nauſeam. Græci etiam ἀνατροπὴν uocant. Latini ſubuerſionem. Quidam tamen nauſeam à ſubuerſione ſeparant, ut nauſea ſit quæ ante cibum: ſubuerſio quæ poſt cibum contingit. Latini περιφραστικῶς appellant irritum uomendi deſiderium. Germani* Eckel.

Ἀπορίη *anxietas ſeu animi conſternatio, cognata lipothymiæ, cum ob nimiam inediam deficiunt uires, aut ob intempeſtiuam uictus rtaionem eadem opprimuntur. Germanis* die öde. *Ab ἄσῃ igitur Hippocratis differt, quæ & ipſa anxietas ab interpretibus dicitur. Ea enim æſtus ſeu incendium quoddam oris uentriculi eſt, ob quod æger non poteſt quieſcere, ſed modo hunc, modo illum locum mutat. Aretæus uerò cum ἀπορίῃ eandem facit, dum ſupra inter choleræ ſymptomata ἀπορίην ponit.* Ἄση *dicta eſt ἀπὸ τοῦ ἄσειν ſignificante, τὸ πυρέσσειν h. e. ardere, καὶ τὸ περισκόρως καὶ ἐπαχθῶς διατίθεσθαι h. e. faſtidio & moleſtia affectum eſſe, ut ait Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις. Rectius uerò ab Hebraico Eſch* אש *deducitur, quod ignem denotat, unde latinum aſſo, id eſt, cibum ad ignem teneo. Germani* den Sod *non diſſimili forma uocant.*

ΠΛΑΔΟΣ *non tam morbi quàm cauſæ nomen eſt. Significat enim in genere ſuperfluum ac redundantem humiditatem, quæ tum ſtomachum, tum partem quamcunq; replet, & fluxam humoreq; flacceſcentem reddit, & hinc languidam. Nomen deductum ἀπὸ τοῦ πλατύνειν, id eſt, dilatando. Aretæo etiam ἔκλυσις, id eſt, reſolutio. Hic itaq; re-*

ferri

ferri poteſt omne naturalis appetentiæ uitium. Attractrix enim facultas, per quam appetimus, aut abolita eſt, aut diminuta, aut deprauata. Abolita, ἀνορεξία. Deprauata δυσορεξία. Deprauata κακορεξία uocatur.

Ἀνορεξία inappetentia eſt, cum nulla ſit ſuctio nec appetitus ullo modo percipitur. Hipp. ἀποσιτία.

Δυσορεξία eſt, cum aliqua ſit, ſed obſcura ſuctio, Latine appetitus dejectio. Hip. eos qui nihil appetunt uocat ἀποσίτους. ἀσίτους uerò, qui appetitũ dejectũ habent. In ἀνορεξίᾳ homines nec appetunt nec admittunt cibum. In δυσορεξίᾳ non appetunt quidem, non tamen reſpuunt. Vtrinſq; uitij ſpecies eſt μαλακία, id eſt, mollities ſeu laxitas, propter quam uentriculus nec cibos appetit nec continet.

ΚΑΚΟΡΕΞΙΑ eſt triplex: pica, fames & ſitis immoderata.

Pica, Ariſtoteli κίσσα, eſt appetitus præter naturam in prægnantibus potiſſimum, ob quem res abſurdas ut carbones, & calcem uiuam cupiunt. Sic dicta ab aue ejusdem nominis, quæ terram comedit, & uarijs plumis ornatur. Hoc enim morbo affecti & terram & alias res uarias appetunt.

Fames immoderata eſt uel κυνώδης ὄρεξις uel βούλιμος.

Κυνώδης ὄρεξις, caninus appetitus, eſt inſatiabilis edendi cupiditas, in qua ægri edunt multum, ſed aut uomitu rejiciunt, aut per aluum excernunt, ut canes. Alij phagedænam uocant.

Βούλιμος eſt magna fames, quam animi deliquium ſequitur: ſic dicta à βοῦ quod magnum & λιμὸς, quod famem denotat. Plutarchus πολύλιμον uocat.

Sitis immoderata eſt appetitus immoderatus materiæ potulentæ ex triſti ſenſatione, ut definit Mercurialis.

ΚΑΡΔΙΑΛΓΙΑ ſic dicta quaſi ἄλγος καρδίας, quod ſit dolor oris uentriculi, quod καρδίαν antiqui dixerunt, ut γλωσσαλγία, κεφαλαλγία, ὀδονταλγία, ὠταλγία, dolor linguæ, capitis, dentium, aurium.

Cognata autem ſunt nomina καρδιακὴ, καρδιαλγία & καρδιωγμὸς, quæ interdum unam rem, id eſt, dolorem oris uentriculi, interdum diuerſas res ſignificat.

ΚΑΡΔΙΑΚΗ enim κατ᾽ ἐξοχὴν ſtrictiùs in ſpecie non quiuis dolor eſt, ſed ſyncope, quam ſtomachicam uocant, quæ uitio non cordis ſed oris uentriculi contingit. Nam quæ uitio cordis per ſe affecti ſit, ſyncope cardiaca dicitur, ut ſupra annotauimus in ſyncope, morbo tertio acuto libri ſecundi. Germ. Magenſchwäche & Hertzwehe.

ΚΑΡΔΙΑΛΓΙΑ in ſpecie eſt moleſtus uentriculi dolor cum nauſea, ut Erotiano placet. Plinio roſio ſtomachi, alijs morſus oris uentriculi. Celſo bilis uentriculi, ab anxietate differens. Nam anxietas ſine dolore eſt, cardialgia cum dolore.

ΚΑΡΔΙΩΓΜΟΣ in ſpecie cordis ipſius palpitatio eſt: ſic dictus ἀπὸ τοῦ καρδιώττειν, quod cordis dolorem ſentire ſignificat, & in hoc ſenſu Aretæus quoq; hoc nomine utitur, ideoq; à uitijs oris uentriculi excludit. Germ. Hertzzittern.

Singultus, quem Galenus nominat, Aretæus omittit, motus conuulſiuus eſt, quo natura conatur expellere uitium quod ſiue toti uentriculo, ſiue ori uentriculi duntaxat, ſiue œſophago ſoli, qua proximè ſtomachum attingit, penitius impactum eſt, altiusq; in eorum tunicis inſedit. Singultum enim Latini: ut & Græci λύγγα & λυγμὸν à ſono quem edit, uocant, ut & λύζειν ſingultire. Hebræi nomine generali Reſach רשח ſignificante & reſpirationem & gemitum & ſingultum, à Raſach deducto, id eſt, reſpirare & refocillari. Germani das ſchlucken / den noſch / hixen hatſch.

Ad ſtomachum autem Galenus etiam refert omne genus uitiorum, quæ circa appetitum oriuntur, eò quod orificium ſuperius uentriculi propria appetentiæ ſedes eſt, unde & ſolum exquiſitiſſimo ſenſu præditum eſſe ſolers natura uoluit, ut partium reliquarum omnium ſuctum, alimento deſtitutarum perſentiret. Eæ enim ſi & ipſæ ſuctionis ſenſum ſimiliter haberent, languerent perpetuò tempore famis & ſitis, eſſetq; animal in ἀπαθείᾳ.

Ex ſtomacho laborantes στομαχικοὶ in genere appellantur, ſiue proſtratum appetitum habeant, ſiue poſt acceptum cibum grauitatem in ore uentriculi ſentiant: ſiue nauſeent, alioue ſtomachi uitio affecti ſint.

In

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

In ſpecie ἀσώδεες. ἄσῃ laborantes: ναυτιώδεες, nauſeoſi: καρδιακοὶ, cardiaci, qui propter languorem oris uētriculi animo deficiunt et ſudoribus reſoluuntur. καρδιαλγέες. morſu oris uentriculi correpti, καρδιώσσοντες quibus cor palpitat.

VII. ΚΟΙΛΙΗΣ διάθεσις, affectus uentriculi. Κοιλίη genus & ſpecies eſt. Primum enī in genere hac uoce omnis cauitas dicitur in profundo poſita, ut cerebri, cordis, epatis & reliquarum partium.

Deinde in ſpecie ἡ κοιλία cum articulo, aluinus uenter: isq; duplex, inferior & ſuperior. Inferior ἡ κάτω κοιλία, totum ſpatium ab umbilico ad oſſa pubis excurrens eſt. Ariſtoteli & Aretæo νειάρη, alijs ὑποκοίλιον. Perſio aqualiculus, alijs ſumen aut rumen. Superior, ἡ ἄνω κοιλία, ſpatium à xyphoide cartilagine ferè ad umbilicū uſq; extenſum eſt, continetq; intra ſe epar, lienem & uentriculum, qui cum maximam præ reliquis cauitatē habeat ἡ ἄνω κοιλία, & ſimpliciter κοιλία ab Aretæo appellatur. Alij ſimiliter γαστέρα, id eſt, uentrem: latini ſæpius uentriculū nomine diminutiuo, ut ſit γαστρίδιον. Hoc igitur πεπτήριον σπλάγχνον, ut autor definit, id eſt, uiſcus coctioni primæ, quæ chyloſis dicitur, deſtinatum, tum alijs morbis, tum diarrhœa & cœliaca laborare ſolet, de quibus hoc capite agit Aretæus.

Διάρροια in genere profluuium eſt, in ſpecie ὑγρῆς τροφῆς ἀπέπτου ἡ διάρροια, id eſt, liquidi alimenti incocti defluxio, ut ait autor. Alimentū autē ἄπεπτον eſt, quod formā chyli adeptum non eſt. Hujus igitur effluxio aut eſt diarrhœa ſimpliciter aut cœliaca. Effectus autem utriuſq; fluor duplex eſt. Syntecticus & ſanguinolentus.

Diarrhœa ſimpliciter ſic dicta eſt recens profluuium, quod non diu durauit. Profluuium alui & defluxio Aureliano, profluuium alui Colum. Germ. Durchlauff & Bauchfluß.

Cœliaca eſt longior diarrhœa, ſic dicta ἀπὸ τῆς κοιλίης, id eſt, uētriculo, quaſi uētricularis. Aureliano uentriculoſa paſſio & uentriculatio & longa alui reſolutio. Hinc κοιλιακοὶ, qui uentriculi imbecillitate laborant. Aureliano uentriculoſi.

Fluor ſyntecticus. dejectio bilioſa, acris, fulua, graueolens, ſtrigmentorum craſſitudine olei, & pinguedinis aſpectu: ſic dictus ἀπὸ τῆς συντήξιος, quod colliquationem ſignificat, ex qua hic fluor oritur.

Fluor ſanguinolentus, hæmorrhagia Aretæo, eſt cruenta dejectio, in qua ſanguis flauus, purus, non permixtus excernitur.

Sic Aretæus. Alij uerò aliter his nominibus uti ſolent, quorum diſtinctionem hac ratione breuiter perſpicuam reddemus. Aut alimenta exeunt, aut humores. Rurſus alimēta exeunt, aut cruda aut cocta. Si cruda, id eſt, talia, ut aſſumta ſunt, fit fluxus lientericus & cœliacus, inter quæ ſecundum magis & minus tantum differentia eſt. Lientericis enī prorſus cruda, protinus ut ſumta ſunt, infernè prodeūt: cœliacis ſemicocta, quæq; in uentriculo diutius morantur. Si cocta, tum id uel nutritioni deſtinatum, uel excrementum eſt.

Si nutritioni deſtinatum eſt, id uel chylus erit, uel ſanguis, uel ſecundæ humiditates. Si excrementum eſt, id uel primæ coctionis erit, ut fæces: uel ſecundæ coctionis ſiue tenue ut bilis, ſiue craſſum, ut melancholia: uel tertiæ coctionis, ut ichor: unde ſudor & mador.

Chylus ſi exeat, eſt fluxus chyloſus, in quo alba quidem, ſed craſſa excernuntur.

Sanguis ſi exeat, eſt fluor ſanguinus, qui uel hæmorrhagia, ut Aretæus appellat, uel dyſenteria uoce largiore dicitur.

Secundæ humiditates ſi exeant, erit fluor ſyntecticus, id eſt, colliquatiuus, de quo etiā Aretæus.

Feces ſi exeant, erit ſtercoraria dejectio, quæ & fluxus ſtercoralis dicitur.

Bilis uel melancholia ſi exeat, erit diarrhœa, eaq; duplex: bilioſa & melancholica. Communi uoce profluuium: alijs fluor humoralis.

Tertiæ coctionis ſi exeat, cū ichor ſit ſanguis ſeroſus, erit fluor ichoroſus, qui ſub hæmorrhagia comprehendi poteſt.

Eodem modo humores exeunt aut crudi, aut cocti: & hi rurſus aut putres, aut ſemiputres. Crudus humor eſt pituita. Semiputris eſt pus. Putris eſt cauſa conjuncta febriū, eaq; uel in uenis, ut in febre continua, uel extra uenas, ut in febre intermittente.

Si igitur pituita exeat, erit pituitoſa dejectio, quæ ſub diarrhœa continetur: eſtq; uel ſtomachica, uel cephalica. Manat enim aut à uentriculo & inteſtinis, uitio primæ coctionis: aut

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nis: aut à cerebro, catarrho per gulã in aluũ deſcẽdẽte. Eſt uerò ſtomachica, diurna: ut cephalica nocturna diarrhœa, eò quod catarrhus ueſperi cõmouetur, à quo fluor cephalicus. Pituitæ uerò motus in uẽtriculo interdu.

Si pus exeat, erit fluxus purulentus, ut in tumoribus.

Si materia putrida, erit fluxus criticus, ut in febribus.

Diarrhœa igitur & cœliaca nomen æquiuocum eſt, & aliter utrumq; Aretæus, alij aliter accipiunt. Eadem eſt ratio dyſenteriæ & lienteriæ, quæ & ipſa autor aliter quàm alij intelligunt. Hæc autem ut facilius & altius animis infigi poſſint, rem totam breuiter ſic expediemus.

Omnis alui flux us aut ſine ulceratione. aut cum ulceratione eſt. Quæ ſine ulceratione eſt, diarrhœa & cœliaca dicitur. Sic enim autor definit. Medic. Διάρροιά ἐςὶν ῥευματισμὸς πλείων κοιλίας ἄνευ φλεγμονῆς καὶ ἑλκώσεως πολυχρόνιος, *id eſt, copioſa & diuturna alui fluxio ſine inflammatione & ulceratione. Quæ cum ulceratione eſt, dyſenteria & lienteria uocatur: quorum eadem inter ſe ratio eſt, quæ inter diarrhœam & cœliacam. Vt enim cœliaca ſuccedit diarrhϾ: ita lienteria dyſenteriam ſequitur, ut uult Aretæus. Idem uerò ab autore definitionum in eo diſcrepat, quod diarrhœam Aretæus* ὀλιγοχρόνιον: *hic* πολυχρόνιον *uocat.*

VIII. ΚΩΛΙΚΟΙ, *id eſt, plenioris inteſtini morbo laborantes, ut uertit interpres: Colicæ enim nomen quod nunc uſitatum eſt, nec Hippocrates, nec Aretæus habet: concretum tantum & non abſtractum nominans. Nouũ enim id eſt, & tempore Tiberij Cæſaris primum innotuit, ut ſupra in ileo diximus. Quod uerò nunc colicam uocamus, id ueteres in genere ileon nominarunt. Colica dicta eſt* ἀπὸ τοῦ κώλου, *nomine ualdè æquiuoco. Nã & genus & ſpeciem ſignificat in arte Medica (Habent enim & Rhetores & Poëtæ & piſcatores ſua* κῶλα) *Genus cũ eſt omne mẽbrum denotat. Species cum eſt, rurſus uaria ſignificat. Euſtathius pro pede accipit: ut & Pollux pro membro, quod ex femore tantum & crure cõſtat. Alij generalius pro artubus, ut ſunt crura & lacerti. Hoc in loco craſſum inteſtinum eſt, ſic dictum quaſi* κοῖλον, *id eſt, cauum quod ſinus habeat quam plurimos: Hinc Ariſtoteles laxũ uocat. Celſus inteſtinũ laxius et plenius. Arabes Cellulatum. Pluri-mis enim quaſi cellulis diſcretum extumeſcit, & concamerata habet inuolucra, in quibus feces figurantur.*

Ab hoc igitur inteſtino κωλικὸς *adjectiuũ deducitur, quod & ipſum duas res diuerſas ſignificat: nempe & id quod ad coli dolorem pertinet: & hominem coli dolore affectum. Ex prima ſignificatione* κωλικὴ ὀδύνη, *&* κωλικὸν ἄλγημα, *coli dolor, &* κωλικὸν φάρμακον *&* κωλικὴ ἀντίδοτος, *medicamentum ad ſedandũ coli dolorem comparatũ, deriuatur. In altera ſignificatione* κωλικοὺς *hoc in loco autor intelligit, id eſt, inteſtini plenioris morbo laborãtes. Et hæc eſt propria utriuſq; acceptio. Eſt uerò & alia impropria.* Κωλικὴν *enim* ὀδύνην *Græci uocat, non tantum dolorẽ craſſi inteſtini* κῶλον *appellati: ſed & uehementiſſimos quoſq; dolores, in quibuscunq; uentris partibus. Sic* κωλικὸν φάρμακον *medicamentum non tantũ ad colicos, ſed alios etiã morbos, ſedandi doloris cauſa adhibitũ, aliàs* ἀνώδυνον *dici ſolitum. Affectus enim colicus maximos dolores habet, quos qui ſedat, is quoſcunq; alios ſimili modo ſedare poteſt. Eſt uerò colon præ cæteris inteſtinis obnoxiũ magnis doloribus, duas ob cauſas. Nam primum ualdè amplũ eſt: unde pituita, quæ in eo generatur, frigeſcit, & uitrea euadit: deinde ab infernis partibus aërem recipit, unde flatus, qui & ipſi in eo generantur, augeſcunt. Cætera uerò inteſtina cum tenuia ſint, pituitam, quæ in ijs remanet, ob loci anguſtiam & uenarum multitudinem non difficulter percoquunt.*

Vulgus colicam ſimpliciter, & colicum dolorem uocat. Quidam uernacula lingua **die Muetter**, *id eſt, matricis affectum, quamuis perperam, non tamen ſine exemplo ueterum. Neq; enim inuſitatũ eſt, ut affectus aliquis diuerſas partes occupans, eadem uerò ſymptomata producens & eandẽ curandi methodũ poſtulãs, idẽ nomen habeat. Sic ueteres ilei & colon appellati inteſtini cõmunẽ affectũ fecerũt. Et Aretæus hoc capite* εἰλεὸν *morbum & ſtrophum in colicis excitari poſſe affirmat. Eadẽ licentia ueteres phthiſin appellant tum ueram tabem, quæ pulmonis ulcus ſequitur: tum quamcunque corporis extenuationem. Exempla alia ſunt in alijs morbis. Similiter colicus dolor uterinus dicitur, quod laborante utero, inteſtina quoque laborent: & contrà inteſtinis*

malè

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

malè affectis, uterus quoq; malè affici ſolet. Quod uerò nomen habet in mulieribus, idē in uiris colico dolore affectis retinet.

Cæterum cum εἰλεὸν *&* στροφὸν *in colicis excitari poſſe ait Aretæus, intelligit quædam* τοῦ εἰλεοῦ *&* στρόφου *ſymptomata, ut retractionem inteſtinorum & ſtercoris per os rejectionem, quæ tamen non contingunt ſemper, ſed iјs tantum, quibus mors jam imminet, ut idem teſtatur.*

IX. ΔΥΣΕΝΤΕΡΙΑ, *id eſt, difficultas inteſtinorum.* δὺς *enim difficultatem, &* ἔντερα, *inteſtina Græcis ſignificant: ſic dicta* παρὰ τὸ ἐντὸς εἶναι, *quod intra corpus ſtent atq; inſint. Comicis eandem ob cauſam interanea. Sunt autem inteſtina mēbranacei canales à uentriculo exorti, & hinc flexuoſis gyris & anfractibus per totum imum uētrem ad anum uſq; continua textura procedentes: ut cibos aliquantulum coquant, diſtribuant in jecur chylum, & reliquias per ſedem deiјciant. Vnum igitur illorum corpus eſt & continuum, ſed in diuerſas partes diſtinctum, ratione ſitus & habitus.*

Ratione ſitus, alia τὰ ἄνω *ſunt, alia* τὰ κάτω. τὰ ἄνω *ſunt ſuperiora à uentriculo ad cæcum uſq; inteſtinum, quæ &* ἄραια *&* λεπτὰ *&* στενὰ, *id eſt, tenuia, graciliaúe appellant. Aretæus* χολώδεα, *id eſt, biliosa & hinc priſcis* χολάδες *dictas aſſerit. Germani hinc* **Kaldaunen** *uocant. Plautus lactes: priſci pantices: ſuntq; hæc iterum tria,* δωδεκαδάκτυλον, νῆστις *&* εἰλεὸς, *duodenum, jejunum, ileon.*

Τὰ κάτω *ſunt inferiora à cæco, uſq; ad inteſtini recti initium, quæ &* παχέα *&* σαρκώδεα, *id eſt, craſſa & carnoſa uocant, Ariſtoteles pinguia: ſuntq; & ipſa tria,* τυφλὸν, κῶλον. εὐθὺ. *Cæcum, colon, rectum.*

Superiora uerò & inferiora illa ſunt in brutis & hominibus diuerſa ratione. Nam in canibus & pleriſq; quadrupedibus (quorum anatomiæ priſci, ex quibus Aretæus, & non humanorum corporum periti fuerunt) ſuperiora ſuperiorem: inferiora inferiorem locum obtinent, tum exortu tum proceſſu: in hominibus uerò res aliter ſe habet. Nam ileon, unum ex ſuperioribus inteſtinis ſubter umbilicum ortum ſuis gyris & anfractibus ad caua oſſium ilium utrinq;, & hinc ad caua oſſium pubis ſupra ueſicam ſe diffundit, adeò ut hoc ſolum in enterocele in ſcrotum delabi ſoleat: cæcum & colon, quæ ſunt inferiora, nō item. Colon uerò, unum ex inferioribus ſuo proceſſu omnium ſupremum eſt. Nam à rene dextro incipiens ſurſum reflexum ad cauum jecoris aſcendit, indeq; ſubter fundum uentriculi & ſupra gracilia inteſtina progrediens, ad cauum lienis peruenit, à quo ad renem ſiniſtrum delapſum, & ab hoc iterum reflexum ad ſummum oſſis ſacri finitur.

Quod ſi igitur ſitum inteſtinorum in hominibus ſpectemus exactius: non male alia extrema, alia media dicemus. Extrema ſunt craſſa: media ſunt tenuia. Mira enim naturæ prouidentia tenuia, quæ chylo coquendo & diſtribuendo deſtinata ſunt, nobiliorem, id eſt, medium locum obtinent: craſſæ fecibus continendis dicata, ne comprimantur, utq; tenuia ſepimenti inſtar obuallent, in ambitu collocata ſunt.

Ratione habitus, inteſtinorum aliud ſubſtantia eſt, aliud adjunctum. Subſtantia conſtat ex duabus tunicis, quarum una interior, altera exterior,

Interior rugoſa eſt, & conſperſa fibris uariјs, pleriſq; obliquis.

Exterior eſt carnoſior, & fibris conſtat magna ex parte tranſuerſis.

Adjunctum duplex eſt: aliud tunicæ interioris, aliud exterioris. Adjunctum tunicæ interioris in concaua ſuperficie inteſtinorum aliud cruſta eſt, aliud adeps. Cruſta eſt quædam epidermis, quæ moderatè delabentem chylum moratur. Adeps eſt ſiue mucus in gracilibus inteſtinis, ſiue pinguedo in craſſis quæ inteſtina oboluit, ne aſperitas excrementorum offendat.

Adjunctum tunicæ exterioris in conuexa ſuperficie inteſtinorum, aliud tunica araneoſa eſt, aliud tunica cōmunis. Araneoſa eſt fibris rectis prædita tam tenuis, ut oculis lynceis uix animaduerti poſſit. Communis eſt, quæ à peritonæo accepta tunicam exteriorem inteſtinis propriam undiquaq; obducit. Inſeruntur uerò inteſtinis præterea uenæ, arteriæ & nerui. Venæ chylum ab inteſtinis in epar uehunt: & à jecore in inteſtina ſanguinem refundunt. Arteriæ ſanguine uitali inteſtina perfundunt, & motu aſſiduo concutiunt, ne putreſcant. Nerui inteſtinis ſenſum impertiunt, ut res graues & moleſtas excitata ui expultrice protrudendo deiјciat.

Horum.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Horum igitur inteſtinorum tam ſuperiorum, quàm inferiorum, ut uocat Aretæus, morbus dyſenteria eſt, cujus uaria ſignificatio eſt: alia communis, alia propria.

Communis eſt, cum quoduis alui profluuium denotat, & ſic Hipp. *intelligit libro ſecundo Epid. Id enim ſolum Etymologia nominis innuere uidetur.*

Propria eſt, cum pro ſanguinis per aluum excretione accipitur, quæ duplex eſt: una ſine ulcere, altera cum ulcere. Dyſenteria ſine ulcere rurſus triplex eſt: αἱματηρ. ἡπατίτης *&* ἀνώνυμος.

Αἱματηρὰ *eſt, quæ fit propter boni ſanguinis copiam in toto corpore aucti, qui ex uenarum orificijs in inteſtina apertis effunditur.*

Ἡπατίτης *uel* αἱματώδης *eſt, cum propter jecoris imbecillitatem aquoſus ſanguis deijcitur, loturæ carnium perſimilis.*

Ἀνώνυμος *eſt, cum ſanguis propter bilis flauæ uel atræ permiſtionem acrior, uenarum orificia aperit, & per inteſtina fertur.*

Dyſenteria cum ulcere eſt ἕλκωσις ἐντέρων, *id eſt, inteſtinorum ſiue abraſio ſiue exulceratio, quam hoc in loco Aretæus intelligit: eſtq́; alia inteſtinorum conſideratorũ ſecundum ſitum, alia ſecundum habitum.*

Exulceratio inteſtinorum conſideratorum ſecundum ſitum alia eſt ſuperiorum, ut duodeni, jejuni, ilei. Alia inferiorum, ut cæci, coli, recti. Alia omnium ſimul.

Abraſio inteſtinorum conſideratorum ſecundum habitum, alia eſt adipis, alia cruſtæ, alia tunicæ interioris, alia tunicæ exterioris. Quatuor itaq; ſunt gradus dyſenteriæ, quos ulcerum nomine uocat Aretæus.

Primus eſt abraſio adipis, quam Arabes fluxum mucoſum: Aretæus eam, quæ in recto inteſtino fit, τεινεσμὸν *uocat.*

Secundus eſt, ubi ulcus paruum profundum eſt, id eſt, cruſta tantum ex aluo excidit.

Tertius eſt, ubi ulcus magis profundum eſt, id eſt, tunicam utramq; attingit, unde & ſanguis & ſanies emanat.

Quartus eſt, ubi ulcus non tantum profundum & depaſcens eſt, ſed & inæquale & inſtar gemmæ arboris calloſum.

Celſus dyſenteriam tormina uocat, quod homines torqueat. Germani ſimiliter generali appellatione **bauchgrimmen.** *Specialius uerò* **rotſchad** *&* **rote ruhr/** *quaſi rubrũ malum & rubrum profluuium.* δυσεντερικὸς *&* δυσέντερος, *Dyſentericus, qui dyſenteria laborat.*

Τεινεσμὸς *dictus* παρὰ τὸ μόριον, ὃ πέπονθε, ἐκτείνεσθαι τε καὶ πρὸς ἐκκρίσεις βιάζεσθαι, *quod locus affectus extenditur, & ad excretionem ui cogitur, ut tradit Actuarius. Latinis ex Græco teneſmus & tenaſmus, Plinio* περιφραστικῶς *crebra & inanis deſidendi uoluntas. Græcis etiam eandem ob cauſam* διάτασις *&* βιασμός. *Germanis* **der zwang / das trucken / das tringen.** τεινεσμώδης, *teneſmo ſimilis, uel homo teneſmo laborans. Hinc* τεινεσμώδεα, *excrementa qualia in teneſmo egeruntur, hoc eſt, pauca, mucoſa & acria.*

X. ΛΕΙΕΝΤΕΡΙΑ, *id eſt, læuitas inteſtinorum, ſic dicta* ἀπὸ τῆς λειότητος τῶν ἐντέρων, *id eſt, æquabili ſuperficie inteſtinorũ.*

Affectus enim hic eſt continendi chyli impotentia, cum is citò reijcitur, nullam in inteſtinis moram trahens. Eſtq́; duplex: alia cum cicatrice, alia ſine cicatrice. Quæ cum cicatrice eſt, dyſenteriam ſequitur, id eſt, exulcerationem. Quæ ſine cicatrice eſt, ex aſsidua egerendi conſuetudine oritur, ut ait Aretæus: uel etiam ex humore quodam glutinoſo internæ toti tunicæ inteſtinorum obducto, quod ſæpius contingit. Eſt igitur lienteriæ uocabulum ambiguum. Supra enim inter uitia uetriculi, id eſt, ſymptomata concoctricis facultatis recenſuimus, communem loquendi uſum imitantes: nunc autoritatem Aretæi ſecuti pro uitio inteſtinorum, id eſt, ſymptomate retentricis facultatis illorum accipimus: quæ ſignificatio Etymologiæ nominis magis congruit. Noſtri in genere uocant **den bauchfluß** *&* **die rhur.**

XI ΥΣΤΕΡΙΚΑ, *id eſt, uitia uteri. Eſt enim uterus, ut ait Aretæus,* ξυμφορὴ νούσων μυρίων τε καὶ κακῶν, *id eſt, aceruum morborum infinitorum malorumq́; congerit. Quod quidem* κατ᾽ ἐξοχὴν *intelligi debet. Neq; enim ulla pars corporis humani eſt, quæ nõ omni morborũ generi, ſimilare, organico, cõmuni, obnoxia ſit: uterus uerò omniũ maximè. Quæ enĩ uitia habet, nõ ſoli nocet, ſed toti corpori: nec partũ tantũ inquinant, ſed & omnes facultates exolluunt, naturalem, uitalem,*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

uitalem, animalem. Quod exploratum habẽs Hippocrates, præclarè ſcripſit libro de locis in homine. Αἱ ὑστέραι πάντων τῶν νοσημάτων αἰτίαι εἰσίν. *Vteri muliebrium omnium morborum cauſæ ſunt. Sunt autem morbi illius duplices: alij acuti, alij diuturni. De acutis ſupra. Diuturni, quorum hic locus eſt, iſti ſunt.* ῥόος, ἕλκεα, σκληρίη, πρόπτωσις.

ῥόος ἢ ῥοῦς *nomen æquiuocum eſt, quod & genus & ſpeciem paſſim ſignificat.*

Genus eſt, cum pro fluxu quocunq; ponitur, & ſic aliquando pro alui profluuio.

Species eſt, cum interdum pro menſtrua purgatione: ſæpius autem pro muliebri fluore accipitur: quæ duo multum inter ſe differunt. Menſtrua enim purgatio eſt, cum fluit ſanguis menſtruis periodis. Hanc Græci diſtinctius uocant ἔμμηνον κάθαρσιν. *Muliebris fluor eſt cum ferè aſsiduè & inordinatè ſanguis per uterum fluit. Hunc antiqui* ῥοῦν *ſimpliciter uocant: alij* ῥοῦν γυναικεῖον *&* ῥοῦν τῆς ὑστέρας, *fluxum muliebrem et fluxum uterinum: & ſic hoc in loco Aret. intelligit. Rurſus menſtrua purgatio duplex eſt: moderata & immoderata. Moderata eſt, cum ſanguis in debita quantitate et qualitate fluit. Immoderata, cum majore, quam ſolet, copia fluit. Vtriq; oppoſita eſt* ἀῤῥοίη, *id eſt, ſuppreſsio menſtruorum. Fluor uerò muliebris alias ſpecies habet. Alius enim* ἐρυθρὸς, *alius* λευκὸς *appellatur.*

ἐρυθρὸς *eſt ruber, cum ſanguis emanat, isq; ratione ſubſtantiæ uel tenuis, uel craſſus & concretus, ut grumi. Ratione coloris, uel flauus, uel liuidus, uel niger.*

λευκὸς *eſt albus, isq; iterum duplex: unus propriè, alter impropriè ſic dictus. Propriè ſic dictus eſt, cum album ſerum aut pus effluit, idq; utrunq; uel ſincerum uel mixtũ. Impropriè ſic dictus eſt gonorrhæa muliebris, id eſt, inuoluntaria in fœminis genituræ excretio. Neq; enim tantum mas, ſed & mulier hoc morbo laborat, cum & ipſa ſemen ſuum habeat, quamuis Aretæus, id affirmare nolit, fœminis non* γονὴν *ſed* γονοειδὲς *attribuens. Nec rarò accidit, ut Medici fallantur, opinantes profuſionem eſſe ſeminis, cum ſit aliorum excrementorum fluxio, quibus mulieres naturâ frigidiores abundant, præſertim ſi ſit diuturnior & maciem non inferat. Neq; enim fieri poteſt, ut durante diutius uero ſeminis profluuio, corpus non conſumatur & tabeſcat.*

Vulgus alba menſtrua appellat omnem fluorem muliebrem, nec omninò malè. Nullus enim tam ruber eſt, qui alba excrementa ſibi commixta non habeat. Germani das weiß geſicht.

ἕλκεα *ſunt ulcera, quæ tum corpus uteri, tum ceruicem imprimis & collum ſæpius inuadunt, ſuntq; uaria, alia mitia, alia immitia. Mitium rurſus aliud ſuperficiarium, aliud profundius. Superficiarium eſt excoriatio cum pure pauco & inodoro. Profundius eſt exulceratio cum pure copioſiore & graueolente, dolore uerò paruo. Immite eſt* φαγεδαίνη, *ſic dictum* ἀπὸ τοῦ φάγειν, *id eſt edẽdo. Profundum enim ulcus eſt, quod ab ægris particulis ad integras paſcendo pergit, ab herpete differens.* φάγαινα *enim (quod nomen illi æquipollet) cum cute etiam ſubjectam carnem attingit: herpes ſolam cutem exulcerat, phagedænæ initium. Germ.* Ein böß umb ſich freſſend Geſchwär/ *cancri genus Celſo.*

σκληρίη *eſt durities, ut ſcirrhus & cancer. Neq; enim cancer, ut ait Aretæus, ulcus eſt, ſed tumor durus & indomitus, cum uenis turgentibus & proximas ſimul partes diſtẽdẽtibus: ſic dictus quod cancro ſit ſimilis. Tumor enim ipſe tactui renitens cancri corpus durum & aſperum: uenæ turgentes non tantum formam pedum referunt, ſed & cãcri malitiam. Vt enim cancer animal, quod forpicibus ſuis ſemel cæpit, non facilè dimittit: ita tumor cancroſus, ubi ſemel radices egit, difficulter euelli, tolliq; poteſt. Duplex autem cancer eſt, unus* ἀνέλκωτος, *alter* ἑλκωτός. Ἀνέλκωτος *eſt ſine ulcere, quem antiqui occultum appellarunt: quod nomen tamen aliter uſurpauit Philoxenus, qui occultum uocauit deliteſcentem in utero aut inteſtinis.* ἑλκωτὸς *eſt cum ulcere, quem ulceratum uocant.*

πρόπτωσις *in genere prolapſus & procidentia eſt, cum pars quæcunq; à ſede ſua excidit. Prolabitur autem uel oculus, uel uuea, uel podex, uel uterus. Prolapſus oculi eſt, cum totus oculus extra oſsis ſui cauitatem prominet. Paulo* ἐκπιεσμός. *Prolapſus uueæ eſt, cum tunica oculi, uuea dicta, ob eroſam diuiſamq; corneã excidit, eſtq; uel ſimplex,*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

uel compoſita. Simplex eſt μυοκέφαλος, σταφύλωμα, μῆλον. Compoſita eſt ἧλος: μυοκέφαλος eſt paruus prolapſus, σταφύλωμα eſt amplior, acinum uuæ repreſentans. μῆλον adhuc major, palpebras excedens. ἧλος, id eſt, clauus, cum præterquam quod procidit, etiam duritiem contraxit.

Prolapſus ani eſt recti inteſtini egreſſio.

Prolapſus deniq́ uteri (de quo ſolo hic agitur) eſt, ἣν ἔξω ἡ ὑστέρη ἀΐσση, ut ait Aretæus. Eſtq́ triplex. Procidit enim aut ὅλη ἡ ὑστέρη ſiue ἡ διπλόη, aut τὸ στόμιον. ἡ ὅλη ſiue διπλόη cum tota uulua forâs exit. Tota autem eſt, non tam quæ omnes illius partes, quàm quæ fundum proprium uteri corpus continet. Duplices enim illius partes ſunt, ſimilares & diſſimilares.

Ex ſimilaribus præter uenas & arterias ſunt tunicæ & uincula.

Tunicæ ſunt duæ, propria & communis. Propria eſt interior, ualdè carnoſa, & reliquas totius uentris membranas craſſitie ſuperans. Hanc alij ſimplicem. Picolominus duplicem facit, id eſt, ex gemina membrana conflatam, adeoq́ ſibi inuicem junctam, ut uix una ab altera diſcerni poſſit. Communis eſt exterior, quæ à peritonæo oritur, omnium ab eo ortarum craſſiſſima. Vincula ſunt ligamenta, eaq́ duplicia, communia & propria.

Communia ſunt, per quæ toti corpori alligatur, epati quidem & uenoſo generi per uenas tum ſpermaticas tum hypogaſtricas: cordi & arterijs per eaſdem numero arterias: cerebro & ſpinali medullæ per neruos: recto inteſtino & ueſicæ per uillos cõplures.

Propria ſunt, per quæ uicinis oſſibus connectitur: ſuntq́ duo paria: ſuperius & inferius, utrinq́ unum. Illud par in uteri fundum inſeritur, eſtq́ latum & membranoſum. Hoc ab uteri lateribus ad inguina aſcendit, eſtq́ rotundum & ſubrubrum muſculorum inſtar. Illud uterum oſſibus pubis: hoc oſſibus ilij alligat: ſuntq́ omnia tũ laxa, ut loco moueri: tum mollia ut cum uiſcere toto extendi, & ipſum citra lacerationem ſequi poſſint.

Diſſimilares partes ſunt fundum, os interius, collum & orificium colli.

Fundum eſt ſuperior & latior uteri pars, ueſicæ fundo incumbens, in quo embryo alitur & augetur: ut chylus coquitur in fundo uentriculi, & urina in ueſicæ cauitate continetur.

Os internum, στόμα τῶν ὑστερῶν, eſt meatus anguſtus, qui uteri cauitatem coarctat, perpetuoq́ conniuet non prægnantibus: poſt conceptionem uerò tam exquiſitè clauditur, ut ne aciem quidẽ acus aut ſpecilli admittat.

Collum eſt canalis oblongus uaginæ inſtar, ab orificio interno prodiens. Alijs ceruix, Galeno κόλπος γυναικεῖος. Fallopio ſinus pudoris. Ex ore enim anguſtiore in ampliſſimum ſinum deſinit.

Orificium colli externum Græcis eſt αἰδοῖον γυναικεῖον, latini uuluam & laruam uocant. Conſtat id pluribus ex partibus, de quibus Anatomici.

Cæterum διπλόη τῆς ὑστέρας apud Aretæum nouum nomẽ eſt hoc in loco. διπλόη enim Anatomicis eſt media cranij ſubſtantia, eaq́ rara & cauernoſa. Latinis meditulliũ, ſic dicta, quod duas ſuperficies illius oſſis, ſuperiorem & inferiorem diſiungat. Erit igitur διπλόη τῆς ὑστέρας uel duplex membrana ex qua conſtat uterus, uel media illius ſubſtantia, quæ prægnantibus jam non mẽbrana uidetur, ſed tota ferè carnoſa, fungoſa, ſpongiæ ſimilis, in multos cortices facilè diuidua, ut fœtum conſeruet magna ſanguinis & ſpirituum copia.

Rurſus αἴχιας uocat Aretæus membranas uteri, easq́, ut communiter ferè omnes Medici, duas facit: χιτῶνα uerò tunicam quæ fœtum inuoluit, quæ triplex eſt: chorion, amnios, & una in brutis allantoides. χώριον, quod Aretæus tantum nominat, propriè eſt exterius inuolucrum craſſius, utero proximum: ſic dictum, quod ſit fœtus χώρημα, id eſt, conceptaculum. Impropriè autem δεύτεριον, id eſt, ſecundæ, ut uertit interpres. Hoc enim nomine plerunq́ totum fœtus inuolucrum duabus membranis compactum ſignificatur. Quod uerò chorion maximum eſt & inſigne admodum, uulgus id ſolum ſecundas uocat.

Ἄμνιος, id eſt, agnina, ſic dicta ab ἀμνός, id eſt, agno, quod ſit inſtar pellis agninæ mollis. Eſt enim membrana interior fœtui proxima: alijs induſium. Arabibus, Abigas, Germanis **das lämmerin heutlin.**

Ἀλλαντοειδής, ſic dicta ab ἀλλᾶς, id eſt farcimine, quod ſit farcimini ſimilis. Eſt enim tunica fœtus inter chorion et amnion media,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

duabus conſtãs tunicis, quarũ una chorio, altera amnio adhæret, inter quas urina fœtus continetur, allantoiden tãquam farcimẽ cõciſis carnibus implens, unde et nomẽ accepit.

Cũ tota igitur uulua procidit id fit, ait Are. aut laxatis uinculis in non prægnãtibus: aut uiolẽto partu, ſecũdis uterũ ſecũ trahẽtibus.

Τὸ ϛόμιον *uteri procidit, cum non totus uterus, ſed os tantum interius ad ceruicem uſq; egreditur. Sic enim Aret.*

XII. ΑΡΘΡΙΤΙΣ, *id eſt, articulorũ: ut* νεφρῖτις *renũ:* πλευρῖτις *pleuræ dolor.* Ἄρθρον *autẽ, unde* ἀρθρῖτις *deriuatur, ſignificat impropriè & propriè. Impropriè omnem unionem mẽbri cujuscunq;, ut cum Hipp. lib. de natura pueri ait. Carnem uigeſcentem à ſpiritu articulari. Propriè rurſus duo ſignificat. Primò conuexum oſsis extremum, quod inſeritur, cui opponitur* κοτύλη, *id eſt, acetabulum, aut* γλήνη, *id eſt, pupilla, oſsium alterius extremum, quod excipit.*

Deinde διάρθρωσιν, *id eſt, juncturam, articulationem & compagem oſsium, ſeu totum id, quod connexis inter ſe oſsium finibus in extenſionibus aut inflexionibus mouetur. Vtrunq; ſic dictum ab* ἄρω, τὸ ἁρμόζω, *quod unum alteri congruat: uel potius ab Arab* אָרַת *conuulſit, quod unum ab altero diuellat. Vnde Ariel, potentes domini, penes quos uitæ neciſq; poteſtas eſt. Similiter* ἀρθρῖτις *tum genus, tum ſpecies eſt.*

Genus eſt, cum pro omni articulorum dolore ponitur. Species, cum non pro omni dolore indifferenter, ſed eo dũtaxat, quem interna cauſa pepererit, ſiue ea ſit flatus, ſiue ſanies, ſiue aliquis ſuccus alius, præſertim frigidus ac pituitoſus, ut uoluit cum Aretæo Galenus & Fernelius. Sic enim ille. ἐμοὶ δὲ αὐδᾶσθαι μίην μὲν αἰτίην τὴν ἔμφυτον ψύξιν ἔμμεναι, μίην δὲ καὶ πάθην. *Hodie tamen magna ex parte calidas arthritides experimur.*

Rurſus hæc arthritis, quæ dolor eſt ex interuallis ferè inuadẽs, ideoq; periodicus, duplex eſt, generalis & ſpecialis. Generalis eſt, quæ omnes articulos uel ſimul, uel uiciſsim affligit.

Specialis eſt, quæ certum aliquem articulum occupat: eſtq; multiplex: chiragra, podagra, iſchias, gonagra, anonymos.

Chiragra eſt, quæ manum infeſtat, ejusq; uel carpi, uel externæ partis uel digitorum articulos.

Podagra eſt, quæ uel malleolos, uel pedium, uel pollicis articulum (quod plurimum contingit) affligit.

Sic dicta παρὰ τὸ ἀγρεύειν τοὺς πόδας *uel quaſi* τῶν ποδῶν ἄγρα, *captura ſeu uenatio pedum. Podagra enĩ propriè pedicula ſeu tendicula eſt, qua animalia capiuntur pedibus, Impropriè uerò morbus articularis, qui à pedibus incipit, & ſenſim progreſſu temporis omnes articulos inuadit, & tũ quidem arthritis podagrica, aut podagra arthritica appellari poteſt. Interdũ autẽ genus, interdũ ſpeciem ſignificat. Genus eſt, cũ omnẽ arthritidem denotat: ut Tralliano li. 11. in capite* περὶ ποδάγρας *inſcripto. Species eſt, ut hoc in loco.*

Iſchias, quæ iſchion occupat, id eſt, ſiue coxendicis et femoris articulum, ſiue ligamentum, quod femur cum coxendicis acetabulo connectit, ſiue ut uult Fernelius, ſummam natem, qua nerui à lumbis & ab oſſe ſacro emergentes in crura feruntur.

Gonagra ſeu γονυαλγία, *quæ genu infeſtat.*

Anonymos eſt, quæ caret nomine, eſtq; aliarum partium, ut ceruicis, humeri, cubitorũ & aliorum articulorum. Nomen igitur accipiet periphraſticum à genere et parte cui inſidet, diceturq; arthritis ceruicis, humeri, cubitorum. Similes autem ſpecies ſunt, ait Aretæus, chiragra & podagra, gonagra & ancognagra (ſi nouo uti uocabulo liceat.)

Latinis arthritis dicitur articularis uel articularius morbus. Quidam guttam uocant, quod à deſtillatione, uel per uiã fluxus guttatim ſtillantis oriri ſoleat. Ger. gleich=wehe & zipperle, *deducto nomine ex Schafar,* שָׁפַר *id eſt, fregit, unde & aliud Germanicum uerbum,* ſchiffern. *Dolor enim arthriticus acerbiſsimus eſt, uires totius corporis frangens. Hinc Arthritici & Arthrici dicuntur, hoc affectu laborãtes.*

Iſchiadem Græci etiam iſchiadicum morbũ, latini coxendicum, Barbari ſciaticam, Noſtri hufftwehe *uocant. Ea uerò affectos* ἰσχιαδικοὺς, *coxarios, ſciaticos.*

Eſt uerò arthritidi cognata lues Venerea, quæ & ipſa ingentes oſsium dolores excitat, ſed in diuerſis locis. Arthritis enim infeſtat membranas, quæ articulos inueſtiunt. Lues Venerea affligit membranas, quæ medias partes oſsium ſiue artuum conſtituunt. Venerea dicitur, quod coitu contrahi ut plurimum ſolet. Quidam pudendagram uocant, quod potiſsimum partes genitales inficiat.

Fraca-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Fracaſtorio ſyphilis; quaſi contagium amatorium: uel, ut alij ſcribunt, ſiphylis, παρὰ τὸ σίνειν τὰ φύλη, quod lædat gentes, uel quod ſit noxa utriusq; ſexus. τὸ φύλον enim & gentem & ſexum denotat. Alijs alio nomine appellare placuit. Nouo enĩ, eiq; incognito morbo licuit, & licet etiam nũ uaria nomina effingere. Sic quidam à natione, in qua primum cæpit Gallicum, Hiſpanicum, Indicũ, Italicum, Neapolitanũ uocant. Galli Neapolitanum, quod Neapoli primum in Gallorum exercitum ſæuire cæpit. Neapolitani contrà Gallicum appellant. Indicum uerò, ab Indicis mulieribus hoc morbo laborare ſolitis, quarum congreſſus, cum in Europam ueniſſent, multos primum infecit.

XIII. ἘΛΕΦΑΝΤΙΑΣΙΣ, Elephantiaſis ſic dicta ἀπὸ τοῦ ἐλέφαντος, id eſt, elephante animali, cum quo hic morbus multa habet ſimilia, ac tot quidem, quot modis elephas ab alio quocunq; differt animalis genere. Vincit enim cæteras animantes magnitudine & craſſitie, colore ſolum nigrum duntaxat eſt, corium habet aſperũ, longæuitate nulli animalium cedit. Eadem ratione morbus animali uniuocus tam magnus eſt, ut major dari non poſſit, tumorẽ toti corpori & craſſitiẽ inducit ab alijs morbis diſſimilem, facit liuidos & cadauerosos: cutim ſquamis ueluti magnorum piſcium exaſperat, multos annos durat, nec prius perimit, quàm ægrotum membratim dilaceret.

Elephas igitur non immeritò appellatur ab Alluph אַלֻּף quod inter cætera & χιλίαρχον ſignificat, et bouem, qui tanquam dux præcedit gregẽ, unde & Aleph prima litera, quæ reliquas omnes præcedit. Eſt enim hic morbus & χιλίαρχος & bos & alpha omnium morborum. Habet uerò & plura alia nomina. Nominant enim et Herculeum morbũ & Leonem & lepram & Satyriaſin.

Herculeus morbus, ἡράκλειον πάθος, ὅτι τοῦδε μέζον οὐδὲν, οὔτ' ἀλκιμώτερον, ut ait Aret. An uerò Epilepſia, quæ & ipſa morbus Herculeus dici ſolet, ſit major, de eo quæri poteſt. Idẽ enim nomẽ unum par morborum æqualium deſignare uidetur. Exactius autem expendẽti elephas major, epilepſia minor eſt. Nam ut ait Aret. ἡ ἐλεφαντίασις κακὸν ἰδέσθαι αἰσχρὸν καὶ δειμαλῶδες τὰ πάντα, uiſu fœdum & in omnibus terribile. Epilepſia uerò ἀτερπὴς μὲν ἡ τοῦ παροξυσμοῦ θέη, αἰσχρὴ δὲ καὶ ἡ ἀπόληψις αὐτῆς, triſte inuaſionis ſpectaculũ, turpis & ejus deſinentia. Majus autẽ malum eſt, quod durat ſemper, minus quod per uices inuadit.

Λέοντα, id eſt, leonem uocant τοῦ ἐπισκυνίου τῆς ὁμοιότητος εἵνεκεν, ut ait Aretæus, quod frõs Elephantiacorum ita intumeſcit, ut cuti flexili ſuperciliorũ leonis ſimilis fiat. Eſt enim ἐπισκύνιον extrema frõtis ruga, quã oculis ſuperinducimus, quoties attentius aliquid cogitamus, aut erubeſcimus, ut ſcripſit Rufus.

Lepra dicitur ἀπὸ τῶν λεπίδων, hoc eſt, à ſquamis ſiue laminis, ut uult Actuarius: uel à λεπρύνεσθαι quod eſt ſcabrum fieri & albeſcere, ut uult Nicandri ſcholiaſtes in Theriacis. Etymologiam Hebraicã paulò poſt dicemus.

Satyriaſis dicitur τῶν τε μήλων τοῦ ἐρυθήματος καὶ τῆς ἐκ συνουσιῶν ὁρμῆς ἀσχέτου τε καὶ ἀναισχύντου εἵνεκεν, ut ait Aretæus. Leproſi enim malas habent ex rubro liuentes ac nigricantes, & inſtar Satyrorum inexplebilem atq; impudentem coëundi libidinem. Commune itaq; hoc nomen eſt & priapiſmo, de quo ſupra: & elephantiaſi, quod ſymptoma utriusq; idem eſt: morbus uerò differens.

Cæterum lepra & elephantiaſis plerunq; differunt. Lepram enim duplicem faciunt: unam Græcorum, aliam Arabum.

Lepra Græcorum, ψωρὰ, id eſt, ſcabies eſt, ut origo nominis indicat, quæ utriq; eadem. Vtrunq; enim deriuatur à uerbo Zaraath, leproſus fuit, cognato cum Raza רצע, perforauit. Lepra enim ſiue ſcabies cutem profundius penetrat, & uicinas partes ſuo contagio inficit. Sic Hipp. lib. 5. Epid. Θεοφόρβου παῖς ἐλέπρα τὴν κύστιν. Theophorbi filio ueſica fœda ſcabie, (lepram dicunt) laborauit. Nec latini nominis origo aliam ſignificationem innuit. Scabies enim à ſcabendo, uel à ſcabritie dicitur, quæ & lepra ex ſua Etymologia Græca tribuitur. Alij lepram à ſcabie ſeparant, ratione duplici. Scabies enĩ, ajunt, ſummam cutem uaria figura infeſtat, furfuraceaq; tantum ex ſe remittit.

Lepra profundiorem cutem orbiculatim depaſcitur, ex qua pro furfuroſis ſquamulæ pallidæ & ſubnigræ decidunt. Celſus impetiginem appellat, cujus quatuor genera deſcribit ſola qualitatis intenſione & remiſſione differentia: ultimum uerò ſolum propriè lepram plerunq; uocant, ut Gorræus annotauit. Auicenna alboram nigram & impetiginem excoriatiuam appellat, quod cutis per cortices ſquamasq; reſoluitur.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Lepra Arabum, quæ & recentiorum dicitur eſt. Elephantiaſis Græcorum, quam Aretæus deſcribit, eſtq́ ut, Paulus deſcribit, cancer ſiue tumor uniuerſi corporis. Recentiorũ uerò appellatur, quod hodie quoq́ hunc affectum ſis appellant. Vt uerò lepram Græcorũ Celſus: ita lepram ſuam Arabes in quatuor differentias diuidunt, nempe leoninã, tyriã, alopeciam ſeu uulpinam, & Elephanticam, ſic denominantes à feris, quibus morbus ſimilis ſit, ſed minus dextrè. Vnus enim idemq́ morbus eſt, qui cognationem cum quatuor illis feris habet. Ex quo apparet rationem iſtorum nominum Arabes non intellexiſſe. Eſt uerò alia diuiſio eruditior, ut ſit elephantiaſis alia alba, alia rufeſcẽs, ſeu colore fuſco, hæcq́ iterum triplex: aut mitior, aut ſæuior, aut peſſima. Mitior eſt, ſanguinea & rubicunda, quæ à ſanguine feculento feruidiore oritur. Sæuior, eſt magis nigricans, quæ à ſucco melancholico præaſſato fit. Peſſima eſt ſubflauo colore uireſcens, quæ à bile flaua aduſta proficiſcitur. Alba eſt, quæ à pituita nitroſa, aduſta uel putrefacta aut atræ bili mixta oritur, cujus Plinius lib. 25. cap. 5. meminit: eſtq́ propriè lepra Hebræorum, quam in Gallorum Britannia uulgarem eſſe ſcribunt.

Eſt deniq́ & lepra recentiorum, quæ tuberculoſa dicitur, quæq́ ad Oceanum Germanicum & in Germania crebrius uiſitur, eſtq́ ueluti cancer occultus.

Cognata itaq́ ſunt nomina pſora, lepra, Elephantiaſis. Pſora ad lepram præuia eſt: lepra ad elephantiaſin, ſi magis humor uratur & malignior euadat, & morbus diutius perſeueret.

Sunt uerò & alia cutis infectæ nomina, ut uitiligo & lichen, quæ interdum confunduntur, interdum diſcernuntur. Vitiligo enim in genere uitioſum cutis, interdum ſubjectæ etiam carnis colorem denotat. Et ſic omnes lepræ ſpecies comprehendit. Quã ob cauſam Arnobius lepram, quam Dominus in Euangelio curauit, uitiliginem uocat. Sic lichen ſignificat eam ſcabiem quæ cutem eroſione exaſperat, & cũ pruritu rubrificat.

Elephantiaſin alij & elephantem & elephantiam uocant. Arabes morphæam albã, morphæam nigram & leucen, pro uarietate colorum. Albam, ubi color in album inclinat, ſuperficiem tantum occupans, uocant & alphon. Nigram, cum color niger eſt, umbræ ſimilis. Leucen ubi color magis albidus eſt, canos producens pilos languini ſimiles. Vocant & Alboram. Noſtrates den Auſſatz / Malazey / Veldſiech. Auſſatz *à ſeparando, quod infecti hoc morbo è cætu hominum ſeparari ſoleant.* Malazey / *quaſi* Mahl & zeichen *id eſt, ſignificatio, quod uultu terribili morbum denotet, uel fortaſſis à radice* מָלַט *Malath, fuga ſibi cõſuluit, quod leproſi in locum deſertũ fugiãt.* Veldſiech *quaſi morbus cãpeſtris propter noſocomium, quod extra urbem habent.*

Lepram uerò tuberculoſam, uocant den knopffeten Auſſatz.

Pſoram id eſt, ſcabiem den grind oder raud, *à radice Radah* רָדָה *id eſt, cruciauit. Scabies enim & malus uicinus duo ſunt mala, quæ æquè cruciant, adeò ut Iudæus utrunq́ aduerſario ſuo imprecari ſoleat. Appellant &* die krätze, *à uerbo. Kerez denotante* ἀπόσπασμα, *auulſionem, quod auellat cutẽ à carne, uel quod auelli ſoleat. Vnde uerbum* Kratzen. *Lichenem Plinius impetiginem. Celſus papulam: recentiores ſerpiginem, noſtrates* geflecht & zittermahl & ſchörtzen / *à nomine* שְׂרָד *Sered, quod rubricam uel filum rubrica infectum denotat. Serpigo enim rubro colore eſt. Vel à Sereth* שֶׂרֶט *quod inciſuram ſignificat, unde Germanicum* Ritzen. *Impetiginem autem feram Plinius mentagram uocat, Arabes Saphati ex Hebræo* סַפַּחַת *Saphahat ſignificante ſcabiem ſerpentem, quæ cuti adhæret. Noſtrates* den wilden Nehres *uocant, id eſt, ferinum exanthema, à uerbo Nezer ſignificante florem & ſurculum, quod effloreſcat in facie & trahat ſuccum è capite uelut ſtipite.*

Hactenus de nominibus morborum.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

DE PARTE AFFECTA.

Pars affecta eſt ſubjectum morbi, id eſt, membrum morbum patiens. Græci τὸ πεπονθὸς μόριον, uocant. Galenus πεπονθότα τόπον ſedem malè affectam uel locum patientem.

Eſt autem pars affecta non tantum ea, quæ morbum patitur permanentem, qui jam factus ſit, actionemq; lædit, ſed & tranſeuntem, qui partim ſit, partimq; permanſionem nondum accepit. Sic colici doloris pars affecta colon eſt; non tantum cum cauſa uehementer affligit, ſed & ſi aliquando tranſitum tantum fecerit. Opponuntur itaq; pars affecta, quæ ægrotat, & pars ſana, quæ morbi expers eſt. Partes ſanæ ſpiritu: ægrotæ ichore ſeu ſanie replentur, ait Hipp.

Num uerò quælibet pars corporis humani ægrotare poſſit, de eo quæri ſolet. Tres enim ſunt res præter naturam, morbus, cauſa morbi & ſymptoma: & rurſus duplices partes corporis humani, aliæ animatæ, ut potè ſolidæ, aliæ inanimatæ, ut humores, & ſpiritus, ut pleriq; ſentiunt. Morbum igitur Medici ipſis continentibus, id eſt, partibus ſolidis aſcribunt, ut uenis, arterijs, ligamentis, neruis, carni, uiſceribus, oſſibus & reliquis. Cauſam uerò morbi ipſis contentis, id eſt, humoribus, qui uel quantitate uel qualitate ſua præter naturam morbos efficiunt. Spiritibus deniq; ſymptomata attribuunt, quæ nihil aliud ſunt, quàm læſiones functionum, quæ ſpirituum ope perficiuntur. Ad has enim & mutata qualitas & excrementum mutatum referri poteſt & debet, cum utrunq; non exiſtat in corpore, niſi partis alicujus præcedat læſio. Ex quo ſequi uidetur ut ſolæ partes ſolidæ morbo laborare poſſint, humores & ſpiritus morbi expertes dici debeant. Sanitas enim et morbus affectiones ſunt corporis uiuentis tantum, ut aſſerit Ariſtoteles lib. de ſenſu & ſenſili.

Quod ſi uerò rem exactius perpendamus, nullam partem ſiue continentem ſiue contentam à morbo excludemus. Nam & humores & ſpiritus, eruditi plerunq; partes animatas faciunt. Vtraſq; enim nutriri, augeri & imminui uidemus. Spiritus uerò cum ſit calor natiuus, uel anima ipſa eſt, uel primum animæ inſtrumentum, ut aſſerit Galenus, quamuis impropriè. Calor enim ut qualitas à ſpiritu qui eſt ſubſtantia, categorijs differunt. Præterea non rectè dictum Ariſtotelis huc accommodatur. Is enim citato loco lapides tantum, aliaq; corpora uitæ expertia, nec morbo affligi, nec ſanitate frui affirmat, partes uerò uiuentis corporis ſiue eæ animatæ, ſiue inanimatæ ſint, ſanas uel ægrotas dici debere minimè negat. Idem itaq; alibi αἷμα ὑγιὲς & νοσικὸν, id eſt, ſanum & morbidum ſanguinem uocat: ac νοσικὸν quidem menſes in mulieribus: ὑγιὲς ſanguinem ſapore dulcem & colore rubrum.

Aegrotat autem pars uel una uel plures uel omnes: & rurſus alia per ſe, alia per conſenſum.

Cum una ægrotat, ea uel continens eſt, uel contentum. Cum plures ægrotant, ea ſunt uel plura continentia, uel plura contenta, uel utraq; ſimul. Nihil enim prohibet, quo minus interdum duos morbos conſtituamus, unum aſcribentes contentis, alterum continentibus, ut ſi cum hectica febris putrida copuletur, quod accidere poſſe Gal. in libris de differentijs febrium teſtatur: aut ſi uentriculus propria dyſcraſia laboret, ut frigida: & ſimul in eo deprauata eſculenta contineantur, quæ nec concoqui nec in chylum à ſano aliàs uentriculo conuerti poſſunt.

Pars affecta per ſe eſt, cui morbus ipſe uel morbi cauſa inſidet. Appellatur & pars affecta propriè & primariò. Græcis κατ᾽ ἰδιοπάθειαν.

Pars affecta per conſenſum eſt, cui nec morbus ipſe nec morbi cauſa inſidet, ſed συμπάσχει, id eſt, cum alia patitur, adeò ut actio ejus lædatur. Poteſt autem lædi tripliciter, id eſt, aboleri, imminui, deprauari.

Neq; enim neceſſe eſt partem eam, cujus actio læſa ſit, ſtatim etiam morbo teneri, ut poteſt digitus ſentiendi uel mouendi facultate deſtitui, quamuis omni uitio per idiopathiam careat. Appellatur & pars affecta impropriè & ſecundariò. Græcis κατὰ συμπάθειαν.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Nec tamen pars omnis per συμπάθειαν afficitur, quæcunq; ab alia afficitur. Deſtillatio à capite ſæpe pleuritidem excitauit, nec tamen eo caſu pleura abſceſſu tentata per ſympathiam laborat, ſed per idiopathiam. Alio igitur nomine perſpicuitatis gratia, caput πρωτοπαθὲς & pleura δευτεροπαθὴς dicetur, cum & cauſa morbi & ipſe morbus in utriſq; partibus hæreat. Neq; enim rarò accidit, ut pars affecta per conſenſum, afficiatur tandem per ſe, ſi morbus perſeueret diutius.

Partes autem uel conſentiunt uel diſſentiunt. Rurſus conſentiunt uel eſſentialiter, uel accidentaliter. Eſſentialem conſenſum facit ſubſtantiæ affinitas, & ſic omnia oſſa inter ſe conſentiunt. Accidentalem conſenſum habent quæ ſunt uel contiguæ, uel continuæ, uel medijs conjunctæ, uel ſitu inter ſe communicant.

Contiguæ ſunt, quæ uicinæ ſunt adeò, ut ſe contingant, ut in primo uentre cerebellum & ſpinæ principium: in medio uentre pulmones, cor, diaphragma, œſophagus & latera: in infimo uentre uentriculus, epar, lien, inteſtina, diaphragma, uterus, ueſica, rectum inteſtinum. In artubus femur cum tibia, brachium cum cubito.

Continuæ ſunt uel quædam tantum, ut duodenum, uentriculus, gula & palatum. Vel omnes totius corporis partes, unum quippe corpus conformantes.

Media, quibus conjunctæ partes inter ſe conſentiunt, ſunt caui ductus, nerui, ligamẽta & partes intermediæ.

Caui ductus ſunt œſophagus, uentriculus, aſpera arteria, uaſa uretica, uenæ, nerui, arteriæ. Oeſophagus igitur uentriculo, cui jungitur, conſentit: aſpera arteria pulmonibus, quibus inſeritur: ueſica renibus, quæ uaſis ureticis ſociantur: epar & cor toti corpori, per uenas & arterias, ab utroq; uiſcere prodeuntes, & in omnes corporis partes diſſeminatas.

Nerui diſtributi hinc inde faciunt ut cerebro partes quæ ſentiunt: & ſpinæ, partes quæ mouentur, conſentiant.

Ligamenta uterum jungunt coxarum oſſibus, unde mutua illorum συμπάθεια.

Partes interjectæ ſimilem conſenſum faciunt. Sic ſpina uentriculo ob ſuccingentem membranam mediantem: manus pectori: inteſtina cerebro, epati ſtomachus & clauiculæ conſentiunt.

Situ inter ſe communicant, quæ eandem ἕξιν habent, id eſt, rectitudinem quandam meatuum, eamq; ratione proceſſionis triplicis. Hinc partes ſuperiores cum inferioribus ſecundum longam: dextræ cum ſiniſtris ſecundum latam: internæ cum externis ſecundum profundam directionem conſentiunt.

Diſſentiunt partes, quæ ab alijs integritatem ſuam uel læſionem non accipiunt, nec communicant: ut calidæ à frigidis: humidæ à ſiccis. Calidæ ſunt carnoſæ & ſanguineæ, ut cutis, caro, adeps. Frigidæ ſunt exangues, ut uena & arteria. Humidæ ſunt ad tactum molles, ut adeps. Siccæ ad tactum duræ, ut pilus, dens, os, cartilago.

Rurſus ratione modi pars compatitur, aut poſitiuè, aut priuatiuè.

Poſitiuè cum pars conſentiens aliquid aliunde illapſum excipit, ut ſpiritum, uaporem, qualitatem, humorem, facultatem, ut in epilepſia & dolore capitis, cum cerebrũ à fumanti uentriculo ſuſcipit.

Priuatiuè cum non affluit, quod affluere debuit, quia uel impeditur uel deficit. In paralyſi crurum, uerbi gratia, impeditur facultas ſenſus à cerebro, quia luxata ſpinæ ſuperior. In apoplexia impeditur facultas motrix & reſpiratio, quia cerebrum inſigniter obſtruitur. Vox autem uitiatur, quia flatus deficit, obſtructis pulmonibus aut reſolutis coſtarum muſculis, aut perforato thorace. Sic corpus contabeſcit obſtructis uenis jecoris, impedita diſtributione ſanguinis. Hanc ſympathiam incompletam Auicenna uocat. Nam, uerbi gratia, in uocis amiſſione ex materiæ uocem facilentis, quæ per efflationem fit defectu, uocis inſtrumenta nihil affecta ſunt, materia tantum deficit.

Deniq; pars compatitur, ratione communis functionis, ejuſq; triplicis animalis, uitalis, naturalis. Conſentiunt itaq; caput, nerui, muſculi, ſpinalis medulla & externorum ſenſuum organa, eò quod partes

o anima-

animales ſunt: & harum una aliqua affecta ſiue per ſe, ſiue per conſenſum actio animalis læditur. Cor uerò & arteriæ, eaq; quæ continent, conſentiunt eo quod partes uitales ſunt, quæ ad pulſationem, & generationem transmiſsionemq; uocalium ſpirituum pertinent. Pulmones, thorax, aſpera arteria fauces, diaphragma & thoracis muſculi conſentiunt, eo quod partes uitales ſunt, quæ ad reſpirationem per ſe faciunt, Iiſdem uerò & cor & cerebrum conſentiunt, eò quod & ipſa ad reſpirationem faciunt, ſed per conſenſum. Palatum, fauces, larynx & ejus muſculi: item epiglottis & columella & nerui, quibus gutturis muſculi mouentur, conſentiunt, eò quod uocem edunt propriè. Iiſdem uerò & cerebrum & ſpiritus & inſtrumenta reſpirationis conſentiunt, eò quod & ipſa uoci edendæ ſeruiunt, ſed communiter.

Palatum, dentes, labra, lingua & nares conſentiunt, eo quod ad ſermonem articulandum faciunt propriè. Iiſdem uerò & inſtrumenta tum uocis tum reſpirationis conſentiunt, eo quod & ipſa eundem uſum obtinent communiter.

Oeſophagus, uentriculus, jecur & uenæ conſentiunt, eò quod communis eſt illarum naturalis functio, concoctio nimirum & alimenti delatio. Veſica fellis, renes, lien, ueſica & uaſa urinaria conſentiunt, quia communis illorum functio, nempe ſuperfluorum excretio. Teſtes, uaſa ſpermatica & uterus conſentiunt, eò quod generationi communiter ſeruiunt. Eadem eſt ratio panniculi carnoſi, muſculorum aſcendentium & deſcendentium, peritonæi & abdominis, quæ inter ſe conſentiunt, eò quod communi officio, quod eſt continere membra naturalia, funguntur.

SIGNA PARTIS AFFECTÆ SIMPLICITER.

Scire locum laborantem tanti refert, ait Galenus, ut tota ars Medica non ſex menſibus tantũ, ſed ſex diebus comprehendi poſſit, ſi eam, quæ ad particulas attinet, tractationem adimas. Qui enim affectam partem exactè cognouerit, is & curabit facilius, & præſagiet certius, & ipſam affectus ſpeciem eadẽ opera ſæpe agnoſcet. Sic adunci ungues pariter & tabis affectum & pulmones affectos eſſe demonſtrat. Vt uerò magnum hæc cognitio uſum habet, ita plena difficultatũ eſt. Plerunq; enim locus malè affectus obſcurus eſt, qui nec uiſu obſeruari, nec auditu ex aliorum narrationibus cognoſci poteſt: unde ad ſignorum ſyndromen confugere oportet, quæ Medicum in re tam graui & abdita certiorem faciant.

Signorum alia manifeſta ſunt, alia occulta. Manifeſta ſunt, cum partes externæ ſunt, ſubq; ſenſum cadunt.

Occulta ſunt internarum partium, quæ uaria ſunt, petita uel à cauſis, uel ab affectis, uel ab utriſq; ſimul. Rurſus cauſa, cur una potius quam altera pars affecta ſit, aut externa, aut interna eſt.

Externa cælum eſt, anni partes, regio, uictus forma, uitæ condicio.

Interna eſt, ipſius partis natura, ægrotatas, ſexus, parentes.

Effectus ſunt partis cujuſq; proprius affectus & dolor.

Vtraq; ſimul ſunt, morbus hic uel ille communiter graſſans, cõſuetudo laborãdi ex hoc uel illo membro, juuans & nocens. Sunt igitur in uniuerſum numero tredecim.

I. Remota cauſa cælum eſt, à quo etſi incerta conjectura, non tamẽ inutilis peti poteſt. Nam quæ non proſunt ſingula, multa juuat. Singulis autem ſignis & planetis certa mẽbra dicata ſunt, ut Arieti caput, tauro collũ, Geminis, brachia & humeri, Cancro, pectus: leoni cor & dorſum. Virgini, uenter imus, libræ, lumbi, renes, ueſica. Scorpio, pudenda. Sagittario, coxæ. Capricorno, genua. Aquario, crura. Piſcibus, paruus pes. Sic Saturno aures, Ioui cerebrum, Marti nerui, Soli, cor & oculi. Veneri, gula & membra genitalia: Mercurio, lingua & pulmo. Morbo igitur incipiente, cùm Luna uerſatur in Ariete, pars affecta caput eſt: cum in Tauro, collum: cum in Geminis pectus, & ſic deinceps.

Quod

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Quod ſi Saturnus affligatur, aures laborabunt. Si Iupiter, cerebrum; Si Mars, nerui, & ſic de alijs ſimiliter. Nihil enim, ut ait Hermes Triſmegiſtus, ſine ſtellarum congreſſu ſiue influxu in rebus humanis, aut ualetudinarium, aut ſanum eſt.

II. Anni partes membrum patiens indicant, ut Ver cutem, cerebrum, articulos. Aeſtas, aluum, aures, ſanguinem. Autumnus, lienem, collum, inteſtina, coxendicem. Hyems caput, pleuram, pulmonem. Cauſas recenſent interpretes ad librum tertium aphoriſmorum Hippocratis.

III. Regio interdum etiam, cum certis partibus peculiari quodam fato noxam inferre ſoleat: ut ſolum Pinzgauienſe anteriori gulæ parti tumorem, quem Græci βρογχοκήλην, *moderni bocium uocant. Aquitania dorſo gibbum: Luſitania pulmonibus phthiſin, Apulia, ueſiculæ icterum. Mauritania Libyis dracunculum. Cæteræ terræ alijs partibus morbum uernaculum, quem Hipp.* ἐπιχώριον: *alij* ἔνδημον *&* τοπικὸν *uocant.*

IV. Victus forma uentriculi aut jecoris laborantis ſignum eſſe poteſt: ut lepus marinus, pulmonis, Cantharides, ueſicæ: alimenta craſſa ac lenta renum & ueſicæ affectorum.

V. Vitæ condicio partes pati oſtendit, eas quibus inſunt potentiæ, quæ in quouis officio magis laborant: ut infectori pulmones phthiſi: deauratori & mineralium foſſori neruos tremore affectos eſſe ueriſimile eſt.

VI. Ipſius partis natura, ut fungus in capitis ulceribus, duræ membranæ læſionem oſtendit.

VII. Aegroti ætas, ut puero gingiuarum dolorem dentiendo, adulto dentium dolorē & cariem: rurſus puero ueſicam: adulto renes ex lapide facilius affici conjectamus.

VIII. Sexus, ut fœminis uterum ſuffocatione: & ubera lactis defectu: uiris autem penem gonorrhæa, & mentum ſuis morbis laboriſre ſignificat.

IX. Parentes. Nam quas partes, ut cerebrum, articulos aut oculos parentes imbecillos habent, filij ferè ſeruant.

X. Affectus cujusq; partis proprius, isq; uel morbus, uel cauſa, uel ſymptoma.

Morbus uel eſſentia uel ſitu ſuo.

Eſſentia, ut ſuffuſio, oculos: granula quædam in lingua, quæ curationem non admittunt, elephantiaſin denotant.

Situ, ut affectus intus ſub hypochondrio dextro, epar: ſiniſtro, lienem affici ſignificat: ſi ad latera lumborum profundius, renes: ſi in pectine intus, ueſicam læſam: ſi adhuc profundius ſuper inteſtinum rectum, in fœmina uterum. Et dextri hypochondrij tumor per coſtarum extrema productus in jecore eſt: exporrectus in uentris longum, rectos muſculos abdominis occupat.

Symptoma eſt actio læſa, mutata qualitas, excreta & retenta.

Actio læſa eam partem à qua edi ſolet, affici oſtendit, ut imaginatio cerebrum: cæcitas uiſum: læſa tactio neruos: læſus motus neruos & muſculos in ea parte quæ mouetur, affectos eſſe demonſtrat, & ſic de alijs. Omnis enim pars actionis inſtrumentum eſt: & læſa actione partem, per quam exerceri ſolet, lædi & ipſam neceſſe eſt.

Cauſa, ut attrectatio lue Gallica laborantium partes genitales morbo Gallico infectas ſignificat.

Mutata qualitas, ut color, ſonus, ſapor, odor, tactilis qualitas, uitioſa & à naturali mutata, eaq; uel partis, uel totius corporis.

Partis, ut rubedo maxillarū, pulmonis inflammationem: uitioſus color oculis, hypoſphagmate oculos, ueſiculam ictero, hæmorrhoides & uterum fluxu laborare oſtendit.

Sonus in auribus aurem malè affectam: ſternutatio cerebrum excalefactum, aut perhumectatum ſpatium inane in capite: ructus affectum uentriculum: crepitus uētris affectus frigidos inteſtinorum: ſonus ſpecillo in ulcus immiſſo & oſſe contacto corruptionem oſſis.

Sapor uitioſus humores in uentriculo, amarus bilem: ſalſus pituitam ſalſam: acidus acidum humorem: dulcis, dulcem: inſipidus, inſipidam & aqueam pituitam: fœtidus putrem.

Odor fœtens illius partis, unde uenit, humorum corruptionem aut excrementum aliquod. Sic ſudor fœtens à pedibus proueniens, in eis humores putrere indicat. Fœtida tuſsis pulmonis ulcus.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Os fœtens aut oris ulcus, aut dentem putridum, aut gingiuas corrumpi. Fœtens ſpiritus lienem affectum.

Calor in quacunq; humani corporis parte tactu perceptus, ibi calidam intemperiem ineſſe ſignificat: frigus frigidã intemperiem, niſi ab euidenti cauſa excitatum ſit. Frigus paulò ſupra umbilicum tactui occurrens, frigidam uentriculi intemperiem teſtatur. Siccitas in parte occurrens intemperiem ſiccam, id eſt, tabem uel atrophiam adeſſe ſignificat. Humiditas contra humidam intemperiem.

Totius corporis, ut in ictero flauus, in ictero nigro, niger, in hydrope plumbeus aut pallidus, color hunc aut illum humorem præter naturam abundare in corpore & partes naturales contaminare ſignificat. Calor totius corporis febris eſt & cor affectum denotat. Frigus, frigidam epatis intemperiem, ſiccitas, ſi calida ſit, febrem hecticam.

Excreta præcipuam affectorum locorum notitiam præſtant. Duplex autem meatus eſt, per quem fit excretio, alius naturalis, alius non naturalis. Naturalis eſt auris, oculus, naris, os, gula, guttur, ſedes, collum uteri & ueſicæ & porus corporis. Non naturalis eſt ulcus & uulnus. Rurſus excretorum per meatus naturales, aliud eſt ſubſtantia, aliud magnitudo. Excretorum per meatus non naturales, aliud ſubſtantia, aliud modus.

Subſtantia, ut ſordes aurium copioſior aurem læſam.

Lippitudo multa inſolens: mucus naſi multus, tenuis, crudus, cerebrum affectum. Furfures caput plenum prauis ichoribus.

Sputum partium uitalium uitium, ut thoracis, pulmonum, aſperæ arteriæ, gutturis, aut alicujus inſtrumenti reſpirationis. Vitioſum autem ſputum eſſe oportet, id eſt, non concoctum, ut ſanguine aut altera bile reſperſum, miſtumúe, aut ſpumoſum, aut aliter corruptum.

Sanguis tuſsi rejectus pulmonem: per nares aut palatum rejectus percuſſo ualenter capite, meningem aut ejus uaſa læſa.

Pus ſimili modo excretum, item grando & grumus ſanguinis, pulmonem, thoracem, laryngem læſam.

Stercus uarium, uarios inteſtinorum, uentriculi, meſaræi affectus, & interdum corporis totius: fœtens concoctionem, non fœtens cruditatem.

Vrinæ ſubſtantia tenuis cruditatem: craſſa mediocriter coctionẽ. craſsior & perturbata dum mingitur uel interitum, ſi cum uirtute debili ſic maneat: uel coctionem futurã, ſi tenuiores urinæ præceſſerint. Quod ſi initio clara ſit & poſt mictionem perturbetur, humorum coctionem in uenis breui tempore à natura peragendam demonſtrat.

Vrinæ color genus humoris peccantis demonſtrat, albus ſanguinem ſeroſum, ſi adſit cruditas: aut flauæ bilis ad ſuperiores uel inferiores partes à uaſis urinalibus auerſionẽ: uiridis ſimilis ſiſtico frigiditatem: æruginoſus aduſtionem: oleaceus, colliquationem. Ruber uel admixtionem bilis, ut in febribus: uel admixtionem ſanguinis ſeroſi, ut in hydrope, cachexia & colica: uel maximam excalefactionem ſanguinis.

Flauus impenſè, nimium bilis deſcenſum in renes, uel nimium illius in epate & uenis prouentum, uel obſtructionem debilitatemúe ueſicæ fellis.

Niger in fine quartanæ, in puerperio, in ſuppreſsione menſtruorum, criſin. Aliàs exceſſum caloris, ſi æger ſitit: aut frigus mortificans, ſi æger non ſitit, aut ſedimentum paucum ſed unitum ſit.

Quod ſi nigra poſt ictum aut comeſtionẽ rei nigræ contingat, externam cauſam demonſtrat.

Ex contentis in fundo hypoſtaſis farinacea calorem igneum: folioſa eundem ſed uehementiorem: uel ueſicæ eroſionem: furfuracea, eundem calorem ſed intenſiorem, uel uitium ueſicæ: tenuis & alba, ſpiritum flatuoſum tenacem remiſtum humori excrementitio & ſemicocto.

Spuma flatum cum humore uiſcido mixtum. Pinguedo ſiue in toto corpore urinæ ueluti jus, ſiue in ſuperficie ſuprema tantum, calorem igneum, qui adipem, carnem, partes carnoſãs et humidũ ſubſtantificũ colliquat.

Capilli cum urina excreti non tam renes quàm ureteres affici demonſtrant. Pilorum enim longitudo ureteres æmulatur.

Caruncula cum lotio reddita, uel renum maximam exulcerationem, uel calidam tantũ renũ intemperiem, ſi caruncula ſit aliquid carni ſimile uel acrem & ſalſam urinam.

Arenulæ in matula reſidentes, uel aduſtionẽ ſanguinis in uenis ſignificat, ſi in umbra ſiccatæ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſiccata ſint mollés & tractabiles: uel renum affectum, ſi aſpera & duræ fuerint. Rubræ autem ſunt à renibus: non rubræ à ueſica, ut ſi fuerint albæ uel terreæ, uel ut lutum.

Lapis concretionem ſuccorum, uel arenularum in ueſica aut renibus.

Grumus ſanguinis, recens ulcus.

Pus, ulcus inueteratum ac ſordidum, aut in rene, ſi ſine dolore: aut in ueſicæ ceruice, ſi magno cum dolore effluat.

Pituita ueſicæ calculum, uel ſordidū ceruicis ulcus, ſi cum dolore redditur. Quod ſi citra dolorem, crudum renum aut internarum ejus partium abſceſſum indicat.

Sudor nota eſt ſuccorum in uniuerſo corpore abundantium, ut urina eorum qui ſunt in uenis. Sudor autem uel erumpit uel non erumpit. Si non erumpit, etiam adhibitis ſudorificis, cutem denſam & duram eſſe oſtendit. Si erumpit aut ab uniuerſo corpore dimanat, uel à certis partibus, qui qua parte corporis fit, ibi morbum eſſe oſtendit, teſte Hipp. l. 4. aph. 39.

Lac è mammis grauidæ multum fluens imbecillitatem fœtus, ſemen uiri aut mulieris ſponte profluens, liquidius eſſe, aut uaſa ſpermatica affici: menſes largiores, pauciores, decolores affectum uterum.

Aborſus uteri uitium, id eſt, humiditatē acetabulorum interdum demonſtrat.

Bronchium tuſſi excretum tracheam arteriam, aut pulmones malè affici indiſtinctè oſtendit: magnum autem tracheam arteriam: paruum pulmonem diſtinctius. Sic ramentum craſſum aliquod craſſorum: tenue aliquod tenuium inteſtinorum lædi ſignificat.

Excretorum per meatus non naturales ſubſtantia, ut urina per uulnus aut ulcus reddita ueſicam, ureteres, renes diſciſſos eſſe, ac dextrum quidem, ſi in parte dextra, ſiniſtrum, ſi in ſiniſtra appareat.

Stercus per uulnus excretum, uel in uulnere ſtercoris odor, pertuſum inteſtinum.

Cibus & potus per uulnus excreta, uentriculum aut inteſtinum aliquod perforatum: & ſic de alijs.

Modus, ut ſanguis exiens ſaliendo, arteriam diſciſſam deſignat, præſertim ſi ſit flauior & tenuior. Sic chylus ex aperto uentriculo decidit, ſi plurimum eructant laborantes: ex inteſtinis autem, ſi cum flatu & crepitu per infernam aluum deſcendit.

Retenta, ut in nephritide urina cum difficultate redditur, aluus fluit: in coli dolore aluus ſiſtitur, urina fluit. Suppreſſa urina uitium aut in renibus, aut in ueſica, aut urethra, h. e. urinaria fiſtula ſignificat.

Cibus & potus diu in uentriculo contenta, ubi magnum ponderis ſenſum afferunt, ſcirrhum aut alium tumorem in ecphyſi declarant.

Dolor, qui ad ſymptomata quoq; refertur, non minus probabiles affectæ partis notas præbet. Hujus autem conſideratur uel ſitus, uel mutatio, uel ſpecies.

Situs, ut ſi dolor ſentiatur in dextro hypochondrio, oſtendet affici partes dextras, ut uel jecur, uel renem dextrum, uel partem coli inteſtini, uel muſculos abdominis, & ſic de alijs. Nam ibi morbus, ubi dolor.

Mutatio, quæ decubitu obſeruatur. Nam ſi exterior ſit affectus, grauius in partem affectam & facilius in ſanam decumbit: ſi interior, facilius in partem affectam & grauius in ſanam, quia pendulum uiſcus dolorem ingeminat.

Species uaria eſt. Res enim objecta, quæ facultati ſentienti et percipienti aduerſatur, aut alterat, aut diſtendit, aut grauat, aut lacerat, aut mordicat, aut perforat, aut pulſat, aut ſtupefacit.

I. Quæ alterat, refrigerat aut calefacit. Hinc dolores, quos Hipp. ὀδύνας θερμὰς & ψυχρὰς, id eſt, calidos & frigidos uocat. Calidi, caloris ſenſum faciunt, & à frigidis leniuntur. Frigidi, frigoris ſenſum inferunt, & calefacientibus mitigantur.

II. Quæ diſtendit, partes in longum trahit & decurtat. Hinc dolor τονώδης, id eſt, tenſiuus, communis omni parti ſentienti, ut neruis, membranis, muſculis, cuti, item & adenibus. Neruorum diſtentio eſt uel totius corporis, uel partium. Totius corporis neruorum diſtenſio, conuulſio eſt, cum nerui uerſus principium & finem uſq; ad cerebrum, ut fides citharæ tenduntur. Partium diſtenſio eſt ſpaſmus, cerebrum non attingens, fitq; uel ab inanitione, uel à repletione.

Membra-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Membranæ diſtendantur in dolore capitis, pulmonis, epatis, lienis et renum, cum hæ partes uel replentur à ſpiritu tenui & flatuoſo, fitq́ citra grauitatem & pulſum: uel tēduntur ab humorum copia, fitq́ cum grauitate: uel à tumore calidiore, fitq́ cum pulſu.

Muſculorum diſtentio, laſſitudo tenſiua dicitur, quæ ab immodicis exercitationibus humores fundentibus oritur.

Cutis deniq́ & glandulæ ualdè inflammatæ tenſione dolent à multo humore intra ſe contento, ut uterus fœtu grauiore, uentriculus cibo largiore diſtentus.

III. Quæ grauat, partem inſtar ponderis loco incumbentis, premit. Hinc dolor Βαρὺς*, id eſt, grauis, communis membro ægrè ſentienti, ut cerebro, pulmoni, epati, renibus. Ac cerebro quidem & toti capiti ab humorum copia, ut ſanguine, melancholia, pituita; pulmoni & epati ab inflammatione. Renibus tum ab inflammatione, tum à calculo majore. Hic & obtuſus dicitur, eſtq́ acuto oppoſitus.*

IV. Quæ lacerat, membranam à carne quaſi diuellit. Hinc tenſiuo cognatus eſt, cum & ipſe diuellat, ſed non neruos & uaſa, ſed carnem tenſam ob membranas per carnem mediam plurimas inæqualiter inſertas, & eam quoq́ circumdantes. Membranarum itaq́ proprius eſt.

V. Quæ mordicat, omnem partem ſenſibilem humore mordaci ſtimulat & erodit. Hinc ὀδύνη μετὰ δήξεως *uocatur, & ſtimulans. Accidit præſertim capiti ab humorum & uaporum acrimonia: nec non inteſtinis ab exulcerante dyſenteria.*

Huic ſimilis dolor ulceroſus eſt & pruriginoſus.

Vlceroſus eſt, qui cutem & partes imas ad oſſa uſq́ affligit.

Pruriginoſus eſt, qui cutim tantum infeſtat primum & per ſe, ſecundò & ex accidenti carnem etiam: unde ulceroſi doloris præuius.

VI. Quæ perforat, partem ſenſilem magis quàm mordicans afficit. Hinc ὀδύνη ὀξὺς *dolor acutus &* νυγματώδης *punctorius ſeu fodicus dolor uocatur, quo ceu acu aut terebro perforante aut palo impacto membrum affici uidetur, familiaris colo inteſtino & calculo inæquali, item membranis cerebri ex pituita uitrea, nec non membranis alijs, quæ oſſibus alligantur, ut in pleuritide, propter inflammatam membranam, quæ cohæret oſſibus. Cæteræ enim membranæ, quales ſunt pulmonis, cordis, epatis & ueſicæ graui dolore affici ſolent. Huic igitur ſimilis profundus eſt, & is qui* ὀστοκόπος*, oſſium dolor dicitur. Profundus ab accidente dictus, quod partium ſit in profundo ſitarum:* ὀστοκόπος*, quod in membranis, quæ oſſibus adjacent conſiſtat, ideoq́ oſſium ipſorum ueluti dolentium præbet. Acuto dolor grauis opponitur, de quo ſupra. Profundo autem ſuperficiarius, qui & ſublimis dicitur, qui cutem carnemq́ proximam morbo corripi denunciat.*

In genere igitur acutus & uehemens dolor partem exquiſiti ſenſus affici denotat: ut ſunt oculi, membranæ cerebri & aliarum partium, ſtomachus, uterus & partes neruoſæ, ſed & ueſicæ ceruix propter meatus anguſtiam & tranſitus difficultatem. Grauis & obtuſus dolor partem non exquiſiti ſenſus affligi ſignificat, ut ſunt cor, epar, pulmo. Renes ambigunt. Nam in uenis, arterijs, tunica ſuccingente, & in exortu ureterum, acutus, in carne obtuſus dolor percipitur. Sic magnitudo doloris in mictione collum, non ueſicam affici declarat.

VII. Quæ pulſat, arterias, easq́ partes, in quibus eæ continentur, cum dolore premit. Hinc ὀδύνη σφυγμώδης ἢ σφυγματώδης*, dolor pulſatorius, proprius uehementi inflammationi in arterijs (quæ ſolæ pulſant in homine, uel citra dolorem ut in bene ualente, uel cum dolore, ut in male affecto) idq́ proprio & primario affectu: in reliquis uerò partibus per conſenſum, eò quod à tactu uicinorum comprimantur.*

VIII. Quæ ſtupefacit, partes quaſcunq́ torpore afficit, unde & dolor, qui inde excitatur, ſtupidus & torpidus uocatur: eſtq́ nullius partis proprius: nec tam dolor, quam quiddam ex dolore & ſtupore compoſitum, ut ulcus inflammatum duas res diuerſas ulcus & inflammationem comprehendit.

Hactenus de ſignis partis affectæ ab affectu partis proprio & dolore ſumtis.

XI. Morbus, hic uel ille hoc tēpore graſſans in populum, eandem in detegenda parte affecta præſtat gratiam. Nam par eſt conjectari eandem partem affici in ſingulis, quæ in uniuerſis patitur.

XII. Con-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

XII. *Conſuetudo laborandi. Nam qui ex hac aut illa parte laborare conſueuit, eandem facilius poſſe pati, & jam affici ueriſimile eſt.*

XIII. *Iuuans & nocens, idq; aut medicamentum, aut cibus, aut potus. Singulæ enim particulæ quibusdam adhibitis delectantur: alijs offenduntur. Si igitur v. g. frigida reſpiratio proſit, thoracem excalefactum eſſe oſtendet: ſi potus ſimilis, uentriculum: ſi clyſter inteſtinum.*

Sic in ſanguinis uomitu, ſi acria maximè juuent, eum ex uentriculo prorumpere: ſi ea quæ reprimunt, proſunt, eum ex pectore aut pulmone profluere. Si uinum datum noceat, eum ex capite manare declarabit.

SIGNA PARTIS AFFECTÆ VNIVS VEL PLVRIVM.

PArs affecta uel una eſt, uel plures, uel omnes. Vna affecta eſt, ſi actio læſa ſit propria unius partis, ut dejectio & mictio inuoluntaria poteſt fieri à ſolo muſculo ani aut ueſicæ reſoluto aut diſciſſo. Quod ſi actio læſa ſit communis plurium partium tum uel una uel plures ſimul affectæ eſſe poſſunt, ut reſpiratio uel uox læditur uel una, uel pluribus, uel omnibus partibus reſpirationi & uoci ſeruientibus læſis, ut diaphragmate, thorace cum ſuis muſculis, pulmonibus, aſpera arteria, muſculis octo epigaſtrij, uel ijs quæ cum dictis mouentur. Sic atrophia oritur læſa uel una uel pluribus partibus tum ſingularibus tum alijs partibus nutritioni deſtinatis, ut uenis, uentriculo, inteſtinis, epate. Et dejectio læditur, quibusdam uel omnibus eam juuantibus læſis, ut inteſtinis, muſculis octo epigaſtrij, diaphragmate. Vtra autem illarum ſit læſa ſimpliciter, ex ſignis, de quibus paulò ante diximus & jam dicetur cognoſci oportet. Vbi illud prætermittendum non eſt, multos eſſe hos locos ex quibus ſigna petuntur: nec tamen omnium ubiq; uſum eſſe quærendum. Quædam enim ex ſola actione læſa, quædam ſine hac ſignis alijs deprehenduntur.

SIGNA PARTIS AFFECTÆ PER SE ET PER CONSENSVM.

LAeditur actio læſis non modo partibus, quæ eam efficiunt, ſed etiam ijs, quæ connexæ & adhærentes ſunt: ut reſpiratio uitiatur affecto utero aut uentriculo, quæ partes quamuis reſpirationi non ſeruiunt, ijs tamen conſentiunt. Multum autem intereſt ſcire, num pars affecta laboret primario affectu, an per conſenſum. Qui enim hoc ignorat, is nec remedia loco conuenienti applicare poteſt, nec recta methodo mederi. Nam v. g. ignarus hujus diſcriminis manui reſolutæ adhibebit, quæ ceruici apponenda ſunt, cum ex illa principium affectionis pendeat: aut cerebro tantum applicat & non potius uentriculo, in uertigine κατὰ συμπάθειαν: quod in Medicis imperitis irridet Galenus lib. primo de locis affectis.

Rectam uerò methodum in curando non obſeruabit, eò quod parti primo laboranti, primum non ſuccurret, qua percurata, ea quæ condolet, conualeſcit, non contrà.

Pars igitur affecta per ſe ab affecta per conſenſum accurrato ſtudio diſtingui debet: idq; ex certis notis, de quibus jam dicemus.

Sunt autem partis per ſe affectæ ſigna alia manifeſta, alia occulta. Ex manifeſtis eſt morbus partis proprius, ſeu proprium accidens partis. Nam v. g. cerebrum per ſe affectum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

affectum dicetur in delirio : eò quod mentẽ percelli cerebri proprium ſymptoma eſt. Id tamen ſignum commune eſt parti affectæ ſimpliciter : cæteris igitur, iiſq́ occultis adjungi debet.

Occulta ſigna ſunt, magnitudo, numerus, tempus, juuans.

Magnitudo. Nam ſi morbus eſt magnus, pars per ſe & primò afficitur. Sic ſi uehemens ſit capitis dolor, caput per ſe : reliquas partes, ut oculos, aures, ſtomachum, per conſenſum affici colligemus.

Numerus. Nam ſi ſolitarius exiſtit, neq́ præceſſit affectus, cujus comes putetur, ſimiliter pars per ſe affecta dicetur.

Tempus. Affectus partis per ſe affectæ perpetuus eſt, nihilq́ intermittens.

Iuuans. Illi præſidia accommodata conferunt.

Eodem modo ſigna partis affectæ per conſenſum alia manifeſta ſunt, alia occulta.

Ex manifeſtis eſt, quod morbus non eſt partis proprius. Nam v. g. cerebrum per conſenſum affectum dicetur in cephalalgia, eò quod non tantum illa pars corporis, ſed & alia eodem genere ſymptomatis corripi ſoleant. Hoc uerò ſignum, ut ſupra diximus, probabile tantum eſt, non neceſſarium.

Occulta ſunt, paruitas, numerus, tempus, juuantia.

Paruitas. Quod enim συμπάσχει, id ab alio affici uehementius afflicto neceſſe eſt : alioquin partes, niſi uehementiori paſſione laborent, reliquas in conſenſionem ſecum trahere non poſſunt. Si igitur morbus eſt paruus aut mediocris, ex alia parte magis laborante conſequi ſolet.

Numerus. Si pluribus conjungatur, alteriq́ ſuperuenerit. Sic ſi caligo quædam ante oculos obuerſetur, & ſtomachi dolor anteceſſerit, ex eo ſtomachum primò affectum, oculos per conſenſum laborare dicemus. Quod ſi uerò uomitus inſequatur & oculi non malè habeant, eundem ſtomachum primariò affectum colligemus.

Tempus. Facilè mutatur, & alterius incremento inualeſcit, illiusq́ remiſſione miteſcit. Sic caput ſi dolet, per conſenſum dolebit, ſi dolor non ſit continuus, ſed augeatur & minuatur cum dolore uentriculi.

Iuuans. Subſidijs idoneis parti adhibitis non leuatur.

Hactenus de parte affecta, quæ cum ſint prolixiora, ut melius memoria comprehendi, & facilius ad uſum accommodari poſſint, in breuem σύνοψιν redigere, & duabus tabulis uno intuitu contemplanda ſubijcere placuit.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

PRIMA TABVLA DE PARTE AFFECTA.

- **Pars affecta**
  - Definitur. Eſt ſubjectum morbi, Græcis πέπονθος μόριον.
  - Diuiditur ut
    - Nomen. Pars affecta dicitur, quæ morbum non tantum permanentem, ſed & tantum tranſeuntem patitur.
    - Res uel ut
      - Genus. Pars affecta aut eſt pars ſolida, aut humor, aut ſpiritus.
      - Subjectum ratione
        - Numeri. Ægrotat uel pars una, ſiue continens, ſiue humor, ſiue ſpiritus: uel plures, uel omnes, ſiue ſingulæ, ſiue conjunctæ.
        - Temporis per
          - πρωτοπάθειαν, quæ morbum cauſamúe primum habuit.
          - δευτεροπάθειαν, quæ morbum ex alia parte primũ affecta accepit.
        - Qualitatis alia affecta
          - Per ſe, κατ' ἰδιοπάθειαν, cui morbus ipſe uel morbi cauſa inſidet.
          - Per cõſenſum. Partes cõſentiunt uel in
            - Genere, ſic partes aut
              - Cõſentiunt uel
                - Eſſentialiter, ob ſubſtantiæ affinitatem: & ſic oſſa oſſibus, nerui, neruis συμπάσχουσι.
                - Accidentaliter quia uel
                  - Contiguæ, quæ ſe contingunt, ut cerebellum & ſpinæ principium.
                  - Continuæ, ut gula & palatum & omnes corporis partes.
                  - Medijs conjunctæ quæ ſunt uel
                    - Caui ductus, ut ueſica renibus per ureteres.
                    - Nerui, ut cerebro partes quæ ſentiunt.
                    - Ligamenta, ut utero oſſa coxarũ.
                    - Partes interjectæ, ut ſpina uẽtriculo ob ſuccingentem mẽbranã.
                  - Situ inter ſe cõmunicant, quæ eandem τάξιν habẽt, ut ſecundum longitudinem, ſuperiores cum inferioribus: dextræ cũ dextris ſecundum latitudinem: internæ cum externis ſecundum profunditatem.
              - Diſſentiunt, quæ non communicant, ut calidæ & frigidæ quales ſunt caro & uenæ: humidæ & ſiccæ quales ſunt adeps & pilus.
            - Specie ratione
              - Modi aut
                - Poſitiuè, cum pars conſentiens aliquid aliunde illapſum excipit, ut ſpiritum, uaporem, qualitatem, humorem, ut in epilepſia cerebrum à uentriculo fumante uaporem.
                - Priuatiuè, cum non affluit quod affluere debuit, quia uel impeditur, ut in paralyſi crurum à luxata ſpina: uel deficit, ut in uitiata uoce, quia flatus deficit obſtructis pulmonibus.
              - Communis functionis uel
                - Animalis, ut caput, nerui, muſculi, ſpinalis medulla & externorum ſenſuum organa.
                - Vitalis facientis ad
                  - Pulſationem, ut cor & arteriæ, eaque quæ continent.
                  - Reſpirationem per ſe, ut pulmones, thorax, aſpera arteria fauces, diaphragma & thoracis muſculi. Per conſenſum, ut cor & cerebrum.
                  - Vocẽ propriè, palatũ, fauces, larynx & ejus muſculi: item epiglottis & columella & nerui quibus gutturis muſculi mouentur. Communiter, cerebrum & ſpiritus & inſtrumenta reſpirationis.
                  - Sermonem Propriè, palatum, dentes, labra, lingua & nares. Cõmuniter, inſtrumenta tum uocis tum reſpirationis.
                - Naturalis facientis ad
                  - Concoctionẽ et alimenti delationem, ut œſophagus, uẽtriculus, jecur & uenæ.
                  - Excretionem ſuperfluorum, ut ueſica fellis, renes, lien, ueſica & uaſa urinaria.
                  - Generationem, ut teſtes, uaſa ſpermatica & uterus.
                  - Continẽtiam membrorũ naturaliũ, ut pãniculus carnoſus, muſculi aſcẽdentes & deſcẽdentes, peritonæum & abdomen.

TA-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

SECVNDA TABVLA DE SIGNIS PARTIS AFFECTÆ.

- **Signa partis affectæ alia**
  - **Affectæ ſimpliciter, tũ**
    - Manifeſta, cum partes externæ ſunt, ſubq; ſenſum cadunt: ut cutis uitia.
    - Occulta deſumta à
      - Cauſis quarum alia
        - Externa
          - Cælum. Luna in ♈ caput. ♃ afflictus cerebrum.
          - Anni partes. Ver cutem, cerebrum, articulos.
          - Regio. Apulia ueſiculæ icterum.
          - Victus forma. Alimenta craſſa & lenta renum & ueſicæ affectum.
          - Vitæ conditio. Infectores pulmonum phthiſi obnoxij.
        - Interna
          - Ipſius partis natura. Fungus in capite duram membranam.
          - Ætas. Puer gingiuarum dolore, ſenex tuſſi.
          - Sexus. Mulieres uteri præfocatione: uiri gonorrhæa.
          - Parentes. Cerebro uitioſi cerebro uitioſos liberos.
      - Effectis quorum alius
        - Morbus uel
          - Eſſentia ſua. Hæmodia dentes, apoplexia cerebrum.
          - Situ ſuo. Affectus ſub hypochondrio dextro, epar: ſub ſiniſtro lienem.
        - Cauſa. Attrectatio lue Gallica laborantium, læſa membra genitalia.
        - Symptoma
          - Actio læſa. Imaginatio læſa cerebrum: concoctio uentriculum.
          - Doloris ſitus, ſitum partis. Mutatio in decubitu, exteriorem uel interiorem partem affectam. Species, pungens, membranam: pulſatorius, arteriam: grauis, affectam partem ſenſus hebetioris.
          - Mutata qualitas ſolidarum partium. Color, ſonus, ſapor, odor, tactilis qualitas, ut calor, frigus, humiditas, ſiccitas, uitioſa, partis, uel totius corporis. Rubedo maxillarum, pulmonem: calor totius corporis febrem.
          - Excreta, quorum meatus alius
            - Naturalis in quibus aliud
              - Subſtantia. Sordes aurium, lippitudo, mucus, furfures, ſputum, ſanguis rejectus, pus, dejectio, urinæ ſubſtantia, color, contentum, idq; hypoſtaſis, ſpuma, capilli, caruncula arenula lapis, pus, pituita. Sudor, lac, mẽſes, abortus.
              - Magnitudo. Bronchium magnum tuſſi rejectum tracheam arteriam.
            - Nõ naturalis inquib aliud
              - Subſtantia. Vrina per uulnus aut ulcus reddita, ueſicam, ureteres, renes diſciſſos.
              - Modus. Sanguis exiens ſaliendo arteriam diſciſſam.
          - Retenta. Suppreſſa urina, uitium aut in renibus, aut in ueſica, aut in urethra.
      - Vtriſq; ſimul, morbus hic uel ille in populum graſſans, conſuetudo laborandi ex hac uel illa parte, juuans & nocens, ſiue medicamentum, ſiue cibus, ſiue potus.
  - **Affectæ ratione uel**
    - Speciei. Affecti ſunt ſpiritus, ſi morbus uniuerſum corpus citiſſimè corrumpit. Sin minus, partes ſolidæ aut humores laborabunt, quorum ſigna alibi.
    - Numeri. Ægrotat una pars ſi actio læſa ſit propria unius partis. Sin communis, unius uel plurium eſſe poteſt.
    - Temporis. Pars affecta laborat per ἰδιοπάθειαν, ſi morbum ex alia parte per συμπάθειαν acceperit, diutiuſq; perſeuerat.
    - Qualitatis alia
      - partis per ſe affectæ, tum
        - Manifeſta. Morbus partis proprius.
        - Occulta quatuor
          - Magnitudo. Morbus eſt magnus & uehemens.
          - Numerus. Solitarius eſt, nec præceſſit alius.
          - Tempus. Non intermittit.
          - Iuuans. Illi præſidia adhibita proſunt.
      - partis per conſenſum affectæ
        - Manifeſta. Morbus non eſt partis proprius.
        - Occulta
          - Paruitas. Morbus eſt paruus aut mediocris.
          - Numerus. Pluribus conjungitur alteriq; ſuperuenit.
          - Tempus. Facilè mutatur & intermittit.
          - Iuuans. Subſidia idonea parti adhibita, uel nocent uel nihil juuant.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

DE PARTE AFFECTA MORBORUM ACUTORUM LIBRO PRIMO.

I PHRENITIDIS pars affecta eſt una principaliter, cujus ratione delirium ſequitur, nēpe cerebrū, idq́; uel totum uel pars ejus, ſiue anterior, ſiue media, ſiue poſterior.

Partes uerò affectæ minus principaliter plures eſſe poſſunt, eæq́; uel propinquæ cerebro, uel remotæ.

Propinquæ cerebro ſunt duæ meninges pia primum, deinde durior: quibus additur pericranium.

Remotæ ſunt Aretæo, primum thorax cū pulmone & corde, qui in omnibus morbis acutis laborat: præterea cum eo connexa, ut nerui, os uentriculi, ſucciugens membrana, ſeptum tranſuerſum.

Et phrenitici neruis, repetit ibidem Aretæus, laborant. Et paulò poſt. Interdum præcordia interius ſunt ſurſumq́; trahuntur & circumtenta cutis eſt.

Deinde interdum, ait autor, uitium in jecore eſt dolorq́; interdum in liene. Et paulò poſt. Venter intumeſcit. Deniq́; interdum, quod exempla confirmant, artus, ut brachia & pedes.

Atqui non tantum ex ijs partibus, quas Aretæus expreſsè in curatione nominat, ſed & ex alijs affectis phrenitis nonnūq́ oritur: ut ex renibus, ueſica, inteſtinis, matrice & omnibus ferè membris inferioribus.

Imprimis uerò eas affici partes Medici quidam ueteres exiſtimarūt, in quibus animæ originem eſſe ſuſpicati ſunt, ut præter cerebrum, cor, diaphragma, propria quadam ratione fundum ſiue baſis cerebri quam ſeſſionem uocat Cælius, cordis ſummitas, membrana quæ cor tegit, arteria aorta, uena craſſa. Sed quamuis hæc affecta eſſe poſſint & ſoleant omnia, non tamen phreniticum delirium facient, niſi læſo capite, in quo anima regiam ſuam ſedem habet.

Eſt igitur phrenitis cognata omnibus cerebri morbis, ut apoplexiæ, epilepſiæ, lethargo, caro, melancholiæ & alijs: cum quibus ut loco affecto conuenit: ita ab ijſdem diſſentit ſymptomate & cauſis. Symptoma eſt commune uel proprium.

Cōmune eſt febris, quæ non eſt in apoplexia uel in alijs morbis cerebrū occupantibus.

Proprium eſt motus, qui in apoplexia tollitur, in phrenitide tantum deprauatur.

In epilepſia motus eſt conuulſiuus: in phrenitide uoluntarius.

Lethargum, caron, melancholiam parit fluxio frigidorum humorum, ut pituitæ & humoris melancholici: phrenitidem cauſat fluxio calidi humoris ut ſanguinis & bilis utriusq́;.

Signa partium affectarum ſimpliciter.

Signa partium affectarum ſimpliciter alia ſunt cerebri, alia meningum, alia aliarum partium. Rurſus cerebri aut totius, aut partium ejus.

Affecti cerebri ſimpliciter ſigna alia manifeſta, alia occulta.

Manifeſta ſunt, quæ ſub ſenſum cadunt, & ſunt in externis partibus. Nam, ut refert Auicenna, cerebrum inflammatum interdū ita intumeſcit, ut ſuturæ capitis ſeparentur. Quod tamen, ait P. Salius ne dum uerificatur in phrenitide, ſed nec apud me eſt poſſibile, cum ſuturæ ex graui ictu non ita facilè diſſolui & diſsipari poſſint, ne dum quod imaginari queat, ex tumore interno hoc accidere poſſet, niſi forſan hoc in puerulis admittatur, in quibus ſuturarum tegamenta molliſsima exiſtunt, cartilaginoſaq́; corpora nondum oſſea facta ſunt.

Occulta ſumuntur uel ab affectu proprio, uel dolore, uel decubitu, uel excretis, uel retentis.

Ab affectu proprio. Phrenitis eſt morbus proprius cerebri, ut cruditas ſtomachi. In cerebro enim principes animæ facultates, ad quas delirium pertinet, ſedem ſuam habent.

A dolore. Cerebrum aut non dolet, aut obſcurè & exiliter. Neq́; enim per cerebri ſubſtantiam membranæ ſparguntur, quæ ubi ſunt, ibi ſenſus tactus locū habet. Dolet autē obſcurè, quod in cerebri mole et ſubſtantia medullari ſpiritus animalis, uehiculū nimirum, cui facultas tangendi inſidet, exiſtit.

Dolor

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Dolor igitur obtuſus cerebri affecti ſignũ eſt. Si cerebrum pendulum non eſſet in quouis decubitu, & uni alicui parti caluæ tantum & non toti ſubduceretur, tum melior eſſet et facilior in eam partem quæ affecta eſt, decubitus. Cum igitur ſpiritibus inflatum in medio capitis, perinde ut terra in mundo ſuſtineatur, à decubitu ſignum ejus affecti peti non poteſt. Solent tamen phrenitici plerunq; proni in uentrem decumbere.

Ab Excretis. Ex oculis acris lachryma effundi ſolet: & ſanguis è naribus ſtillat, nerui laborant, ſpina dolet. Sunt enim hi extraordinarij ductus, per quos cerebrum humoris copia oppreſſum, ideoq; ægrotans ſeſe exonerare conatur.

A retentis. Billioſa eaq; craſſa per aures non externuntur. Vt enim pituitoſa ſanitatis tempore per palatum & nares, magis tamen palatum: ita bilioſa per aures expurgantur continuò. Similiter nec tenuia & fuliginoſa in cerebro coaceruata per meninges, cranium & cutim expirant: unde retẽta phrenitidem faciunt, aut factam augent.

Affectæ partis alicujus cerebri ſigna ſimiliter alia ſunt manifeſta, alia occulta.

Manifeſta nulla ſunt propria, quod partes internæ ſunt, niſi communia cum toto cerebro, de quibus antea dictum.

Occulta ſunt totidem, ut cerebri, ſumta uel ab affectu proprio, uel dolore, uel ſitu partis, uel decubitu, uel excretis, uel retentis.

Ab affectu proprio, id eſt, læſis actionibus ſigna ſunt dubia. Pleriq; autem quibus uentriculus anterior cerebri eſt locus apprehenſionis interioris, poſtremus memoriæ, medius cogitationis, ſic recenſent. Anterior pars cerebri cum afficitur, imaginatio læditur: læſa ratione media pars patitur. Læſa imaginatione & ratione anterior & media pars affecta eſt. Læſa deniq; memoria poſterior pars afficitur, quamuis ea nondum affecta primariò, nihilominus tamen læditur memoria, eò quod in phrenitide phantaſmata & numeroſiora plus juſtò & omninò deprauata offerũtur. Quibus uerò eadem pars cerebri cogitat & meminit, ijs ab hoc loco ſignũ nullũ differentiæ partis affectæ, ſed cauſæ tantum uel uehementiæ petitur. Quod ſi enim cerebri ſubſtantia paulò ſiccior fuerit, aptius memorandi facultati inſeruiet: ſin humidior, aptius imaginandi facultati. Itaq; ſi alterutra qualitas alterata fuerit, alterutrius facultatis læſæ cauſa erit.

A dolore & ſitu partis. Dolor anterioris partis partem anteriorem: mediæ, partem mediam: poſtremæ, poſtremam partem affectam eſſe denotat. Omniũ uerò partiũ dolor isq; obtuſus, totum cerebrũ affici demõſtrat.

A Decubitu. Hæc nulla, ut in toto cerebro; ueriſimile tamen eſt, ut ſi pars anterior cerebri læſa eſt, melius in eam ægrotans decumbat: eò quod minus pendulum. Si pars poſterior, melius in eam: ſi pars media melius in latera.

Ab Excretis. Ex oculo dextro acris lachryma effuſa & ſanguis è nare dextra ſtillans, partem dextram è directo ſitam affectam monſtrat: contra ex oculo & aure ſiniſtra eadem manantia, partem ſiniſtram.

A retentis. Similiter bilioſa, eaq; craſſa per aurem dextram non excreta partẽ dextram læſam oſtendet: contrà ſiniſtram.

Signa pericranij affecti manifeſta ſunt et ſenſui obuia.

Meningum autem affectarum ſigna alia à affectu proprio, alia à dolore, alia à ſitu partis, alia à decubitu, alia ab excretis, alia à retentis: quæ pleraq; communia ſunt cum cerebro nec ualdè neceſſaria, quæ peculiariter recenſeantur, eò quod ſiue membranæ ſolæ, quod rarò fieri putat Iachinus, ſiue etiam cerebrum, quod ſæpius, unicus ſit curationis modus, & ſuturæ coronali præſidia utrobiq; adhibentur. Differunt tamen actionibus læſis, ſpecie doloris & mutata qualitate. Nam in apoſtemate cerebri pulſus eſt undoſus: dolor obtuſus & grauis, adeſt rubedo aut ſtuities in oculis, ita ut appareant ophthalmici. In apoſtemate membranarum dolor præter modum affligit, propter meningum extenſionem: eſtq; punctorius ratione neruorum: pulſatorius quoq; ratione arteriarum, quibus præditæ ſunt. Pulſus durus eſt ſerrinus propter affectam duram matrem: paruus interdũ propter induratam arteriã. Quod ſi igitur mẽbranæ primum afficiantur, dolor præcedit, isq; ingens, qui per occiput collo & uniuerſæ ſpinæ communicatur, quod in affecto cerebro non contingет neceſſariò. Præterea phrenitim ipſam ex tenui meninge potius quàm ex cerebro gigni ſcripſit Galenus. Tametſi alibi fatetur tenuẽ meningẽ, ut quæ cerebro tenaciter adhæreſcit,

niſi cum eo nullum affectū ſubire poſſe, neq; etiam cerebrum citra meningem affectam: ſed ſtatim unius affectum alteri oportet impartiri. Quamuis & dura meninx ſola affecta eſſe poſſit, cum longius à cerebro diſsita ſit, ne dilatatio ejus impediatur.

Signa affectarum aliarum partium, ut thoracis & imi uentris & artuum ſimiliter alia ſunt manifeſta, alia occulta, quæ ex relatione ægrotantis & læſis actionibus, mutata qualitate, excretis & retentis facile cognoſci poſſunt, & alibi explicantur.

DIVISIO PARTIVM AFFECTARVM NON SIMPLICITER ET PRIMVM quidem cerebri.

PArs affecta principalis nempe cerebrum, eſt affectum uel per ſe, uel per conſenſum. Per ſe affectum eſt cerebrum cum laborat ex inflammatione uel eryſipelate. Per conſenſum afficitur cum per ſe non laborat, ſed à conſentiente patitur, idq; fit aut poſitiuè aut priuatiuè. Poſitiuè cum aliquid aliunde illapſum excipit, ut uaporem humoremúe, uel à membranis ſuis, uel à thorace ejuſq; partibus, ut corde, pulmone, diaphragmate: uel ab imo uentre ejuſq; partibus, ut ſtomacho, epate, liene, ueſica, renibus, matrice: uel ab artubus, ut brachijs & pedibus. Priuatiuè, cum non affluit quod affluere debebat, eò quod uel impeditur, uel deficit.

SIGNA CEREBRI AFFECTI PER CONSENSVM.

SIgna cerebri per conſenſum affecti manifeſta ſunt ex definitione, quia cerebrum à ſe nullam morbi cauſam habet, nec inflammatum eſt, aut intemperie aliqua affectum.

Occulta ſunt, quia delirium non eſt ſolitarium, ſubitò fit, nec perpetuum eſt, demto eo quod fit ſolo diaphragmate inflammato, increſcente alterius partis affectu augetur, ſublato alio quouis aut remiſſo quieſcit, capiti applicata remedia nihil conferunt. Deniq; delirium paruum eſt aut mediocre, nec caput adeò calidum ſentitur, aut ita rubent aut ſtillant oculi, tumentúe eorum uenulæ.

Primum igitur compatitur poſitiuè à mēbranis ſuis tum intrinſecis, tum extrinſeca, nempe pericranio. Verè enim locus inflāmationis eſt membrana, per quam uaſa primò diſſeminantur & ſubſtantia cerebri cōpatitur, dū humorem calidum à membranis per uenas extrinſecus ſecundo loco excipit.

Deinde à pulmonibus, ut in peripneumonia, à corde, ut in febribus: à ſuccingente membrana, ut in pleuritide: à ſepto tranſuerſo ut in inflammatione illius elatis ad cerebrum uaporibus.

Tertiò à ſtomacho, à jecore, à liene & cæteris uentris partibus, nec non artubus inflammatis, aut uirus aliquod exhalantibus. Teſtatur id hiſtoria ab Hollerio relata de adoleſcente, cui tumor uelut inflammatio ad malleolum dextrum obortus, & ſubſequentibus balbutie, febri latente, ſiti, & lingua fuliginoſa, phrenitico facto quartus dies mortem attulit, cum impediretur cauterij admotio & ſcarificatio. Ab illa enim inflammatione qualitas uenenoſa in caput efferebatur. Idem refert ex leui catarrho cuidam in facie ruborem natum fuiſſe: unde phrenitis, conuulſio, mors. Compatitur uerò & priuatiuè à ſiccitate aut frigiditate, quemadmodum innuere uidetur Hipp. aph. 9. lib. 7. cum inquit.

A ſanguinis profluuio deſipientia, aut etiam conuulſio malum.

Id enim quod affluere debebat non affluit, eò quod deficit, nempe calor & ſpiritus animalis, propria inſtrumenta animæ intelligētis & ratiocinantis, quæ ab immodico ſanguinis per nares aut aliò quocunq; profluuio exhauriūtur. Eſſe uerò hoc, quod inde oritur delirium non phreniticum, ſed alterius generis ex eo colligitur, quod Hipp. παραφροσύνην uocat, quo mediocre deliramentum & mediocris animi alienatio denotatur. Phreniticum enim ab immodico tantum calore cum materia oritur. Impediri uerò poteſt calor & ſpiritus uitalis ex quo animalis naſcitur, uel à ſpinali medulla obſtructa, uel à neruis reſolutis, uel ſpondylis colli intrinſecè uel extrinſecè luxatis.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Etſi enim hæc potius aſthma morbumúe alium faciāt q̄ delirium, phrenitidis tamen quoq; cauſam eſſe poſſe uerisimile eſt.

Num uerò diaphragma affectum ſit primariò, an uerò cerebrum, id eſt, an phrenitis ſit idiopathica ex cerebro, an uerò ſympathica ex diaphragmate, id ex tribus cognoſci poteſt, contractione hypochondriorum, uoce & reſpiratione. Diaphragmate enim per ſe affecto præcordia mox ab initio intrò ſurſum reuelluntur: uox acuta, reſpiratio parua & frequens eſt.

Cerebro autem per ſe affecto retrahuntur hypochōdria poſterius: uox grauis eſt, reſpiratio magna & rara, id eſt, ex lōgis interuallis.

Reliqua uerò ſigna utriq; communia ſunt, ut dolor circa eam partē, pulſus inæqualitas, delirium perpetuum & febris acutiſſima.

Deinde an cor primariò, an uerò cerebrū ſit læſum, id quoq; præter cōmunia ſigna peculiari quodam ſigno diſtingui oportet: eo quod febris, ratione cujus à mania diſtinguitur, phrenitidem perpetuò comitatur. Delirium enim phreniticum ſicut paulatim fieri ſolet & augendo procedere: ita quieſcere nec ſubitò nec affatim conſueuit, autore Galeno. Febrile autem & quodcunq; aliud ex ſympathia ortum ſubitò. Præterea in febribus deliria ferocitatem non habent: in phrenitide uerò ualidiora ſunt. Et ſimplex delirium ortum propter conſenſum aliarū partium frequens, ortum uerò ex idiopathia cerebri rarum. Deniq; deliria febrium ipſas febres ſemper ſequuntur: phrenitis plerunq; febrē antecedit uel ſaltem comitatur.

Neq; uerò delirium in phrenitide ubi cerebrum per ſe afficitur ita perpetuum intelligendum eſt, ut interdū ægrotus ad mentē non redeat, dum nondum fanaticus omninò euaſit. Perpetua uerò nihilominus hæc dicetur inſania: nam nullas habet certis uicibus remiſſiones.

II. LETHARGI pars affecta eſt cerebrum, idq́; uel totum uel ſecundum partes tantum poſteriores, ut quidam uolunt: & hoc principaliter, cujus ratione facultas rationalis patitur. Partes uerò affectæ minus principaliter plures eſſe poſſunt: eæq́; uel propinquæ cerebro, uel remotæ. Propinquæ cerebro ſunt nerui, meninges, medulla ſpinalis. Remotæ ſunt totum corpus, diaphragma, uiſcera, imprimis ueſica & inteſtinum imum.

Signa partis affectæ. Ac cerebri quidē affecti ſignū eſt affectus proprius, excreta & retenta. Lethargus enī ut et phrenitis morbus eſt cerebri proprius. In cerebro enī principē animæ facultates, ad quas obliuio & ſomnus profundus pertinēt, reſident. Os excremētis ſcatet, & tuſſiunt à pituita labente, liquidumq́; ſpuunt multū: nerui laborant, occiput dolet, bilioſa excernuntur.

Signa meningū affectarū eadē quæ cerebri.

Signa affectarum aliarum partiū ex relatione ægrotantis, & læſis actionibus, mutata qualitate, excretis et retentis cognoſcentur. Nerui enim dolent: ſpinali medullæ applicata remedia proſunt, totum corpus plumbeū uel liuidum, diaphragma inflammatum, aut intrò tractum: cor febre afflictum: ueſica humorum acredine uexata: inteſtinum imum ad excretionem emortuum.

Eſt autem cerebrum affectum aut per ſe, aut per conſenſum.

Per ſe affectum eſt, cum laborat ex phlegmone œdematoſa. Per conſenſum, cum à conſentiente patitur.

Signa partis affectæ per ſe, & per conſenſum. Cerebrum per ſe pati oſtendunt ſigna phlegmones œdematoſæ, de quibus alibi.

Per conſenſum autem affecti ſigna manifeſta ſunt ex definitione, quia cerebrum à ſe nullam morbi cauſam habet, nec inflammatum eſt, & ſymptomata in eodem ſtatu permanent. Occulta ſunt tum alia, tum præcedens aliquis morbus, & intermiſſio ſymptomatum. Præceſſit enim morbus uel totius, uel alicujus partis. Totius, ut febris pituitoſa. Partis, ut ſepti tranſuerſi, pulmonis, inteſtini & alius partis inferioris morbus pituitoſus. Et ſymptomata remittuntur uel augentur, remiſſo uel aucto morbo principali. Compatitur uerò priuatiuè, cum uel deficit calor & ſpiritus animalis uel impeditur calor & ſpiritus uitalis, ex quo animalis naſcitur, eodem modo, ut in phrenitide. Poſitiuè autem cum aliquid aliunde illapſum excipit, ut uaporem humoremúe uel à membranis ſuis, uel à toto corpore, uel à diaphragmate, uel ab alijs partibus.

III. MARASMI ſubjectum alijs unum eſt, nempè ſolidæ partes, cum ſit tertia febris hecticæ ſpecies. Sic enim febris uulgò diuidi ſolet, ut alia ſit in ſpiritibus, ut ephemera, alia in humoribus, ut putrida, alia in ſolidis partibus, ut hectica. Aegineta triplex facit.

πνεῦμα,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

πνεῦμα, ὑγρὰ & στερεὰ, ſpiritum, humores & ſolidas partes: ut febris hectica triplex genus febrium contineat, ephemeram, putridã & hecticam, id quod uel de uno eodẽq; uel diuerſo tẽpore intelligi poteſt. Ex ephemera enim febris putrida oritur: & ex putrida fit hectica. Sed & inflammari poteſt ſimul ſpiritus, humor & pars ſolida, & ſic Aegineta intelligere uidetur. Alij humorem ſecundarium in maraſmo affici aſſerunt, qui quadruplex eſt, humor inſitus, ros, gluten et cambium. Alij aliter. Meo judicio unum tabis & febris ſubjectum eſt, nẽpe cor, ut phrenitidis & lethargi cerebrum. In omni enim febre cor potiſſimum affligitur, ſed diſſimili ratione. In ephemera & putrida intẽperies calida & ſicca ineſt ſolidæ cordis ſubſtantiæ mediatè per ſpiritus & humores, & κτ σχέσιν, ſecundum diſpoſitionem, quæ facili negotio auferri poteſt: in hectica uerò immediatè & per ſe & κτ ἕξιν, ſecundum habitum qui difficulter aut nullo modo euelli poteſt. Solida autem ſubſtantia uocatur, quæ tribus cõſtat partibus, ſolida, carnoſa & ſpirituoſa. Solida eſt ſtamen ex ſemine genitali confectum, quod tanquam telæ exorſa pars prima eſt, quæ & membranoſa & fibroſa dicitur. Carnoſa eſt humor concretus ex ſanguine materno affluẽte, uacua inter filamenta ſubſtantiæ ſolidæ quaſi rimas explens. Spirituoſa utriusq; & ſolidæ & carnoſæ eſſentiã abſoluit: inq; ſolida ſubſtantia maximè conſiſtens omnes partes actionibus ſuis obeundis aptas facit. Ex quo apparet inutilem eſſe illorum diſtinctionem, qui tres febris hecticæ ſpecies faciunt ex hac triplici ſolidæ partis ſubſtantia. Omnes enim hæ partes cũ ſecretæ nõ ſint, ſed mixtæ inter ſe & cõfuſæ, æqualiter exardeſcũt, neq; unius incendiũ citra alterius partis inflãmationẽ ſubſiſtere poteſt.

Sed nec illud prætermittendum, alium eſſe ſpiritum & aliud humidũ, quod in diuerſis febribus laborat. Duplex enĩ ſpiritus eſt, alius uagus, alius fixus. Vagus eſt fluens, qui ex alimento oritur. Fixus eſt, qui in humore primigenio conſiſtit. Corrupto uago febris diaria oritur: conſumto fixo febris hectica. Similiter humidum aliud primigenium, aliud aduentitium.

Primigenium eſt radicale, quod ex ſemine ortum eſſentiã mẽbri conſtituit. Aduentitiũ eſt, quod ex cibo & potu in ſanguinem mutato prouenit, inq; ſubſtantiã nutriti abit. Corrupto aduentitio febris putrida oritur: conſumto primigenio, maraſmus. Vnde Auerrhoës prudenter admodum febrem hecticã nõ ſimpliciter per fixionẽ caloris, ſed et exiccationem humiditatis definiuit. Sic enim ille 3. colliget. 11. Febris hectica eſt calor extraneus fixus in ſubſtantia membrorum impediens operationes & conſumens humiditatẽ ſubſtantialem.

Cæterum cor in maraſmo laborat uel per ſe, uel per conſenſum. Per ſe laborat, cum immediatè & primum afficitur nullo prægreſſo alio morbo. Per conſenſum cũ à parte quadã corporis læſa noxam accipit. Hæc autem pars etſi multiplex eſſe poſſit, ut pulmo & diaphragma contiguũ: continuus lien, renes, inteſtina, uterus & reliquæ partes totius corporis, quibus cor per arterias conſentit: duæ tamen ſunt præcipuæ, uentriculus & epar, quibus morbo infeſtatis cor uicinũ prõtè & ipſum afficitur. In ſepto tamen tranſuerſo Galenus maraſmũ non uidit: hecticã uerò febrem uidit, & hanc quidẽ abſolutam, ſæpè uerò citius interimentem, q̃ planè completa eſſet. Tabidi enim plerunq; moriuntur, anteq̃ hectica ad marcorẽ ueniat.

Coafficitur autem cor uel poſitiuè uel priuatiuè. Poſitiuè, cũ ab inflãmata parte quacũq; patitur, à qua calor incipiens, ſucceſſiuè per arterias cor petit, ibiq; penitus figitur. Priuatiuè, cum quod affluere debuit, non accipit, eò quod aut impeditur, aut deficit. Affluere autẽ debuit uel ſpiritus animalis, uel nutrimentũ uel ſpiritus uitalis. Spiritus animalis impeditur obſtructo cerebro in apoplexia: nutrimentum ſalubre affecto epate uel ſplene. Spiritus uitalis affecto uẽtriculo, epate, ſplene deficit. Ex ſanguine enim ſpiritus uitalis generatur.

Signa cordis affecti alia ſunt manifeſta, alia occulta. Ex manifeſtis nullũ eſt, cum cor intus latens non appareat, niſi diſſecto poſt mortẽ corpore. Tũ enĩ cor inſtar pyri toſti attenuatũ uidebitur: quod in aulico quodã mærore animi confecto ob denegatã uirginem, cujus amore flagrabat, Phil. VVürſungus Medicus AVG. poſt fruſtratam curationem aperto cadauere obſeruauit. Ex occultis ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul: quæ breuiter percurremus.

Cauſæ ſunt eædẽ, quæ intẽperiei calidæ, de quibus alibi. Nã v. g. μαρασμώδης calido et ſicco temperamento, eoq; ſiue naturali, ſiue acquiſito præditus eſt: & longo tempore uini generoſi

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

generoſi potu omnes partes corporis ſolidas excalefacit. Effectus eſt ſymptoma propriũ, ut caloris à cibo ſumto incrementum, quod caliditatem in alto corde celatam & occultam, perinde ut ignem in calce occultum infuſa aqua arguit.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia, ut quod cordialium uſus ualdè prodeſt.

Signa cordis per ſe affecti ſunt morbus partis proprius, magnitudo, numerus, tempus. Tabes enim uniuerſalis totius corporis eſt proprium ſymptoma cordis, quæ ſi magna eſt, nec præceßit alius morbus, nec intermittit, cor per ſe affectum eſſe oſtendit.

Signum cordis per conſenſum affecti ſunt magna inflammatio uel alteratio partium conſentientium, quæ præceßit. Quænam autem illa ſit, id tum ex relatione ægrotorum, tũ ex proprijs cujusq; partis indicijs cognoſci poteſt. Verbi gratia, laborãtis diaphragmatis ſigna ſunt Galeno lib. 10. methodi, Pulſus duritiês, difficultas ſpirãdi inæqualis & uaria.

IV. *APOPLEXIAE pars affecta principaliter Paulo eſt* κοινὴ ἀρχὴ τῶν νεύρων, *communis neruorum origo. Minus principaliter affectæ ſunt omnes partes corporis, quæ ſenſu & motu præditæ ſunt.*

Eſt autem principium neruorum Ariſtoteli cor. Medicis, medulla cerebri. Itaq; ille 1. probl. 9. apoplexiam fieri uoluit, cum humor in corde concreſcit frigore. Rectius uerò Hipp. & Galenus alijq; omnes Medici principium illud cerebro tribuunt: licet non ſimpliciter. Neq; enim eſt principiũ γενέσεως *ſed* διοικήσεως καὶ ῥιζώσεως. *Ac* γενέσεως *quidem, id eſt, originis non eſt, eò quod nerui ex cerebro non oriuntur, ut pars ab alia parte: cũ prima omniũ ſpermaticarum partiũ ſtamina ſimul & ſemel inchoentur, adumbrenturq;, non tamen perficiuntur. Eſt autem principium* διοικήσεως, *id eſt, diſtributionis & officij, eò quod nerui à cerebro tanq̃ principio animalẽ ſpiritum in totũ corpus deducant.* ῥιζώσεως *uerò, id eſt, radicationis quoq; principium eſt, eò quod in cerebro nerui radices habeant uariè implicatas, ſenſimq; plantarum modo incrementum accipiant.*

Rurſus cerebri medulla duplex eſt, una medulla ſpinæ ſic appellata, quod extra caluam elapſa in totã ſpinã exporrigatur: altera, quæ intra caluã clauſa continetur, ab eaq; nõ excidit. Hinc duplex neruorum principiũ ſtatuunt: aliud mollium, aliud durorũ: illud primarium, hoc ſecundariũ appellant. Medulla enim ſpinalis ut ex cerebro oritur, ita uim omnem ab eodem accipit. Erit igitur Aeginetæ pars affecta in apoplexia medulla utraq;: una cerebri, ſpinæ altera.

Iã uerò cerebri duplex eſt diuiſio: una ratione lõgitudinis: altera ratione profunditatis.

Ratione longitudinis, partiũ cerebri alia anterior, alia poſterior.

Anterior eſt cerebrũ in ſpecie ſic appellatũ, quod rurſus in dextrã & ſiniſtrã partẽ proprio diaphragmate intrinſecus diſcretũ eſt.

Poſterior eſt cerebellum, ſic dictum quaſi paruum cerebrum, eò quod decuplo minus cerebro eſt: idq; rurſus in partes diuiditur, quæ laterales dicuntur, & duos quaſi globos inuicem oppoſitos conſtituunt.

Ratione profunditatis, cerebri pars alia extima, alia media eſt. Extima pars eſt externa ſuperficies quam κιρσοειδῆ, *id eſt, uaricoſam dicunt.*

Infinitos enim habet anfractus & circũuolutiones plurimas (quæ & mæandri & ſpiræ & ſulci & foſſulæ circulares dici poſſunt) easq; uſus maximi. Venis enim & arterijs quæ & plures & majores quaſi in illis alueis perreptant, tutum præbent domicilium, ne uel aßiduis cerebri motionibus diſrumpantur: uel ſi uacua ſpatia deeſſent, calua cerebrum, præſertim in plenilunio, arctius comprimeret, quo aſtricto, ſpiritus facilè ſuffocari, & calor extingui poßet.

Media cerebri pars eſt recondita, quæ uẽtriculos & plexum choroidẽ & σῶμα ψαλλοειδὲς *complectitur. Ventriculi ſunt quatuor: duo anteriores, medius & extremus. Duos anteriores, ſeptum lucidũ inter ſe diſtinguit, ſemicirculi, uel potius auriculæ humanæ formam referentes: Galenus anteriores uocat: alij priores & ſuperiores. Medius eſt, duorum priorum uentriculorum concurſus & cõmunis lacuna, in quam illorum uterq; humiliori ſui ſede dehiſcens conuentũ ſpirituum deponit. Biforis autem eſt, geminos de ſe proferens ductus, unum ſecerniculũ dictũ: alterum anonymon. Secerniculũ eſt, qui antrorſum decliui itinere ad baſin cerebri deſcendit, expuẽs eo illius ſuperuacua. Anonymos retrorſum in quartũ uentriculum dirigitur atq; abſumitur. In extremo ſecerniculi peluis & infundibulum eſt, ſic dictum, quod inſtar infundibili primũ latior, deinde anguſtior eſt, per quod tanq̃ manicam Hippocratis aut ſaccum, cerebri pituita tranſcolatur. Huic glans pituitaria ſubſternitur, carne poroſa & bibula ſpongiæ inſtar illuuiẽ*

excipi-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

excipiens, quam cum diu retinere nō poſſit, in quatuor canales deriuat, quorum duo retrorſum uiam capeſſunt ad palatum, totidē ſub oculorum orbita ad nares, ut inde poſtea exhauriatur: pars uerò in lachrimas abſumitur, fuſa prius calore cerebri.

Extremus uentriculus eſt quartus, cerebello & dorſali medullæ communis, omnium minimus & ſolidiſſimus, qui cum liberalem ſpiritus affluxum admittere debeat, primū amplior eſt, hinc juxta medullam dorſi ſenſim arctatur, donec tandē ad cerebelli præcipitium in acumen roſtri deſinat, inſtar calami ſcriptorij: unde & calamum uocant.

Plexus choroides eſt contextus uenarum & arteriarum labyrintheus, utrinq; unus, gemino uentriculo priori obliquè inſiſtens, ſpiritum animalem omnibus ſuis numeris abſolutum perficiens, ex ſpiritu uitali, quem ex uenis jugularibus & arterijs carotidibus, ex quibus conſtat, accipit, & ui quadam mirifica illum perficiendi, quàm à cerebro ejusq; medulla acquirit, tandemq; perfectum intrà uentriculos tanquam theſaurum cerebri recondit. σῶμα ψαλλοειδὲς eſt corpus cameræ modo extructum, tribus quaſi columnis ſuffultum, ſub quo medius uentriculus apparet. Cerebri igitur ampliſſimā molē Atlantis inſtar ſuſtētat, ne tertiū uentriculum comprimat, indeq; obſtruatur.

Ex quibus apparet uentriculorū cerebri eum eſſe uſum, ut tū excrementis à cerebro ſegregatis deſeruiant, tum ſpiritus animales à plexu choroide acceptos conſeruēt, ut inde ſemper præſentes ad omne corpus per neruos, ad animæ ſentiētis tranſuectionem, illiusq; facultatum omnium actiones edendas transfundant.

Apoplexiæ igitur δεκτικὸν erit tū ſubſtantia cerebri, tū uentriculi, tum proceſſus uentriculorū, tum uaſa ex quibus conſtruitur. Grauius tamen cerebri corpus afficitur, minus uētriculi ejus: qua in re ab epilepſia differt: in qua grauius affligitur cerebrum circa uentriculos, minus penes corpus.

Afficitur autem cerebrum, uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe affectū eſt, cum immediatè & primū afficitur, nullo prægreſſo morbo, id quod fit cum aut intēperie laborat, ob quam ſpiritus animales non conficiuntur amplius, ſed extinguuntur uel ſuffocantur: uel cum apoplexia materialis eſt, orta ex humore in uentriculos cerebri nimis copioſo, & craſſo, & ſubito irruēte; unde cerebri meatus obſtruitur, fitq; ſpiritus animalis interceptio. Humor enim et flatus ſecundū naturā in uentriculos penetrans, eoſdem minimè lædit.

Per conſenſum laborat, cum à parte quadā corporis læſa coafficitur: idq; bifariam: poſitiuè & priuatiuè.

Poſitiuè cū flatus uel uapor craſſus uaſa occludit, ut accidit ebrijs: unde cohibito ſpiritu ſanguis infrigeſcit & concreſcit. Vel tumor præter naturā alicujus partis uicinæ cerebro contiguam, proximamq; illius ſubſtantiam aſtringit, meatusq; ſpiritus animalis egredientis intercipit.

Priuatiuè cum ſpiritus non exitu ſed aditu ad cerebrū prohibetur, ut cum pituita uenas jugulares et arterias ſoporarias obſtruit, & quaſi laqueus collū premens hominē ſtrāgulat. Spiritus enim uitalis cerebro nō tranſmittitur, ex cujus perfectiore concoctione, animalē qui planè momentaneus eſt, inq; nihilū facilimè abit, ſubinde generari neceſſe eſt, quod tamē rarò contingit. Illud uerò ſæpius, cum in habitu athletico plethora totū corpus diſtendit, & natiuum calorē, adeoq; ſpiritum uitalē ſuffocat, unde apoplexia oritur, quam Hipp. ἀπόληψιν φλεβῶν, Galenus ἀσφυξίαν uocat: aut cum uulnere in capite accepto, eoq; ad cerebri uſq; ſinus penetrante ſpiritus plurimi confertim euaneſcunt.

Laborat uerò in apoplexia non tantum principiū neruorū, ſed etiā ipſi nerui affecto cerebro ſiue per ſe, ſiue per conſenſum. Vt enī chordæ in inſtrumento mutæ ſunt ſine plectro: ita nerui in corpore humano ſuum officium non faciunt, niſi impulſi à ſpiritu animali, qui in apoplexia deficit.

Ex cæteris partibus, quæ etiam per conſenſum laborant imprimis eſt cor, cui cerebrum potiſſimum conſentit ratione reſpirationis.

Signa cerebri affecti alia ſunt manifeſta, alia occulta. Manifeſtum nullū eſt, cum cerebrum in calua deliteſcens non appareat. Occulta ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt eædem, quæ plethoræ & cacochymiæ, de quibus alibi. Nam v. g. apoplecticus anguſtam ceruicem habēs crebriore crapula cerebrum naturâ debile eneruauit.

Effectus eſt ſymptoma cerebri proprium, nēpe functionis animalis à cerebro proficiſcentis, id eſt, mētis, ſenſus & motus abolitio.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia, ut quod cerebro applicata remedia proſunt.

Signa cerebri per ſe uel per conſenſum affecti ſunt: magnitudo & numerus. Nam apoplexia ſi uehemens ſit & nullo prægreſſo

alio

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

alio morbo contigerit, per ſe cerebrum affici: ſi debilis, & antegreſſum morbum ſequatur, per conſenſum laborare deſignat.

Quod autem corpus cerebri grauius afficitur in apoplexia, quàm ſinus ipſius, cui contrarium in epilepſia accidit, id ex effectu cognoſcitur. Nam ſi apoplexia ex ſola uentriculorum cerebri obſtructione oriretur, epilepſia perpetuò præcurreret: & apoplexiæ ſolutionem ſequeretur ſemper epilepſia. Neq; enim tota poteſt tolli obſtructio, priusquam media auferatur: nec totus ſinus implebitur priusquam medius. Ex quo ſequitur in epilepſia maximè laborare uentriculos ab adhæſu materiæ: at in apoplexia obſtrui corpus cerebri, uel, ut Paulus bellè admodum loquitur, neruorum initium, id eſt, eam partem cerebri, unde nerui exorſi ſpiritum animalem à cerebro accipiunt.

Rurſus utraq; cerebri pars tam dextra quàm ſiniſtra afficitur, cum hominem rapit ſubitò: altera tantum, cum in paralyſin deſinit. Affici deniq; non tam anteriores uentriculos quàm medium & poſtremum, qui ſunt principes, pleriq; exiſtimant, quod apoplexia principes cerebri actiones, quæ ſunt cognitio, ſenſus & motus, aboleat. Quod tamen alijs non placet, qui interiores facultates ſedibus in cerebro deſignatis non diſtinguunt, ut alibi retulimus.

V EPILEPSIAE ſubjectũ principale Paulo eſt cerebrum, & interdum omnes ſinus illius. Minus principale aliud eſt morbi, aliud ſymptomatis. Morbi ſubjectum uarium eſt, ut os uentriculi, epar, lien, inteſtina, renes, ueſica, uterus, teſtes, uaſa ſpermatica, artus, habitus totius corporis. Symptomatis eſt uniuerſum corpus, per quod nerui diſtribuuntur, quodq; in paroxyſmo cõcutitur. Grauius autem (ait Galenus) affligitur cerebrũ circa uentriculos, minus penes medullam: qua in re à morbo attonito differt: ut ſupra in apoplexia diximus. Alij aliter. In apoplexia enim cauitatem uentriculorum: in epilepſia membranam eoſdem ſuccingentem πρῶτον δεκτικὸν ſtatuunt. Alij deniq; mediũ uentriculum cerebri: alij poſteriorem, alij utrunq; uel modo unum, modo alterum, uel etiam primum affici ſtatuunt.

Laborat autem cerebrum uel per ſe, uel per conſenſum. Per ſe afficitur cum aut malè tẽperatum eſt imbecillumúe, unde malus humor ſemiobſtruens oritur: aut uias per quas ſuperflua recipit nimis laxas, aut meatus, per quos expurgari ſolet, nimis aſtrictos habet.

Per conſenſum laborat, cum à parte quadam corporis læſa, quæ illi conſentit, noxam accipit, etſi ipſum uitio careat: idq; fit bifariam, poſitiuè & priuatiuè. Poſitiuè, cum flatus uel uapor uitioſus ab aliqua parte cõſentiente aſcendens uentriculos cerebri, uel nimia quantitate ſemiobſtruit, uel mala qualitate offendit & ad expulſionem irritat.

Priuatiuè cum non affluit, quod affluere debuit, ut cum ex inedia ſuccus in cerebro bilioſus bilioſior redditur. Vnde Galenus eos, qui epilepſijs corripiuntur ob ſolam ſtomachi læſam actionem, ex inedia uehementer lædi aſſerit lib. de uena ſectione aduerſus Eraſiſtratum. Neq; enim priuationem hic aliter interpretari poſſumus, & aliter quidem, quàm in conuulſione quæ ab utraq; cauſa, inanitate & plenitudine neruorum & tendinum muſculorum oriri ſolet, his ſiccioribus redditis, uel etiam immodicè madefactis. Ea enim conuulſio fit neruis per ſe affectis, qui in epilepſia conuelluntur, non quod per ſe affecti ſunt, ſed quod per conſenſum cerebro affecto.

Signa cerebri affecti alia ſunt manifeſta, alia occulta.

Manifeſta ſunt, ut pituitoſi humoris ex ambabus naribus & ex ore profluxio, quæ interdum in paroxyſmis epilepticorum contingit: prolapſus item alicujus de ſubſtantia proceſſuum cerebri, ob morbi uiolentiam, quod & ipſum aliquando euenit. Mortuorũ uerò cerebrum, uentriculi, & ſacra fiſtula plerũq; limpida aqua eſſe imbuta & repleta, annotauit Coiterus præſtans Anatomicus.

Ex occultis ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt eædẽ quæ morbi, de quibus alibi. Nam v. g. epilepſiæ obnoxius eſt, cui caput pituita natat, eamq; incurrit, ſi nimium motum à cibo ineat.

Effectus eſt ſymptoma cerebri proprium, ut mentis, ſenſuumq; omnium ablatio.

Vtraq; ſimul, ut quod cerebro applicata remedia proſunt.

Signa cerebri affecti per ſe & per conſenſum, ſunt affectus proprius, magnitudo & numerus. Nam ſi caput ferè ſemper graue ſit, epilepſia ſit uehemens & repentina, & nul-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& nulla in reliquo corpore labes præcedens, per ſe cerebrum affectum eſſe oſtendit: ſi contra nulla ſit capitis grauitas & epilepſia debilis, per conſenſum id affici deſignabit.

A qua autem parte conſentiente oriatur, id peculiaribus ſignis cognoſci oportet.

A uentriculo enim ſi fuerit, excitatur uel poſt crapulam, in pituitoſis: uel poſt inediam in bilioſis, præcedit cardiogmos, anxietas, nauſea.

Ab hypochondrijs, ut epate, liene, inteſtinis ſi fuerit, tum ructus & flatus copioſi prodeunt, præcordia tument, inteſtina murmurant, uomitio fatigat.

In ſpecie, ſi ab hepate ſit, adeſt tuſsicula quædam ſicca, ſine ſputo.

Si à ſplene, totum corpus ad nigrum & melancholicum uergit.

Si ab inteſtinis, uenter ſentit corroſionē, os fluit à multis humiditatibus, aſcarides exeunt.

A renibus & ueſica ſi fuerit, earundem partium peculiaria ſymptomata præcedunt, ut dolor, grauitas, tumor. Eadem eſt ratio uteri, teſtium & uaſorum ſpermaticorum, artuum & habitus totius corporis. Præcedit enim retentio menſtruorum & ſeminis, ex artubus aut crure & digitis frigida quædā aura ſurſum aſcendere putatur, febris uniuerſum corporis habitum infeſtat.

Rurſus ea pars cerebri laborat, in quam epilepticus cadere ſolet. Quod autem materia magis in uentriculo medio & poſteriore hæreat, id oſtendit, quod difficilius excutitur.

VI. TETANI, quatenus ſpaſmum in genere ſignificat, ſubjectum principale ſunt inſtrumenta motui dicata, eaq; principalia, ut tendo & muſculus. Minus principale ſunt inſtrumenta motus minus principalia, ut nerui & ligamenta, quæq; cum illis conſentiunt, ut ſunt cerebrum, ſpina medulla, mēbrana, uentriculus, diaphragma & alia neruoſa corpora. Sunt enim nerui canales, per quos cerebrum ſingulis partibus, quæ moueri debent, uim motricem diſtribuit, non aliter quàm epar per uenas nutrimentum: & cor per arterias uitalem ſpiritum ijſdem communicat.

Tetani autem in ſpecie ſic dicti pars affecta ſunt tum muſculi, tum nerui ſpinales, qui caput mouēt, ſuntq; duplices: anteriores & poſteriores. In tetano enī propriè ſic dicto muſculi à priori & poſteriori parte ex æquo diſtenduntur: in emproſthotono et opiſthotono inæqualiter. In illo enim nerui anteriores: in hoc poſteriores palmā in trahēdo obtinent. Quartæ uerò ſpeciei, de qua in tetani nomine diximus, ſubjectum ſunt nerui & muſculi, qui corpus in latera, id eſt, tum dextrorſum, tum ſiniſtrorſum flectunt, qui cum pauciores ſint, rara hæc ſpecies eſt, ideoq; uel incognita ueteribus, uel omiſſa ob raritatem. Frequentiores itaq; ſpecies priores & certis nominibus inſignitæ, eò quod muſculi, qui uel antrorſum uel retorſum mouent, laterales uincunt majore numero.

Cæterum in ſpaſmo pars anterior uel poſterior potius laborat: in paralyſi pars dextra uel ſiniſtra. Spaſmus enim à muſculis incipit, & tendit in cerebrum: unde fit motus antrorſum uel retrorſum. Paralyſis à cerebro incipit & in neruos deſinit: unde promtè facultas cerebri materiam ad partē dextram uel ſiniſtram detrudit.

Rurſus neruorum pars affecta, alia cauitas eſt, alia ſubſtantia.

Cauitas ſi affecta ſit, ſpaſmum parit. Si ſubſtantia, paralyſin. In ſpaſmo enim nerui fiunt breuiores repletis cauitatibus. In paralyſi ijdem fiunt molliores humectatis & diſtentis ſubſtantijs. Nec tamen & ipſi non contrahuntur in paralyſi, eò quod malum à principio neruorum originem habeat. Alijs contrarium uidetur, quibus neruorum pars alia externa, alia interna eſt. Externa pars, ajunt, ſi affecta ſit, ſpaſmum efficit. Si interna, id eſt, medulla paralyſin. Humor enim craſſus & ſiccus, qui conuellit neruum, illius interiora ſeu medullam ſubire non poteſt. Qui uerò committit paralyſin, cum ſit tenuis & fluidus, facilè per medullam ſeſe inſinuat. Palæmonem in hac controuerſia aget plurium ſignorum & affectæ partis principalis in utroq; affectu conſideratio. In paralyſi enim principaliter neruus medullaris læditur: in ſpaſmo muſculus contumacior: & conuulſionis uis conſideratur in motu injuſſo: paralyſeos uerò in impotentia mouendi. Præterea, ut ait Capouaccius, muſculi contrahuntur à neruis in ſpaſmo: à ligamentis in paralyſi, unde & membra contracta manent, nec conuelluntur.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Vt uerò conuulſio uniuerſalis in muſculis totius corporis conſpicitur: ſic particularis (quam quidam in ſpecie ſpaſmum uocant) in certa duntaxat parte affecta contingit, à qua proprium interdum nomen ſortitur. Contractio enim muſculo oris, uocatur ſpaſmus cynicus: muſculo mandibularum τρισμὸς, muſculo oculorum στραβισμὸς, muſculo pectoris πνεῦμα προσκόπτον, id eſt, ſpiritus ſubſiſtens: muſculo obſcœnarum partium πριαπισμὸς: muſculo deniq; alio ad motum alterius partis deſtinato, ſpaſmus ſimpliciter: noſtris **der Krampff** *appellatur, cumq; proprio nomine careat cum additione hujus uel illius partis effertur, id quod & ſupra in nomine epilepſiæ monuimus.*

Afficitur autem neruus & muſculus, uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe affectus eſt, cùm primum & immediatè morbo uel cauſa morbi afficitur, id quod fit læſa facultate uel ex inanitione, uel ex repletione. Vtrobiq; enim magnitudo imminuitur ſecundum longitudinem, latitudine uerò aucta uel imminuta. Augetur latitudo à repletione, imminuitur ab inanitione.

Per conſenſum laborat, cum à parte quadam corporis læſa coafficitur, idq; bifariam: poſitiuè & priuatiuè. Poſitiuè, cum ſiue humorem aut uaporem à cerebro aut alio membro, ut uentriculo, colo inteſtino, diaphragmate, liene, meſaræo per ſe affecto: imprimis uerò inflammato delabentem excipit: ex quibus uapor muſculos, non neruos replet, teſte Galeno: ſiue etiam prauam aliquam aut uenenatam qualitatem: ut ex morſu ſiue punctione ſcorpionis uel alterius uenenati animalis. Quem ſpaſmum à maligna qualitate ortum Arabes non proportionatum ad materiam: ut priorem ab humore profectũ proportionatum ad materiam uocant. Materia enim in qua, eſt mobile neruoſum, quod ſtimulatum à malitia qualitatis ſeſe contrahit ut expellat ſibi non proportionatum, id eſt, incongruens: non aliter quàm animalia quædam faciunt, quæ ut grauius percutiant, ſeſe primò contrahunt, ut majorem impetum faciant: non refugit autem humorem ex repletione ortum tanquam proportionatum, ſed ſibi aliquo adjecto tantum ſeſe contrahit. Alij tamen ſpaſmum non proportionatum ad materiã eſſe ſpaſmum per conſenſum negant, eò quod à neruis incipiens, in cerebrum deſinit: id quod ſpaſmo uero & primario conuenit: præſertim cum is ad ſpaſmum à repletione reduci poſſit. Nerui enim cum uellicantur, ad locum dolentem expultrix humores mittit, qui ſubito affluxu replent & inflammationem faciunt: unde fit conuulſio. Auerroës conuulſionem à re pungente ortam prorſus negat ſpaſmum eſſe, ſed expandidationem uerbo barbaro uocat. Eadẽ eſt ratio uulneris, à quo, ut morſu ſcorpij, interdum conuulſio ſimilem ob cauſam oritur. Priuatiuè afficitur cum non affluit, quod affluere debuit, eò quod uel impeditur, ut ſpiritus repleto cerebro ex crapula: uel deficit, ut idem ſpiritus eodem cerebro affectione grauiore oppreſſo: unde neruus refrigeratur & adſtringitur.

Sic conuulſio interdũ oritur, cùm pondus graue neruoſis partibus ſuperponitur, ibiq; diutius permanet, ut refert Cælius Aur.

Huc uerò pertinet & ſecundaria illa conuulſio, quæ fit ex euentu, cum reſolutio unius muſculi facit conuulſionem alterius, de qua in nomine paralyſis diximus.

SIGNA muſculi & nerui affecti, alia ſunt manifeſta, alia occulta. Manifeſta ſunt quæ interdum occurrunt, ut cum caput muſculi aut tendo inſignis ob externam aliquã cauſam grauiter offenditur, v. g. puncturã, contuſionem, luxationem, inuſtionem. Hæc enim ſenſu percipi poſſunt. Occulta ſunt, quæ uſu eueniunt ut plurimum, cum nerui in internis, ijsq; ſenſum latentibus partibus uerſantur: ſuntq; triplicia, cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ, ut phrenitis, punctura, uulnus & alia, de quibus ſuo loco.

Effectus eſt ſymptoma proprium, ut deprauata motus uoluntarij actio, ſiue contractio & diſtentio membrorum cum dolore, quæ ſolis muſculis conuenit. Vbi enim homines ſani ſunt, nerui contrahuntur ad ſua principia citra dolorem: ubi ægroti, cum dolore, & contra uoluntatem liberam. Cognoſcitur uerò etiam ex pulſu, qui in neruis affectis eſt extenſus, inſtar ſagittæ aſcendẽs & deſcendens.

Vtraq; ſimul, ut quod affectus muſculorũ graſſatur in populum, ægrotans illo laborare conſueuit, & muſculos roborantia proſunt.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

SIGNA muſculorum per ſe affectorum ſunt magnitudo, numerus, tempus & juuans. Quodſi enim muſculorum dolor ſit uehemens, nullus præceſſerit morbus, nec intermittat, & remedia muſculo affecto adhibita juuent, eum per ſe affici, id eſt, cauſam conuulſionis intra ſe continere oſtendet.

SIGNVM muſculi per conſenſum affecti ſimiliter eſt quadruplex. Paruitas, numerus, tempus et juuans. Dolor enim conuulſionis non eſt uehemens, nec ſolitarius, nec perpetuus. Præceſſit enim læſio quædam uentriculi, uteri, uel aliarum partium, ex quarum ſympathia ſpasmus oritur. Nec juvant remedia applicata muſculo affecto per cōſenſum, ſed applicata parti affectæ per ſe, ut uētriculo, utero, vaſis ſpermaticis. Quænam autem ex his partibus per ſe afficiantur, ex proprijs illorū ſignis cognoſci oportet. Nam v. g. uentriculus per ſe laborabit, muſculi per conſenſum, ſi dolor ſit circa ipſum, cruditas, cibi corruptio, nauſea. Vterus affligetur, ſi retenti menſes. Spermatica uaſa, ſi ſemen alienam qualitatem habeat. Cerebrum per ſe affectum erit nec tranſmittet ſpiritus, ſi laboret ex intemperie calida uel frigida, adſit deſtillatio, juvent quæ ſunt utilia: lædant, quæ noxia cerebro admouentur.

SIGNA uerò partis cōuulſæ à paralyſi in ſpasmo cynico ſunt peculiaria, quæ cognoſcere multum refert, ne remedia parti ſanæ applicentur, quæ laborāti conueniunt. Notæ igitur utriusq; quatuor ſunt, tractus, ſaliuatio, facilitas os claudendi & dolor.

Primùm enim pars ſana in paralyſi, cum ſit ſiccior, trahit ad ſe ægram, utpote laxam & ſequacem. Contra pars ſana in conuulſione trahitur ab ægra nimirum tenſa, rigida, contracta.

Secundò, ſi pars affecta ſit à paralyſi, multa eſt & frequens ſaliuatio, cū fiat ab humore tenui. Sin à cōuelſione cōtingat, ſaliuatione caret, cū fiat ab humore craſſo & ſicco.

Tertio, ſi muſculus laboret à conuulſione, melius os clauditur, quàm à paralyſi.

Quarto, ſi muſculus maxillæ ſit reſolutus, nullum aut perexiguum ſenſum, ſed & nullum dolorem percipit: conuulſus autem ſuo ſenſu ualet & dolore premitur.

VII. ANGINAE ſubjectum Aretæo duplex eſt: πνεῦμα, ſpiritus & τὰ ὄργανα τῆς ἀναπνοῆς, inſtrumenta reſpirationis. Anginam enim uocat omnem ſtrangulationem in faucibus, uitio ſiue ſpiritus, ſiue faucium factam. Interdum igitur ſolus ſpiritus afficitur, ad calidiſsimum ſicciſsimumq; conuerſus, nulla corporis parte inflammatione laborante. Ne uerò incredibile alicui uideatur, Aretæus duobus exemplis & duplici analogia probare conatur. Primum eſt à locis Charonæis, in quibus aura, quam quis adducit, noxam adfert, ut ait Gal. 2. de nat. hum. uel, ut ait Aretæus: ſtrangulat citiſsimè, citra ullum corporis affectum. Sic autem dicta ſunt illa loca à Charone nauta inferorum, quaſi infernalia. Similia loca ſunt auerna ſic dicta q. ἄορνα, id eſt, ſine auibus, quod illa aues adire nequeant: qualem fuiſſe ædem ſacram in Achilli inſula ante Boryſthenem ſita ſcripſit Iulius Solinus cap. 29. Secundum eſt à rabido cane, quo uel in faciem tantum ſpiritum exhalante, homo, qui animam duxerit, mox in rabiem agitur, etiamſi canis non momorderit.

Analogia prima eſt hæc. Eadem eſt ratio ſpiritus quæ humoris.

Humor nocet & intra & extra corpus. Ergò & ſpiritus. Analogia altera eſt hæc. Eadem eſt ratio morborum & medicamentorum pernicioſorum. Nam v. g. morbus eſt febris: medicamentum pernicioſum eſt ueratrum album: à quorum utroq; homines æqualiter uomunt. Atqui morbus eſt inſtar ſpiritus: medicamentum inſtar humoris. Vt igitur humor intus nocet, ita & ſpiritus. Tanta uerò, ait, cognatio eſt, inter uenenum aſſumtum & aërem ſpirando hauſtum, ut uulgus peſtem Atticam, quæ ab aëre infecto pendebat, ex puteis Pyreæi ueneno Peloponnenſium corruptis profectum eſſe exiſtimaret. Hæc ille ſatis prolixè, ſed digreſſorio argumento. Poteſt & addi illa ratio, ſumta ab hiſtoria, quam Ioh. Heurnius, Medicus olim Leydenſis, his uerbis recitat libro de morbis pectoris. Ego, ait, phreniticum jam phanaticum redditum, qui ſeptem diebus μανικὸν καὶ τραγικὸν intuens quoſuis inuadebat, à fatis ſecui, nec ullum uſquam phlegmones ueſtigium deprehendere potui. Corpus hoc athletico erat robore & habitu, conſtantisq; ætatis, uini uſu rigatū calore. Hactenus ille. Ex hoc enim & ipſo conſtat, ut phrenitidē,

ait

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ita & anginam à ſolo ſpiritu excalefacto ſine inflammatione poſſe fieri.

Cæterum hoc in loco non tam quæritur, num ſpiritus ſuffocare poſſit, quàm num pars affecta anginæ ſit. Neq; enim per ſe ſtrangulat, ſed quatenus fauces adſtringit, & exitu fuliginem ſuperfluam prohibet. Angina enim eſt non qualibet ſpiritus ablatio, ſed quæ fit compreſſis faucibus.

Rectius igitur illud alterum eſt, quod addit Aretæus, τὰ ὄργανα τῆς ἀναπνοῆς: id quod συνεκδοχικῶς intelligi debet. Inſtrumenta enim reſpirationis, ſunt partes uitales, quæ reſpirationem per ſe faciunt, ut pulmones, thorax, aſpera arteria, guttur, diaphragma & thoracis muſculi. Ex quibus pars agens eſt diaphragma & muſculi thoracis, qui dilatant & comprimunt. Patiens eſt pulmo & guttur, quæ dilatantur & comprimuntur. Rurſus in pulmone iſta ſunt quatuor: trachea arteria, & propagines illius in pulmonem: uena arterioſa, arteria uenoſa, & pulmonis mollis ſubſtantia. Guttur eſt larynx, ſeu βρόγχου κεφαλὴ, id eſt, tracheæ arteriæ principium. Ex his igitur non qualibet pars ſed ſolum guttur affectum ſubjectum principale anginæ eſt. Minus principale ſunt partes quæ laryngi (ſic enim guttur Græci uocant) uel contiguæ ſunt, uel conſentiunt. Contiguæ ſunt œſophagus, glandulæ, epiglottis, uertebræ colli & muſculi illarum partium. Conſentiunt cor et cerebrum, ratione reſpirationis, quæ utriuſq; communis functio ſympathica eſt, nec non nerui orti à cerebro. Impropriè igitur, quamuis non malè, uulgò faucium affectus angina appellari ſolet, cum fauces, ut in nomine hujus morbi diximus, ſit totum oris internum ſpatium, ubi gulæ et aſperæ arteriæ extrema concurrunt. Non malè autem dicitur, eò quod una pars ſine altera uix affici ſolet: præſertim cum angina uocari ſoleat morbus, non tantum uitiatæ reſpirationis ſed & deglutitionis. Et hæc in genere.

In ſpecie pars affecta anginæ quadruplex eſt, pro diuerſitate quatuor ſpecierum, in quas diuiditur. κυνάγχης igitur ſubjectum ſunt interni: παρακυνάγχης externi muſculi gutturis. συνάγχης ſubjectum ſunt interni: παρασυνάγχης externi muſculi pharyngis, quam gulam uocant.

Afficiuntur autem muſculi faucium uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe affecti ſunt, cum illis morbus, aut cauſa morbi inſidet, id quod fit inflammatione aliòue tumore affectis, uel etiam diſtentis.

Per conſenſum laborat, cum à parte conſentiente coafficiuntur, idq; bifariam. Poſitiuè & priuatiuè.

Poſitiuè, cum aut catarrhus ſeu materia pituitoſa à cerebro ad aſperam arteriam, uel ad œſophagum deſcendit: aut à uenis jugularibus magna ſanguinis irruit copia, aut aliunde, ut cum per criſin angina alteri ſuccedit morbo, ut lethargo, phrenitidi, dolori capitis. Catarrhus igitur tranſiens ueram anginam non faciet: ueram contrà ſi fauces in tumorem attollat.

Priuatiuè: cum uel impeditur ſpiritus ob luxatas colli uertebras in anteriorem partem & potiſſimum ſecundam aut tertiam, quæ introrſum uergentes guttur comprimunt: uel deficit, ut cum inflammatur aſpera arteria, uel neruus magnus, qui ex uertebris colli ac per pericardium elatus una cum illo diaphragmati implantatur, unde angina illa occulta, ejusq; ſæua ſymptomata oriuntur, quorum Aretæus meminit. Hæc igitur notham, non ueram anginam faciunt.

SIGNA faucium affectarum communia alia manifeſta ſunt, alia occulta. Manifeſta ſunt, ſi externi muſculi laborent: & ægrotus ſenſu deprehendit dolorem partis quæ præcipuè affecta eſt. Occulta ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt tum aliæ, tum eædem quæ fluxionis, de quibus ſuo loco. Nam v. g. juuenis temperaturæ ſanguineæ, conſtitutione humida præcedente, fluxionem à capite & à ceruice ad guttur diutius expertus eſt, quam non magni fecit, unde fauces intumuerunt.

Effectus ſunt ſymptomata propria, ut ſpirandi & deglutiendi: item loquendi & collum mouendi difficultas.

Vtraq; ſimul ſunt quod angina hoc tempore graſſatur, ægrotus ex faucibus laborare conſueuit, & gutturi applicata remedia proſunt.

SIGNA propria partium affectarum cujusq; ſpeciei anginæ ſunt hæc.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Si inflammata fuerit aſpera arteria, ægrotus difficillimè reſpirabit: facilius deglutiet. Si œſophagus laborabit: difficilius deglutiet, facilius reſpirabit.

Si interni, hoc eſt, duodecim laryngis muſculi inflammātur, nihil apparet, nec foris nec intus ulla caloris aut molis mutatio, uox abolita, ſitis uehemens: eſtq́; & hæc occulta angina, cujus Aretæus meminit.

Si externi muſculi laryngis laborent: omnia ſunt remiſſiora, foris calor & color ruber apparet, æger non rectè loquitur.

Si fauces internæ ad œſophagum inflammantur, potus hic per nares remeat, & à depreſſa lingua fit tumor conſpicuus. Si externæ, non ſolum fauces, ſed etiam ceruix & pectus rubeſcunt, agerq́; non uehementer dolet, nec difficulter ſpirat.

SIGNA faucium per ſe affectarum ſunt magnitudo, numerus & tempus.

Angina enim uehemens eſt, nec præceſſit alius morbus, excepta fluxione, nec intermittit.

SIGNA faucium per conſenſum affectarum ſunt paruitas, numerus, tempus, juuans. Symptomata enim ſunt remiſſiora, angina alijs ſuperuenit, ut peripneumoniæ, pleuritidi, præfocationi, luxationi uertebrarum ceruicis: facilè mutatur & intermittit, nec ſubſidia gutturi gulæue adhibita proſunt. Nam v.g. in peripneumonia malæ rubent: in pleuritide latus dolet: in præfocatione uterus.

Si primæ ceruicis uertebræ luxatæ ſint, cognoſcetur ex cauſis, effectis & juuantibus.

Cauſæ ſunt habitus corporis & euentus fortuitus, de quibus alibi. Nam v.g. anginam patitur puer, uel adultus etiam, molli corporis habitu præditus ex ictu ſuſcepto in collo: luxationi enim illi præcipuè obnoxij ſunt, quorum uertebræ laxis ligamentis inter ſe connectuntur, ut ſunt pueri & cæteri molli corporis habitu præditi.

Effectus eſt cauitas rotunda in ceruice manifeſta, ſine quocunq; tumore, cum ſummo reſpirationis, imprimis uerò deglutitionis incommodo.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia, eò quod ea lædunt quæ luxatam uertebram adhuc magis in eandem partem expellunt. Iuuant quæ muſculorum & chordarum tenſionem laxant: & luxatam uertebram reſtituunt.

VIII. Vuulæ & Columellæ ſubjectum eſt curculio inflammatus uel relaxatus. Hanc enim inter utrumq; morbi nomen differentiam retinemus, quam in nominibus morborum ex jam communi loquendi conſuetudine poſuimus, ut uuula ſit curculio affectus ex inflammatione: columella ex relatione. Eadem eſt ratio lori & fimbriæ: niſi quis aliam interpretationem malit, & tum lorum tum craſpedon non ad gargareonem ſed ad tunicam palati referat, quæ inflammmata à tumore inſtar alarum ueſpertilionis ſeſe extendit. Quod genus phlegmones non ſemel ſe obſeruaſſe, nec id alijs remedijs, quàm alias oris inflammationes perſanauiſſe refert Ioh. Riolanus.

Curculio autem afficitur uel per ſe, uel per conſenſum, idq́; poſitiuè & priuatiuè non aliter quam fauces, de quibus præcedenti capite. Interdum enim praui ſucci ob propriam imbecillitatem partis in ea parte paulatim contrahuntur: ſæpius uerò à uicinioribus partibus, præcipuè ab ipſo cerebro malè affecto, & deſtillationi obnoxio ad eam tranſmittuntur.

SIGNA ſimpliciter affecti curculionis alia manifeſta ſunt, alia occulta.

Manifeſta ſunt, quæ occurrunt in oculos. Apparet enim gargareo, ſi quis aperto plurimum ore toto linguam deprimat.

Occulta ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt eædem quæ fluxionis, ut redundantia humoris alicujus ſiue pituitæ, ſiue ſanguinis, ſiue alterius.

Effectus eſt ſymptoma proprium, nempe moleſtia in deglutiendo & loquendo, cum curculio non tantum deglutitioni ſeruiat, ſed et ſit plectrum uocis.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Columellæ enim appoſita juuant, quæ excedentem qualitatem temperant, ac nocent ſimilia, à quibus præſens exceſſus ſiue fouetur, ſiue etiam augetur.

SIGNA curculionis per ſe affecti ſunt, ſi uehemens ſit affectus, ſi comitem non habeat, ſi urgeat ſine intermiſſione. Signa per conſenſum affecti ſunt contraria, quibus &

juuantia

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

juuantia adjungi debent. Gargareoni enim appoſita non juuant. Rarò autem per conſenſum: ſæpius per ſe afficitur.

IX. Tonſillarum nomen & morbum & partem affectam ſignificat, ut ſupra monuimus. Pars itaq; affecta tonſillarum, tonſillæ ſunt, hoc eſt, duæ glandulæ pharyngis pariſthmia dictæ, quæ fauces, os & linguam ſaliuâ irrigant, ne partes illæ ob continuum motum exiccentur: & ut guſtatio fieri poſſit. Vt enim coctio in uentriculo ſine elixatione non perficitur: ita nec guſtatio ſine madore.

Nullus autem eſt morbus, qui hanc partem infeſtare non poſſit, & plerunq; etiam ſoleat, imprimis phlegmone, tumor & ulcera: id quod mirum uideri non debet. Glandulæ enim inter cætera etiam hunc finem habent, ut excrementa ſuſcipiant, & cænoſam corporis noſtri humiditatem abſumant. Hinc ἰδρυμιάζειν *deductum uidetur, quo non optimè ualentem uitam ducere ſignificant Græci. Quamuis enim glandulæ pleræq;, ut eæ, quæ neruis carent, ſenſum non habeant: ideoq; non admodum ægrotent, facilimè tamen laborant, laborante reliquo corpore.*

Porrò pariſthmia ſunt locus affectus, tum anginæ, tum tonſillarum, diuerſo reſpectu. Anginæ quidem, quatenus harum glandularum phlegmone gulam & aſperam arteriam, quibus tonſillæ ut iſthmus interjacent, conſtringit, & reſpirationem impedit. Vt enim iſthmus propriè eſt anguſtus terræ tranſitus, ſitus inter duo maria: ita hæ glandulæ carunculæ ſunt inter gulam & laryngem.

Tonſillarum uerò ſubjectum ſunt, quatenus exulcerantur & ſuppurant, & ſic hoc capite Aretæus de illis agit.

Huc igitur aphthæ & exanthemata pertinent, ex quibus aphtharum ſubjectum eſt tunica oris partium. Exanthematum uerò locus affectus non tam glandulæ ſunt, quàm quæcunq; cutis & membrana, ac cutis quidem euidentium: membrana uerò occultarum partium. Euidentium ut narium, palpebrarum, faucium. Occultarum, ut pulmonis, inteſtinorum, renum. Id tamen diſcrimen non ſemper obſeruari ſolet, cum aphthas appellet Hipp. & Galenus ulcera etiam pulmonis & teſtium.

Afficiuntur autem tum glandulæ, tum cutis & membrana uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe, cum illis morbus aut cauſa morbi inſidet, id quod inflammatis uel exulceratis à cauſa externa, ut aëris infectione, lacte nutritio mordaci in pueris, & quocunque contagio contingit.

Per conſenſum, cum à parte conſentiente coafficiuntur, id quod ut plurimum contingit à capite in tonſillis, à corde in uariolis. Tonſillas enim catarrhus, uariolas ut plurimùm febris ſynochus, eaq; uel cum, uel ſine putredine antecedit, eò quod utrunque affectum nempe febrem & uariolas ſanguis efferueſcens generat, licet diuerſo modo. Vapor enim ſiue calidus, ſiue putridus à ſanguine efferueſcente ad cor tranſmiſſus febrem producit. Sanguis autem ebulliens quatenus à corde excutitur, & tota pars illius noxia ad partes cutaneas expellitur, uariolas in modum criſis ſalubres procreat: in ſalubres contrà, ſi non tota, ſed pars tantum extruditur. Reliqua enim remanens cor obruit, pulmonem item & inteſtina, aliasq; partes nobiliores lethaliter afficit.

SIGNA pariſthmiarum & cutanearum partium tum ſimpliciter tum diſtinctiuè per ſe uel per conſenſum affectarum, ſunt partim manifeſta, partim non diſſimilia ſignis affecti gargareonis.

Affectas enim amygdalas ex tumore illarum: aut ſi inflammatæ ſunt, ex rubro colore & dolore cognoſcetur: ſed & ex cõmuni difficilis reſpirationis & tranſglutitionis incommodo.

Cutem & membranas laborare in exanthematis oculi demonſtrant. An uerò ſint morbilli uel uariolæ, ex definitionibus illarum apparet, & explicatur alibi.

Quod ſi lateant, ex febre comitante, & uocis raucedine cognoſci poteſt.

XI. Pleuritidis locus affectus Aretæo ſimpliciter eſt ὑμὴν ὑποζωκώς, *id eſt, membrana ſubtilis & neruoſa, quæ coſtas introrſum ſuccingit. Hæc & pleura uocatur, ſed nomine æquiuoco, ut ſuperius diximus. Periphraſi igitur autor uti maluit,*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ne ambiguitas offenderet. Pars autem affecta principalis eſt illa membrana, eò quod affectu primario laborans ſola ueram pleuritidem efficit.

Partes affectæ minus principales ſunt, excepta pleura, omnes partes thoracis dolentes & cuncta reſpirationis organa. Partium enim thoracis aliæ ſunt dolentes, aliæ indolentes. Dolentes ſunt membrana & muſculus.

Rurſus membrana uel interna, uel externa eſt: ex quibus externa huc pertinet. Interna enim ὑπεζωκὼς eſt.

Muſculus uel pectoris eſt, uel intercoſtalis, uel diaphragmatis.

Intercoſtalis eſt qui inter duas coſtas inſeritur: eſtq́; alius externus, alius internus.

Partes indolentes ſunt coſtæ, quæ per ſe ſenſu deſtitutæ ſunt, ideoq́; ad pleuritidem non pertinent. Maximè autem dolet membrana: muſculus ſenſu adeo exquiſito præditus non eſt.

Organa reſpirationis, ut ſupra diximus, duorum generum ſunt: unum agentium, alterum patientium. Agentia ſunt membranæ & muſculi thoracis. Ex membranis eſt etiam mediaſtinus & diaphragma & pericardium: præter internam & externam, de quibus ſupra.

Patientium rurſus aliud excipit, ut pulmones: aliud deducit, ut aſpera arteria & larynx. Hæc uerò per ſe reſpirationem faciunt: per accidens uerò etiam cor & uaſa illi adhærentia, imprimis arteria aorta.

Quæcunq; igitur harum partium affecta notham non ueram pleuritidem efficere poteſt. Ex quo intelligi poteſt, non malè dixiſſe Herophilum, qui membrum patiens in pleuritide, pulmonem eſſe dixit. Sed et illud, cognatos eſſe morbos, anginam, aſthma & pleuritidem. Cujuslibet enim horum affectuum locus patiens eſt reſpirationis organum, ſed principalis pulmo in aſthmate: larynx in angina, thorax in pleuritide.

Latini ſimiliter generale ſubjectum pleuritidis, quam lateris dolorem uocant, latus conſtituunt. Latus enim communi appellatione eſt tota coſtarum regio dextra & ſiniſtra à jugulis ad hypochondria.

Aretæus tergum & dorſi ſcapulas ut partes uicinas adnumerat.

Porrò locus affectus in pleuritide interdum dextrum latus eſt, interdum ſiniſtrũ, interdum utrunq; ſimul, quod tamen rarò admodum contingit.

Frequentius uerò ſiniſtrum, quod latus dextrum ſiniſtro calidius: unde & humores uel colligi non patitur, uel collectos facilè diſſipat.

Et rurſus thoracis pars uel externa, uel interna laborat, eaq́; iterum uel tota, uel pars illius.

Afficitur autem quodcunq; ex prædictis uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe afficitur, cum primario affectu laborat.

Per conſenſum, cum à parte conſentiente coafficitur, idq́; bifariam, poſitiuè & priuatiuè.

Poſitiuè, cum pars conſentiens, ut pleura aliquid aliunde, ut uel à muſculo interno thoracis, uel à ramis arteriæ aortæ, uel ſurculis uenæ cauæ, uel à capite, uel à gutture, uel à pulmone, alioue membro illapſum excipit.

Interdum enim interni muſculi intercoſtales primum inflammantur, à quibus bilioſus ſanguis in pleuram traducitur: & contrà.

Interdum arteria aorta injuriam pleuræ infert, cum ſingulis coſtarum ſpatijs ramum de ſe præbeat, qui ſubter membranam excurrit una cum ramo uenæ azygos. Sæpius uerò ſurculi uenæ cauæ malum pleuræ communicant, ĳq́; tres, uena intercoſtalis, uena azygos & uena thoracica, de quibus ſupra in nomine morborum uenæ cauæ diximus. Aliquando caput primum laborat, à quo frigidum humorem delabentem externi muſculi lateris excipiunt: ut factum in catarrho epidemio anni 1580. Sæpè guttur aut pulmo inflammatus ad pleuram ſanguinem bilioſum refundit.

Priuatiua συμπάθεια uix occurrit, niſi tum priuatiuè affici pleuram dicamus, cum non affluit ea ſanguinis boni quantitas, quæ affluere debuit, quia uel impeditur, ut

obſtructo

obſtructo epate : uel deficit, ut eodem corrupto. Pleuritis uerò non tam ex defectu quam exceſſu ſanguinis æſtimari ſolet.

SIGNA ſimpliciter affectæ tunicæ coſtis intextæ duplicia ſunt, manifeſta & occulta.

Manifeſta nulla ſunt, eò quod pleura ſenſum latet, nec dyſcraſia illius ſemper apparet in diſſectis corporibus.

Occulta ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt uariæ, de quibus alibi. Nam v. g. pleuriticus imbecilles habet thoracis partes & abundat ſanguine bilioſo, quem pleura ob ſui denſitatem facilè ſuſcipit.

Effectus ſunt ſymptomata propria, ut febris, tuſsis & ſputa uaria, ut ait Aretæus. Sunt autem propria, ut idem ait, non ſeorſim ſed conjunctim ſumta. Sparſim enim ſi adſunt, nec conſpirent, non minus pleuram, quàm aliam partem thoracis affectam denotabunt. Alioquin & dolor punctorius & pulſus durus certum pleuræ affectæ indicium ſunt: ut alibi dicetur.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia & lædentia, ut ſi fotus ad remouendum lateris dolorem adhibiti non proſint, eò quod nouam ad locum affectum materiam attrahant: proſit contra repetita ſanguinis miſsio, aliaq; præſidia auertentia & digerentia.

Signa diſtinctiua ſunt hæc.

Si fuerit pleuritis in tota coſtis intexta membrana, totus thorax uehementer dolet, id quod lethale eſt, & raro contingit.

Si in muſculis internis uel externis affectus ſit, aderit dolor pulſatorius. Arteriæ enim non ſunt in membrana, ſed ſubter membranam excurrunt.

Si muſculi interni laborent uel pleura ipſa, facilius in latus inflammatum decumbet: difficilius in oppoſitum. Membrana enim minus tenſa minores parit dolores, tenſa contra eoſdem geminat. Tenditur autem in decubitu in oppoſitum latus, quia pendula ſit, & pondere ſuo diuellit.

Si muſculi externi affecti ſunt, facilius in latus oppoſitum: difficilius in affectum decumbet.

Si ſpatium inter muſculos intercoſtales & membranam ſuccingentem laboret, ſoli fotus digerentes juuant, cum pleuritis à flatu oriatur, quem illi diſcutiunt: & locum mūtat dolor quamuis non ſemper

Si mediaſtinus phlegmone occupetur, tum dolor medium laceſsit pectus tractim in longitudinem.

Si pulmo inflammetur, adeſt grauatiuus, non punctorius dolor. Si jecur, magis anxia erit reſpiratio, & tumet dextrum hypochondrium.

Si diaphragma, coſtarum extrema dolent ad finem oſsis ſterni, adeſt delirium, tumet regio diaphragmatis. Si aliæ partes, ex ſuis ſignis innoteſcunt.

SIGNA partis affectæ per ſe ſunt magnitudo, numerus & tempus. Nam v. g. pleura affecta erit per ſe, ſi affectus ſit uehemens & dolor continuus, non præceſsit alius morbus nec comitetur. Contrà partis per conſenſum affectæ ſigna ſunt paruitas, numerus & tempus. Nam v. g. eadem pleura erit affecta per conſenſum, ſi morbus ſit remiſsior, alius affectus pleuritidem præceſſerit, & dolor ſæpius remittit. Pleura igitur ſemper affligitur in pleuritide, interdum tamen acerbius, interdum lenius.

PARS

PARS AFFECTA MORBORVM ACVTORVM LIBRO SECVNDO.

I. *Peripneumoniæ pars affecta principalis pulmo eſt, ſpirabile organum. Sunt autem infinita reſpirationis inſtrumenta, ut ait Aretæus, quæ certis gradibus inter ſe differunt.* ἀρχὴ ἀναπνοῆς ἡ καρδία *Cor primus eſt autor, id eſt, cauſa impulſiua reſpirationis. Id enim calore maximo præditum eſt, qui flammæ inſtar in ſiniſtro illius ſinu exardeſcit, ut toti corpori calefaciendo, & ſpiritui uitali generando ſufficiat. Vt autem flamma anguſto conclaui coërcita & aëre non uentilata marceſcit: ita calor cordis langueret, tandemq́ interiret, niſi conſeruaretur moderato frigido, ſiue aëre inſpirato & expirato, quo & noua materia calori ſubminiſtratur, & fuligo ſuperflua ex nutritione genita expellitur. Cor itaq; , ut ait Aretæus, aëre primum indiget: deinde uerò pulmo, qui & ipſe ob uiciniam cordis incaleſcit: unde uterq; uim trahendi frigidi aëris naturalem obtinet.*

Porro aër trahitur & expiratur duplici modo, διαπνοῇ. & ἀναπνοῇ. διαπνοὴ, *id eſt, perſpiratio ſiue tranſpiratio per occulta fit cutis ſpiracula, unde* ἄδηλος *inſenſilis dicitur. Hac ſola uiuũt animalia* ἔντομα, *exanguia, quorum languidus & debilis calor eſt: ſimiliter & fœtus in utero & hyſtericarũ mulierum quamplurimæ ad tẽpus aliquod.*

Ἀναπνοὴ, *id eſt, reſpiratio, (quam Hipp. ſæpius* πνεῦμα *uocat) fit per nares, arteriam & pulmonem: unde conſpicua & aſpectabilis uocatur. Hac uiuunt animalia perfectiora, quorum calor ingenti uelut flamma exardeſcit, unde non poteſt ſola tranſpiratione & arteriarum pulſu temperari, ſed & reſpiratione, ut majore adminiculo indiget. Ex quo ſequitur uerum eſſe, id quod dixit Aretæus,* ὄργανα τῆς ἀναπνοῆς μυρία, *reſpirationis inſtrumenta infinita, nomine* ἀναπνοῆς *etiam* διαπνοὴν *intelligens. Sed & illud, quod pulmo uiſcus ſit plurimis morbis obnoxium. Nam & attrahẽdo ſibi non rarò malũ accerſit, & materias excluſas ab alijs partibus facilimè accipit.*

Læditur uerò in peripneumonia pulmo uel totus, uel pars ejus.

Totus eſt totum corpus pulmonis, turgentibus etiam uaſis. Pars conſideratur uel ratione latitudinis, uel ratione profunditatis. Ratione latitudinis pars alia dextra, alia ſiniſtra eſt mediana quadam membrana interceptæ, quam διαφράγματα *Græci, Latini mediaſtinum uocant. Ratione profunditatis pars alia caro eſt, alia uena arterioſa, alia arteria uenoſa, alia aſpera arteria. Caro propriam & majorem pulmonum ſubſtantiam complet, eſtq́; rara & ſpongioſa. Vena arterioſa à dextro cordis ſinu enata in poſteriorem pulmonum partem ſpargitur. Arteria uenoſa è ſiniſtro uentriculo prodiens in anteriorem diſſeminatur. Aſpera arteria à faucibus deſcendens medium pulmonem occupat, indeq; diuiſos ramos ad extremam uſq; ſuperficiem tranſmittit. Totam deniq; hanc ſubſtantiam tunica quædam obducit tenuis, quam parui attingunt neruuli à ſexta conjugatione exorti extra pulmonum ſubſtantiam. Hinc fit, ut, quod ait Aretæus, pulmo dolorem non percipiat.*

Pars igitur affecta pulmoniæ eſt modo hæc, modo illa pulmonis pars, id eſt, uel dextra, uel ſiniſtra, uel pulmonis parenchyma, uel arteria uenoſa, uel uena arterioſa, uel trachea, horumq́; propagines. Quæ uarietas antiquis occaſionem dedit, ut de ſede affecta in hoc morbo uehementer certarent, ut ſcribit Cælius Aurel. Diodes enĩ ſolas uenas pulmonũ affligi defendebat. Eraſiſtratus, arterias. Herophilus arterias & uenas ſimul. Aſclepiades uerò pulmonis bronchias. Praxogaras lobos pulmonis ſpinæ uicinos. Demetrius Herophilus integros pulmones.

Afficitur autem quodcunq; ex prædictis, uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe afficitur ea pars cui morbus morbiue cauſa inſidet. Per conſenſum, quæ uitij expers à parte conſentiente compatitur, id quod ut plurimum contingit. Peripneumonia enim rarò primarius affectus eſt, fereq́; alijs morbis eſt ſuccedanea.

Afficitur uerò bifariam. Poſitiuè & priuatiuè.

Poſitiuè

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Poſitiuè, cum pars conſentiens, ut pulmo, ſanguinem pituitoſum aliunde ſiue attrahit, ſiue non attractum tanquam pars imbecillior excipit, tranſmiſſum uel à corpore cordis per uenas & arterias: uel à capite in catarrho: uel à gutture in angina: uel à mediaſtino, ſiue etiam pleura in pleuritide.

Priuatiuè uix coafficitur, ut pars quæcunque alia in alijs morbis à plenitudine ortis.

SIGNA affecti pulmonis ſimpliciter ſunt duplicia, manifeſta & occulta.

Manifeſta nulla ſunt, cum pulmo ſenſum fugiat.

Occulta ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt eædem quæ congeſtionis & fluxionis, de quibus alibi. Sanguis enim pituitoſus interdum à ſynatriſmo ſenſim aggeritur, ex nutricatus pulmonum copia: interdum à uaſis repletis in pulmones ſubitò irruit. Quod ſi à uirulenta materia, ut à lepore marino morbus naſcatur, hoc quoq; pulmonis affecti certum indicium eſt.

Effectus eſt ſymptoma proprium, ut color maxillæ mutatus ſeu facies rubicunda, ob euaporationem ſanguinis in caput.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt quæ corroborant pulmones, ut pulmonaria & pulmo uulpis. Et ægrotus ex pulmonibus laborare conſueuit. Sed & hic morbus graſſatur in populum.

Signa diſtinctiua ſunt hæc.

SI afficiatur totus pulmo, dolor grauis omnes thoracis partes occupat. Si pars, aliquas tantum.

Si arteria, nullus dolor adeſt. Cartilaginoſa enim eſt.

Si mediaſtinus, dolor percipitur medio pectore.

SIGNA pulmonis per ſe affecti, ſunt magnitudo, tempus, numerus & juuantia. Affectus enim uehemens eſt & continuus: nulli ſuccedit, & juuant foris applicata pectori.

SIGNA ejuſdem per conſenſum affecti ſunt affectus paruitas, intermiſſio, conſociatio cum alijs morbis, & quod nocent foris adhibita pectori remedia.

II. HAEMOPTYSEOS pars affecta duplex eſt: uena uel arteria. In utraq; enim hac parte ſanguis, qui filius naturæ dilectus uocatur, ut continetur, ita ex eadem utraq; neceſſariò emanat. Eſt autem tum uena tum arteria, ex qua prodit aut capitis, aut thoracis, aut aluini uentris.

Rurſus ex capite emanat aut toto per colatorium, aut ex parte, ut naribus, faucibus, lingua, palato, gingiuis.

Ex thorace ſimiliter aut toto aut parte, ut gula, pulmone, aſpera arteria, arteria uenoſa, diaphragmate. A uena uerò arteriali ſanguinem non poſſe reijci uidetur Conciliatori diff. 190: ſiquidem illa duabus munitur tunicis & motum pulmonis tantum ſequitur, ſitq; retrò ad dorſum diſſeminata, ibi cum pulmone quieſcens. Ex aluino uentre deniq; aut toto, aut parte, ut ore uentriculi, uentriculo, liene, epate, utero.

Vna quæq; autem harum partium afficitur, aut per ſe, aut per conſenſum.

Per ſe afficitur, cum primariò affectu laborat, eaq; uel διαιρέσει ruptura: uel ἀναστομώσει apertione orificij: uel διαπηδήσει, tranſcolatione ſiue reſudatione.

Per conſenſum coafficitur, cum nullo trium prædictorum uitio uexatur, ſed aliunde tranſmiſſum ſanguinem ad os emittit, inſeruitq; tantum. Poſitiua hic igitur non priuatiua συμπάθεια locum habet.

SIGNA ſanguinis ex ore rejecti, & ex uena uel arteria erumpentis, alia manifeſta ſunt, alia occulta.

Manifeſta ſunt nulla, eò quod neutrum uaſorum ſenſui expoſitum eſt.

Occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ hæmoptyſeos uariæ ſunt, de quibus alibi. Nam v. g. Quidam diutius in aëre calidiore uerſatus, grauitatem capitis percipit, uenas habet tumentes & faciem rubicundam. Huic ſanguis erumpens ex ore, ex uenis aut arterijs capitis prodire judicatur.

Effectus ſunt qualitas mutata & excreta, quæ uenam & arteriam diſtinguunt. Ex uena enim prodiens ſanguis craſſus eſt & niger potius. Ex arteria uerò exiens

exiens tenuis, flauus & magis feruidus. Deinde ab arteria manans ſaltu quodam & impetu fluit: à uena non item.

Rurſus magna ex uena profluit maxima ſanguinis copia, & frequentior & craſſior. Ex parua contra.

Vtraq; ſimul ſunt conſuetudo laborandi, morbus popularis, juuantia. Nam v. g. hæmoptoicus hoc morbo aliàs quoque laborauit.

Signa diſtinctiua ſunt hæc.

EX CAPITE, id eſt, uaſis cerebri ſanguis ex ore rejectus prodiens cognoſcetur ex cauſis, effectis & utriſq; ſimul.

Cauſæ ſunt duplices: externæ & internæ, quæcunque ſiue manifeſtam ſiue obſcuram uaſorum intra cranium unitatis ſolutionem efficiunt.

Externæ ſunt, occurſus ambientis calidioris, rarefacientis ac fundentis, aut frigidioris exprimentis, cui homo ſe expoſuerit, ebrietas, ſatietas, conſueta per narium uenas fluxionis ſanguinis ſuppreſſio ex certis interuallis, capitis ictus ſeu uulnus.

Internæ ſunt, habitus corporis ad hoc uitium propenſus, temperamentum capitis calidum et ſiccum, humoris ſiue copia ſiue acrimonia, tumor uenarum.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & excreta.

Actio læſa eſt capitis grauitas & uertigo quæ anteceſſit. Mutata qualitas ut genarum & totius faciei rubor, uenarum frontis, temporum atq; oculorum extenſio, tinnitus aurium.

Excretorum copia, qualitas, modus eductionis.

Copia. Sanguis expuitur in exigua quantitate, interdum multus & copioſus, diſrupta aliqua ampliori capitis uena, quod tamen raro contingit.

Qualitas. Sanguis exit ſimplex, purus, floridus, non ater, conglobatus, ſpumoſus.

Modus eductionis. Sanguis plerunq; cum aliqua gutturis titillatione & citra tuſſim reÿcitur: raro cum tuſſi, cum ſcilicet magna copia confertim ad palatum fluxerit.

Vtraq; ſimul. Eodem uitio hæmoptoicus aliàs laborauit, & ſanguine educto æger melius habet, & quæcunq; mala affectio capitis deſinit.

EX NARIBVS, id eſt, internis narium uenulis ſanguis ex ore rejectus prodiens cognoſcetur ex cauſis, effectis & utriſq; ſimul.

Cauſæ ſunt duplices, externæ & internæ.

Externæ ſunt, ictus ſeu alia offenſio ipſius naſi quæ anteceſſit, aut natatio in loco paluſtri, ubi multæ hirudines degunt, quæ interdum nares ingreſſæ fluxum excitant ſanguinis, quod tamen raro apud nos contingit.

Ex internis eſt natiua hominis propenſio ad ſanguinem certis quibusq; temporibus fundendum.

Effectus ſunt excreta, eorumq; copia, qualitas, modus eductionis.

Copia. Sanguis qui expuitur paucus eſt, eò quod è proximo loco prodit.

Qualitas. Ruber eſt ac ſine ulla permixtione ſpumæ.

Modus eductionis. Nares emungendo cum aliqua ui ſanguis per ipſas effluit, & aſtrictis naribus facta inde uehementi attractione copioſus in os effertur atque expuitur.

Vtraq; ſimul. Iuuant ſiue nocent utilia ſeu noxia, quæ naribus admouentur.

EX FAVCIBVS & gutture ſanguis ore rejectus prodiens, cognoſcetur ex ſignis tum manifeſtis tum occultis.

Manifeſta ſunt, quæ ſenſus percipit. Nam lingua depreſſa rubedinem præternaturalem ejusmodi partium ſpectandam præbet.

Occulta ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt externæ & internæ, quæcunque ante eruptionem fauces offendere potuerunt, uel rumpendo, uel rarefaciendo. Effectus ſunt actio læſa & excreta. Fauces enim dolent, reliquæ partes doloris expertes ſunt, ſanguis exit paucus & ſubflauus cum ſcreatu quodam & uox rauceſcit.

Ex lingua, palato & gingiuis *ſanguinis ore rejecti eadem ferè ſigna ſunt. Lingua enim rubet: gingiuæ tument, & compreſſæ digitis, ſanguinem emittunt, palatum ſordidum, aſperum, ulceratum apparet.*

EX

EX THORACE ſanguis ore rejectus prodiens cognoſcetur ex cauſis, effectis et utriſq; ſimul. Manifeſta enim nulla ſunt, cum uaſa thoracis ſenſum lateant.

Cauſæ ſunt externæ & internæ. Externæ ſunt, quæcunq; rupturam illorum efficere potuerunt, ut uulnus ſiue ictus, magnus ſaltus, caſus de loco ſublimiori, magna cõcuſſio partium per tuſſim, nimis alta uox, compreſſio à duro & graui corpore facta, geſtatio magni ponderis ejusq; eleuatio.

Internæ ſunt inflammatio lateris, ſepti, pulmonis, gutturis.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas et excreta. Sternum enim dolet, ſanguis cum ingenti tuſſi extruditur, isq; non multum flauus, modicè craſſus, ſpuma carens, niſi in tranſitu pulmoni noxam impertiat. Quod ſi à latere cum tuſſi prodeat, ſatis niger eſt, leuis, tetri odoris, eò quod putridus et ſanioſus. Ac dolor quidem percipitur in parte thoracis ægrotante, eò quod pectus multis neruorũ propaginibus refertum eſt: & ſanguis niger eſt, quod inter pectus quod ſanguinem fundit & os, per quod cum tuſſi idem rejicitur, magnum intercedit ſpatium, ex quo colorẽ amittit floridum, ſed & putredinem interdum acquirit. Tempus etiam excretionis notam de ſe præbet. Qui enim ex thorace prodit ſanguis, poſt ſomnum experrectis ut plurimum prodit. In ſomno enim partes pectoris magis incaleſcunt, uaſaq; inde apertiora fiunt ad ſanguinem fundendum.

Vtraq; ſimul ſunt præſidia utilia, quæ juuant thoraci admota, nocent contrà noxia.

EX GVLA ſanguis ore rejectus prodiẽs cognoſcetur ex cauſis, effectis & utriſq; ſimul.

Cauſæ ſunt uariæ, de quibus alibi. Ex euidentibus eſt ſpina & oſſis ſeu alicujus aſperioris corporis, aut pungentis aculei deglutitio, hirudinis in gulam ingreſſio, acris aut ſalſa deſtillatio, uariola.

Effectus eſt actio læſa & excreta. Nam ægrotans moleſtiam quandam in gula percipit, & tunc potiſſimum, cum uel benè frigida, aut calida, aut acerba uel cibos aſperiores, ſiue etiam acres & ſalſos liquores deglutit. Sanguis ſubflauus & paucus ſaliuæ permixtus, cum uomitu quodam & tuſſicula detruditur.

Vtraq; ſimul ſunt præſidia, gulæ admota, quæ ſi utilia ſint uitio gulæ depellẽdo, juuãt: ſi noxia, lædunt.

EX PVLMONE ſanguis ore rejectus prodiens cognoſcetur ex cauſis, effectis & utriſq; ſimul.

Cauſæ ſunt quæcunq; pulmonem lacerant, ut tuſſis aſperrima, clamor, ſaltus, caſus, ictus: copia ſanguinis aut flatuoſi ſpiritus, deſtillatio à capite acris & ſalſæ materiæ in pulmonem.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & excreta. Nam pectus graue eſt, dolorem uerò nullum, ut ait Aretæus, percipit: uel potius exiguum duntaxat & obſcurum. Facies rubet, ſanguis repente, id eſt, cum impetu isq; copioſus emanat, rutilus, ſpumans & rotundus, id eſt, minutiſſimis bullis rotundis obſitus, à ſpiritu & calore pulmonis, continenter follis modo agitati, maximè ſi eroſionem ut cauſam agnoſcat.

Vtraq; ſimul ſunt præſidia, quæ ſi utilia pulmonis morbis, & potiſſimum ſolutæ unitati adhibeantur, juuant.

EX ASPERA ARTERIA ſanguis ore rejectus cognoſcetur ex cauſis, effectis & utriſq; ſimul.

Cauſæ ſunt eædem, quæ ex pulmone exeuntis, ut tuſſis, clamor, ictus, ſalſa pituitæ deſtillatio, uſus medicamenti erodentis partes oris.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & excreta. Sentitur enim dolor paulum ſupra aut infra guttur: ſanguis uehementer flauus, isq; paucus cum aliqua licet exigua tuſſi uel ſolo ſcreatu expuitur. Quod niſi fiat, tuſſis non deſinit. Interdum autem cum ſanguine aliquid etiam puris, ſiue etiam cartilaginis putrefactæ, & à tunica ſeparatæ rejicitur. Vox obſcuratur & rauceſcit.

Vtraq; ſimul ſunt præſidia emplaſtica, quæ cum ſint utilia huic affectui, ſi juuent: contra noceant acria, præſertim ſenſim ac paulatim deglutita, tracheam arteriam laborare ſignificant.

EX ARTERIA VENOSA ſanguinis ore rejecti eadem ferè ſigna ſunt, quæ ex pulmone & ex aſpera arteria. Id uerò certiſſimum, ſi uel

pars

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

pars aliqua arteriæ ſiue uenæ, ſiue propria ſubſtantia pulmonis efferatur. Sed & illud non minus certum, quod ex arteria uenoſa detruditur multus, ſimplex ac ſatis floridus: ex ſubſtantia uerò pulmonis ſpumoſius potius & in minori copia ac cum tuſſi.

EX DIAPHRAGMATE ſanguinis ore rejecti ſignum pathognomonicum dolor eſt, circa ſeptum tranſuerſum perceptus, isq; uelut circularis. Diaphragma enim inſtar zonæ totam illam regionem cingit. Id uerò contingit rariſſimè, nec tamen fieri non poteſt. Sanguis enim ex ſepto tranſuerſo, ut & thorace per membranam, quæ pulmones obducit, ueluti reſudat, inq; pulmones effunditur, qui poſtmodum ex pulmonibus tuſſi per os reijcitur. Reliqua ſigna eadem ſunt, quæ thoracis.

EX STOMACHO ſanguinis ore rejecti ſigna ſunt, cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; uaſorum unitatem ſoluunt, ut uulnus, ictus, ſanguiſuga, alimentum, medicamentum exulcerans, eroſio, plenitudo.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & excreta. Nam aſſiduè dolet uentriculus, præſertim ſi quis acria alimenta ſeu medicamenta deglutiat: adeſt nauſea, angor & deliquium animi & uertigo, ructus crebri & odoris uirulenti, præſertim ſi materia multa collecta fuerit. Sanguis reijcitur cum uomitu, isq; uel humoribus, ut bili pituitæue, uel cibis permixtus, ſi quis cibum prius ſumſerit, nullo in hypochondrijs alio aliquo membro læſo. Præterea exiguus propter uenas paruas, quas habet ſtomachus.

Vtraq; ſimul ſunt remedia, quæ utilia proſunt ut acerba, auſtera, aſtringentia ac modicè refrigerantia: contra nocent contraria, ut acria.

EX EPATE ET LIENE SANGVINIS ore rejecti ſigna ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt quæcunq; uaſorum utriusq; uiſceris unitatem ſoluunt, de quibus alibi: imprimis uerò tumor in alterutro uiſcere, qui præceſſit.

Effectus eſt, dolor circa epar, uel lienem, & ſanguis qui ex epate magis ruber & copioſius euomitur: ex liene autem ſubniger magis & concretus, citra quamcunq; propriam uentriculi affectionem.

Vtraq; ſimul ſunt præſidia, quæ utiliq; ſolis his uiſceribus malè affectis medētur, fruſtrà adhibitis, quæ ad uentriculum ſanandū adhibentur.

Reijcitur autem ſanguis ex jecore & liene, aut per inteſtina & uentriculum: id quod facilius contingit: aut per pulmonem & arteriam, id quod fit rarius: nec tamen fieri non poteſt. Nam, ut ait Aretæus, in febribus ex fluente nare; quæ rectà uiſceri reſpondet, ſanguis à liene & epate prodiens emanat. Petens autē prius uentriculum, uomitu reijci ſolet.

EX VTERO ſanguinis ore rejecti ſigna ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, uitium aliquod uteri, & tempus, quo aliàs menſes fluere ſolent, jam uerò ſuppreſſi ſunt.

Effectus eſt ſanguis prodiens uarius, prout materia menſtrua uaria eſt, isq; cum grauitate odoris.

Vtraq; ſimul ſunt præſidia, quæ utero utilia adhibita proſunt, nocent contraria.

Ex quibus apparet ſigna partis affectæ in hæmoptyſi præcipua eſſe illa, quæ ex præcedente de uiſceribus querela, et ſanguinis excreti copia & modo eductionis petuntur. Sanguinem igitur ſputo rejectum pelui excipere, & uirgulto agitatum luſtrare oportet. Omne enim excrementum ideam partis præſefert, unde fertur.

Ex copia notæ breuiter ſic ſe habent. Sanguis profluit aut multus aut paucus. Si multus, prodit ab pulmone, arteria uenoſa, epate, liene, utero. Si paucus, manat ex aſpera arteria, gula, thorace, lingua, palato, faucibus, naribus & ex capite, niſi major uena rupta fuerit.

Ex modo eductionis notæ breuiter ſunt hæ. Sanguis profluit aut ſcreando, aut ſpuendo, aut tuſſiendo, aut uomendo. Si manat ſcreando, prodit à faucibus. Si ſpuendo, uenit ab ore & gingiuis. Si tuſſiendo, abit à pulmone, & cæteris partibus reſpirationi deſtinatis: ſi uomendo, prodit à uentriculo, epate, utero.

SIGNA per ſe uel per conſenſum affectæ partis in hæmoptyſi ſunt affectus proprius, magnitudo, tempus, numerus & juuantia, quæ paulò aliter hic conſiderari oportet quā alibi factū, ut in ſubjectis exemplis apparet.

Caput igitur per ſe, thoracem uerò per conſen-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ... ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cōſenſum affectū eſſe oſtēdet prægreſſus affectus capitis, imprimis percuſſio, quæ ſi caput tantum tetigerit illæſo thorace, idq́ uehementer doleat, & juuent appoſita illi remedia, ſanguinis à capite deſcendentis & per ſe affecti certum ſignum erit. Id ipſum uerò per conſenſum laborabit, thorax contra per ſe, ſi thoracis & non capitis affectus præceſſerit: nec caput uel uehementi uel continuo dolore affligatur, nec juuent idonea illi admota præſidia. Ex quo ſequitur, ut in hæmoptyſi dolor capitis non tam illius uenarum quàm thoracis aut pulmonis diſruptionem aut apertionem indicare poſſit.

Nares per ſe, pulmonem per conſenſum affici oſtendet prægreſſa narium manifeſta læſio, illæſis pulmonibus, ſiq́ ea ſigna, quæ narium propria eſſe ſupra diximus, pleraq́ adſuerint, defuerint autem, quæ pulmoni conueniunt. Contra pulmo per ſe, nares per conſenſum laborare dicentur, ſi illius manifeſta præceſſerit læſio, adſit rubedo genarū, aliaq́ ſigna, quæ ſupra recenſuimus pleraq́: deficiant contra ea, quæ naribus congruunt. Neq́ enim rarò contingit, ut reſerata pulmonis uena, ſanguineq́ ad nares uſq́ regurgitante præ multitudine, & contra reſeratis uenulis narium, ſanguineq́ ad pulmones uſq́ deſcendente, rurſumq́ aſcendente & per os rejecto, dubitetur ex qua nám parte, naribusné an pulmone primario affecto ſanguis profluat.

Eadem eſt ratio uentriculi, epatis, lienis, uteri, quorum quodlibet per ſe uel per conſenſum affectum eſſe cognoſcetur ex ſignis pluribus ſimul concurrentibus: ex aduerſa uerò parte deficientibus: imprimis uerò ex manifeſta cujusuis partis læſione & ſigno pathognomonico. Dubia enim ſunt ea, quæ ex colore & tuſſi & ſpuma ſolent peti indicia, niſi cætera ſimul conſentiant.

III. Syncope οὐκ ἄπιστος τῆς καρδίας νοῦσος, ut ait Aretæus, hoc nomine λειποψυχίαν intelligens, quam à ſyncope in ſpecie ſic dicta differre ſupra in nominibus diximus. Interrogatione autem negante utitur, quæ ſententiæ affirmanti æqui pollet, ut aduerſarium tantò magis urgeat. Subjectum igitur non ſtomachus eſt, ut uoluit Oribaſius, ſed cor, uel ſpiritus, qui in corde & arterijs continetur: id quod Aretæus confirmat directè & obliquè. Directum argumentum eſt exemplum hoc. Bubonum ſubjectum ſunt inguina: tetani nerui, epilepſiæ caput. Ergo ſyncopæ indubitatum ſubjectum cor eſt. Valet conſequentia, quia prædicti affectus ſunt ſimiliter membrorum proprij & periculoſi. Obliquum eſt, quod conſtat refutatione objectionis hujusmodi.

Syncope curatur remedijs ſtomacho adhibitis, ut cibo, uino, frigidâ. Ergo ſtomachus locus patiens eſt in ſyncope. Reſpondet autem per datam inſtantiam opponendo abſurdum eadem ratione cōſequentiæ hoc modi. Phrenitici capillorum detonſione & cutis irrigatione relevantur. Ergo phrenitis capillorum capitis & cutis affectus eſt, quod abſurdum eſſe nemo non intelligit. Verum enimuero argumenta à ſignis petita certiora ſunt, de quibus paulò poſt.

Quod uerò Aretæus cor domicilium animæ, et propriam ſedem naturæ ejus appellat, id dextrè intellectum recepto dogmati de ſede animæ in cerebro non repugnat. Nam τὸ ἡγεμονικὸν in cerebro: τὸ θυμικὸν, id eſt, affectus animi, qui ſunt lætitia, triſtitia, ſpes & metus in corde regiam ſuam habent: ut τὸ ἐπιθυμητικὸν in epate. Hinc Galenus corde calidis audaciam, frigidis timiditatem tribuit. Quod & de corde magno & paruo ſimiliter dici poteſt. Neq́ enim cor calidum eſt, quin ſit magnum, neq́ magnum, quin & thoracis magnitudinem & animi audaciam conſectariam habeat. Et contrà de corde frigido. Sic Aretæus eos, qui ſecundum cor laborant, ſenſu & mente ualere ſcripſit. In his enim τὸ ἡγεμονικὸν ſaluum eſt, incolumi temperamento cerebri, à quo ſenſus & cogitatio: τὸ θυμικὸν læſum, alterato temperamento cordis.

Cor igitur πρῶτον δεκτικὸν eſt, quod poteſt affici uel ſecundum humores & ſpiritus, uel ſecundum ſolidas partes, & rurſus ſecundū partem dextram uel ſiniſtram: idq́ aut per ſe, aut per conſenſum.

Per ſe, cum laborat morbo uel ſimilari, uel organico, uel communi. Alteratur enim ex frigidis uentriculi ſuccis, diſtenditur à flatu, obſtruitur, ulceratur, intumeſcit à phlegmone. Errant igitur qui cor per ſe affici poſſe negant, cum omni morborum genere affligi poſſit. Quod ſenſiſſe uidetur Q. Horatianus, qui indicium manifeſtum, quo tētari in aliquo naturam cordis intelligeret

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nunquam ſibi claruiſſe ſcribit. Etſi enim hoc rarius contingere ſoleat, ut per ſe cor affectũ ſit, frequentius ut per conſenſum, non tamẽ omninò non contingit.

Per conſenſum laborat, cum à parte conſentiente coafficitur, quæ multiplex eſſe poteſt. Cor enim omnibus totius corporis partibus per arterias conſentit: imprimis uerò cũ pulmone, cerebro, ſtomacho, epate, liene, utero & artubus, idq́ uel poſitiuè uel priuatiuè.

Poſitiuè cum uapor uel humor ſuffocans ſpiritus motumq́ cordis tollens à prædictis partibus ad cor affluit, ut in malignis febribus, pleuritide, angina, peripneumonia, pulmone ulcerato, cardiogmo, præfocatione uteri.

Priuatiuè, cum quod affluere debuit, ut ſpiritus animalis, nutrimentum, & ſpiritus uitalis aut impeditur aut deficit. Spiritus animalis impeditur cerebro laborante in apoplexia, epilepſia, phrenitide, mania. Hinc ſyncope Hippocratis à concreſcente ſanguine in uenis & arterijs, dum ſpiritus animalis aditu ad cor prohibetur. Nutrimentum deficit epate nullum ſanguinem generante, uel ſplene melancholicum ſanguinem non expurgante, & hæc ſyncope maraſmus ſyncopoſus appellari poteſt. Spiritus uitalis deficit affecto uentriculo, epate, ſplene. Sanguis enim tum generari non poteſt, ex quo ſpiritus uitalis ortum trahit. Vnde febris μαρασμώδης dicta interdum oritur, humidum quidem primigenium exiccans ſed non ex toto aut perfectè.

Signa cordis ſimpliciter affecti alia ſunt manifeſta, alia occulta.

Manifeſtum nullum eſt, cum hoc uiſcus ſenſui expoſitum non ſit.

Occulta ſunt, cauſa, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt externæ & internæ, quæcunq́ modo aliquo motum naturamq́ cordis labefactant, ut aër malignus, cibus, toxica, uulnus, calor & frigus immodicum, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa & mutata qualitas. Grauis dolor circa cor infeſtat, pulſus languet, obſcurus, rarus eſt: affectus ſopiti ſunt, ut ſpes, ira, timor. Facies albet.

Vtraq́ ſimul ſunt iuuantia. Proſunt epithemata utilia cordi admota. An uerò lædantur cordis ſolidiores partes, uel humores uel ſpiritus, id cognoſcetur ex eo, quod citius ac facilius, uel difficilius & tardius morbus accedit uel recedit. Tenue enim ſubjectum citius: craſſius, tardius læſionem & curationem admittit. Defectus uerò ſpiritus erit ſi præceſſit diuturna uigilia, ſummum & inſperatum gaudium, maximus timor, uehemens dolor, ingens ſanguinis effuſio, præſertim ex præciſa arteria. Idẽ ſpiritus ad prauam qualitatem alteratus erit, ſi quis uenenum ſumſerit, morſus ſit à uenenato animali, aërem malignum hauſerit, abundet copia prauorum ſuccorum. Eadem eſt ratio humoris, cujus uel nimia copia, uel inopia cognoſcetur ex ſignis, de quibus alibi. Sic dextra pars affecta erit, ſi illa uim ſymptomatum maximè ſentiat: ſiniſtra, ſi contrà.

SIGNA cordis per ſe uel per conſenſum affecti ſunt magnitudo, tempus, numerus et juuantia. Corde enim per ſe affecto lapſus uirium major eſt, & ferè continuus, ſiue frequẽtior, mors ſubita, benè ſe habent partes, quibus illud conſentit. Quo alludens Hipp. dixit aph 41. Qui ſæpe & uehementer & ſine cauſa manifeſta exoluuntur, ij repente moriuntur. Contra eodem per conſenſum affecto, lapſus uirium minor eſt, & intermittit & partes cordi conſentientes malè ſe habent: nihil deniq́ proſunt utilia cordi appoſita: multũ uerò juuant, quæ proprios partiũ conſentientium affectus propulſant.

Ex quânam autem parte conſentiente laboret, id ex proprijs illius ſignis cognoſci oportet. Nam v. g. ex ore uentriculi per ſe affecto, corde uerò per conſenſum, ſyncope, quæ ſtomachica dicitur, eueniet, ſi præceſſit uomitus, nauſea, morſus & dolor ejus partis. A cerebro, epate, matrice, ſi præceſſit læſio cerebri, epatis, matricis.

A uermibus, ſi dentes ſtrident, inteſtina uellicatum, puncturam, dolorem percipiunt, ægroti clamant, à ſomno exterriti expergiſcuntur, uermes emittunt.

IV. CAVSI aliud eſt ſubjectum, aliud focus. Rurſus ſubjectum aliud primarium, aliud ſecundarium eſt.

Primarium eſt cor, idq́ ſecundum totam ſubſtantiam. Incaleſcit enim in cauſo non tantum fibroſa & carnoſa, ſed & ſpirituoſa

ſpirituoſa pars cordis, ut & in quauis febre alia, ſed diſsimili modo. In febre enim hectica κατ' ἕξιν, ſecundum habitum: in reliquis uerò κατὰ σχέσιν, id eſt, permanentiam uel momẽtaneam, ut in ephemeris, uel breuem, ut in cauſo, & alijs putridis. Nec tamen illud negari poteſt, accendi in omni febre propriè & immediatè ſpiritum in cordis mole implantatum, humores & partes ſolidas mediatè, cum calor in ſpiritu tanquam præcipuo ſubjecto reſideat: uel certè eodem uelut proprio inſtrumento utatur. Eſt uerò febris nihil aliud quàm cordis calor non modò auctus ſed & igneus factus, unde πυρετὸς Græcis ἀπὸ τοῦ πυρὸς igne, Latinis febris à feruore dicitur. Sed nec illud negari poteſt, interdum ſpiritus, interdum humores, interdum ſolidas partes accendi facilius, pro uaria diſpoſitione harum trium partiũ. Sunt enim interdum ſolidæ partes calidiores & ſicciores, ideoq; proniores ad recipiendum calorem extraneum, unde hectica. Spiritus contrà & ſanguis frigidiores ex uictu prægreſſo: interdum ſpiritus aut humores primum caleſiunt, unde ephemera & putrida. Vt igitur fulmen maſſam auream liquat intacto corio, aut lana: ſic v. g. putrida febris ſi cauſæ putrefacientes accedant, humores inuadit, non ſpiritus aut ſolidas partes putredini ineptas. Ex quo ſequitur, ut ephemera non ſemper ſiue putridam ſiue hecticam neceſſariò præcedat.

Secundarium ſubjectum cauſi, ut & cujuslibet febris eſt totum corpus, quod calorem præter naturam ex corde transfuſum undiquaq; accipit tum uectura ſpiritus & humoris fluentis per uenas & arterias, ut in ephemeris & putridis: tum contagione tantum & uiciſsitudine alterationis, ut in hecticis. Vtrunq; autem ſubjectum in omni febre conjungi neceſſe eſt. Neq; enim fieri poteſt, ut ulla intemperies imprimis calida totum corpus afficiat, niſi cor principium caloris prius affectum ſit: nec febris aliqua dici poteſt, niſi totum corpus occupet. Vt igitur ſe habet Sol, cor mundi, irradians, ad aërem quem illuſtrat: ſic cor, ſol animalis accenſus, ad totum corpus, cui flammam febrilem impertit.

Focus febrium eſt fomes, quem Galenus libro de maraſmo ſic definit. λέγω δὲ ἑςίαν τοῦ πυρετοῦ μόριον ἐκεῖνο τοῦ ζώου τὸ πρῶτον ἀμέτρως θερμανθὲν τοῖς στερεοῖς μέρεσιν ἑαυτοῦ. *Focum febris uoco eam animalis partem, quæ primum in ſuis ſolidis partibus excalefacta tantum fuerit, ut inde cor pariter concalefieri poſsit & febrem facere, quæ ante concalefactum cor fieri non poteſt. Focus igitur febris eſt locus putredinis uel cauſæ antecedentis, ſeu pars affecta, unde febris quocunq; modo oritur: eaq; uaria, ut mox dicetur.*

Focus autem dicitur μεταφορικῶς. *Vt enĩ in foco domeſtico ignis accendi ſolet: ita febris, quem ignem uocant, in loco certo corporis quem focum uocant excitatur. Differt autem focus à fomite. Focus eſt locus, in quo putredo tanquam ignis primum accenditur. Fomes eſt id, quod putredini materiam ſuggerit. Nec tamen fieri non poteſt, ut interdum eadem particula ſit & focus & fomes putredinis: ſæpius uerò alia eſt particula focus & alia fomes. Focus & fomes ſimul eſt, cum febris excitatur à materia, quæ putruerit in aliqua particula, quæ illam non aliunde aliqua ratione ſuſceperit, ſed potius ipſa ex proprio uitio illam genuerit, ſubindeq; gignit, dum uitium illud manet. Focus alius eſt à fomite, cum materia non generatur in eo loco, in quo poſtea putreſcit, ſed ab alijs partibus amandata in eo loco ſuſcipitur, ubi etiam putreſcit.*

Sic ſubjectum febris & focus differunt, quod nulla ſit pars in corpore humano, quæ focus fieri non poſsit. Subjectum autem febris primarium nullum aliud quàm cor eſſe poſsit.

Cor igitur principale ſubjectum febris afficitur aut per ſe, aut per conſenſum.

Per ſe afficitur, cum focus eſt in ipſomet corde, id quod fit, cum uel laborat ex permanente intemperie calida in ſua ſiue carnoſa, ſiue fibroſa, ſiue ſpirituoſa ſubſtantia, uel putreſcit, id quod homine aliquantulum ſuperſtite fieri poteſt.

Per conſenſum afficitur, cum focus eſt extra cor in alijs partibus, ijsq; uel uenis, uel extra uenas. Rurſus uenarum aliæ majores, aliæ minores. Majores ſunt, quæ inter alas & inguina excurrunt. Minores ſunt in ambitu habituq; totius corporis.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Spatia extra uenas ſimiliter alia ſunt extra uenas majores, alia extra uenas minores.

Spatia extra uenas majores ſunt partes thoracis & abdominis, ut pulmo, uentriculus, epar, lien, meſenterium, epiploon, uterus, eaq; quæ circa hæc uiſcera continentur. Spatia extra uenas minores ſunt partes capitis & artuum, ambitusq; corporis, ut ſunt magna ex parte muſculi.

Rurſus focus aut eſt unus, aut plures.

Afficitur autem per conſenſum uel poſitiuè, uel priuatiuè.

Poſitiuè, cum uel ſpiritus fluens ex euidentibus cauſis, ut Solis æſtu uel uino meraciore accenſus: uel fuliginoſa putridaue exhalatio, ex uenis extraue uenas: uel intẽperies calida alicujus uiſceris, cordis calorem naturalem corrumpit, feruoremq; excitat.

Priuatiuè, cum non affluit quod affluere debuit, eò quod uel impeditur, uel deficit. Impeditur ab obſtructione inueterata & putreſcente uiſceris alicujus. Deficit à corruptione ſubſtantiæ & ulceratione uiſceris. Aliam enim priuatiuam συμπάθειαν *hic conſtituere non poſſumus.*

Ex quo ſequitur, ut tanta ſit febrium uarietas quanta fomitis illarum diuerſitas: id quod breui diuiſione percurrere ab hoc loco non prorſus alienum uidetur.

Febrium enim primum alia primaria eſt, alia ſecundaria. Primaria eſt primigenia, quæ fit corde per ſe affecto. Secundaria eſt ſymptomatica, quæ fit eodem per conſenſum afflicto. Sic hectica alia primaria eſt, alia ſecundaria.

Primaria eſt, quæ cordis primum, deinde reliquarum partium ſubſtantiam æqualiter inuaſit. Secundaria eſt, hectica unius membri, quæ cujusq; partis, ut uentriculi, epatis, lienis & pulmonum ſubſtantiam primum ac per ſe obſidet: deinceps uerò tum cor, tum partes ſingulas occupat. Eadem eſt ratio aliarũ febriũ, ut ephemeræ & putridæ.

Ephemera enim primaria fit à cauſis euidentibus, ut æſtu Solis, aëre peſtilenti, uino meraciore, ira, mœrore. Secundaria ex magnis partium externarum, uel paruis partium internarum inflammationibus excitatur, ut inguinum, quas Græci bubonas uocant. Nam etſi ibi aliqua continetur putredo, cum tamen ſit concluſa & circumſcripta, non tantam inde putridam exhalationem attolli contingit, ut poſſit ad cor usq; pertingere. Vnde Hipp. 4. aph. 55. Ex inguinum inflammationibus omnes febres malæ, præter ephemeras. Ad ephemeras uerò referri oportet & quintanas & ſextanas, & ſimiles. Quod ſi uerò inflammationes partium internarum majores ſunt, eæ putridas generant.

Sic putrida alia primaria eſt, alia ſecundaria. Primaria eſt Epidemica, quæ ab aëre inſpirato cor primum afficiente concitatur. Secundaria eſt, non epidemica, quæ ab interno humore putreſcente oritur.

Secundo febrium alia continua eſt, alia intermittens.

Continua eſt, cujus nulla eſt infebricitatio: intermittens, quæ in uacuitatem febris deſinit. Continua rurſus eſt omnis febris tum primaria, eaq; ſiue ephemera, ſiue putrida, ſiue hectica: tum ſecundaria, cujus materia ut plurimum in uenis continetur. Intermittens uerò nulla eſt primaria, omnis ſecundaria: eſtq; illius materia ut plurimum extra uenas in particulis, ad quas uenæ humores deferunt. Rurſus materia, quæ in uenis continetur uel uapor eſt calidus ſanguinis uberioris uel ſanguis totus, uel unus humor tantum. Si uapor phlogoſin faciat, fit ſynochus non putrida. Si omnes humores ſimul putreſcant, fit ſynochus putris. Synochus utraq; dicitur quaſi ſine circuitibus. Vnica enim acceſſione continetur à principio usq; ad finẽ, eſtq; triplex: homotonos, epacmaſtica paracmaſtica. Homotonos eſt, quæ ſimilis perſeuerat à principio ad finem. Epacmaſtica eſt quæ perpetuò augeſcit. Paracmaſtica, quæ perpetuò remittit. Si unus humor tantum, is uel phlegma eſt, uel flaua bilis, uel atra bilis. Si phlegma, fit continua quotidiana. Si flaua bilis, fit tertiana continua & cauſos. Si atra bilis, fit continua quartana. Quotidiana plurimum conſiſtit in uenis oris uentriculi & inteſtinorum nec non capitis: tertiana epatis: quartana lienis malè affectis. Species quotidianæ continuæ ſunt lypiria, epialos, latica, ſyncopalis, catarrhalis. Ex quibus epialos ut plurimum intermittens eſt ex pituita acida extra uenas putreſcente, circa inteſtina, ut in colo.

Lypiria

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

LYPIRIA eſt febris ardẽs, in qua interiora uruntur, extrema uerò algent, ſic dicta ἀπὸ τῶν λυπρῶν, *quo nomine nuda & arida loca Hipp. appellat. Eſtq́ duplex: alia ex bile, alia ex pituita. Bilioſa rurſus alia mitis, alia ſæua. Mitis eſt, cum interiora à bile putreſcente non copioſa urũtur, quæ externis partibus ſic communicatur, ut tepidiores maneant. Sæua eſt, cum bilis putreſcens tam copioſa eſt in partibus internis, ut partes externas omni ſpiritu & calore deſtitui faciat.*

Pituitoſa ſimiliter alia mitis, alia ſæuior: eſtq́ eadem illius quæ bilioſæ ratio. In miti enim putredo mediocris: in ſæuiore uehemens eſt.

EPIALOS eſt febris lypiriæ contraria, in qua interiora frigent: extrema calent: uelut alij definiunt in qua eodem tempore eadem corporis particula inæqualem ſenſum caloris & frigoris percipit: ſic dicta ἀπὸ τῆς ἁλὸς & ἠπίως *quod ſit inſtar maris à principio quidem mitis & tranquilli ſed difficillimi poſtea tempeſtate redditi. Eſtq́ duplex: uera & ſpuria.*

Vera eſt, uel ex acida pituita tantum, uel ex acida & uitrea.

Spuria eſt, ex acida mixta cum bile, de quibus Gal. 2. de diff. febr. 6. & lib. de inæquali intemperie cap. 8.

LATICA eſt latens, in qua pituita dulcis putreſcit in uenis paruis: in magnis uerò flagrans cauſos pituitoſus nothus dici ſolet.

SYNCOPALIS eſt, quam ſyncope comitatur, ob læſum os uentriculi ex maxima crudorum ſuccorum copia.

CATARRHALIS eſt, quæ oritur ex materia pituitoſa genita in capite.

Phlegma enim copioſum producitur aut ob intemperiem uentriculi, aut ab uſu immodico ciborum pituitoſorum, etiam bene ſe habente uentriculo: aut à uitio capitis: unde deſtillans per aſperam arteriam in pulmones excurrit, illicq́ ob longam moram calore præter naturam corruptum febrem procreat.

Quomodo autem cauſus & tertiana continua inter ſe differant dictum eſt in nomine cauſi. Eſt enim cauſus ex flaua bile in uenis cordi uicinis putreſcente (ut in thorace & uentre) tertiana uerò continua ex eadem putreſcente in partibus à corde diſtantioribus.

Intermittens eſt, cujus materia ut plurimum extra uenas, ſiue majores, ſiue minores, ſiue in habitu (in quem initijs acceſſionum ſpargi ſæpius ſolet) continetur, eſtq́ uel pituita, uel flaua bilis, uel atra bilis. Ex pituita fit quotidiana periodica. Ex flaua bile fit tertiana interpolata exquiſita, ex atra bile fit quartana intermittens. Quod uerò additur, ut plurimum, id ne temere dictum uideatur, pleniorem explicationem requirit. Neq́ enim febrium intermittentium à continuis diſcrimen ſemper eſt in loco, ſed etiam in materiæ quantitate & qualitate, quod Galenus rectè aſſerit. Fernelius imprudenter negat. Materia igitur ſi multa ſit & craſſa lentaq́ cum ſit minimè diſſipabilis, etiam extra uenas coaceruata, continuam febrem quæ plures dies duret, producit. Contra eadem ſi pauca & tenuis fuerit, putreſcatq́, non ſolum extra uenas, ſed intra eaſdem etiam febrem intermittentem accendit. Hinc febris continua eſt inflammato cerebro, pulmone, membrana ſuccingente coſtas, quæ nomine partis focum continentis appellatur phrenitis, peripneumonia, pleuritis. Sed & febris continua eſt ex chylo in uentriculo putreſcente: & ex lumbricis & ex putreſcentibus excrementis poſt profuſionem aquarum ex aperto hydropicorum abdomine. Quæ omnia ſuo quodam modo ad humores putreſcentes referri poſſunt. Ac ad ſanguinem quidem putreſcentem ſuppuratio pleuriticorum: ad pituitam putrem cibi & uermes putres, aquæ hydropicorum, cachexia uirginum, febris ab ulceribus internis, ut pulmonum, renum & reliquorum.

Eundem uerò ſtatum perpetuò ſeruat continua: mutat per uices intermittens, quod continua nihil extra uenas extrudit, ſed materiæ ſaltem peccantis portionem calore febrili reſoluit: intermittens materiam aliam è uenis expellit, aliam relinquit, quæ totum febris ſpatium fouet. Non effundit autem continua, effundit intermittens, quod multò ſit major in uenis per continuas quàm extra uenas per intermittentes obſtructio, ac tanta quidem, ut omnem humorem intus cohibere poſſit.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Nam quod plurimæ continuæ interdum ab horrore aut rigore primum inuadunt, id non tantum effuſæ in habitum corporis bili adſcribi debet, quàm ei quod collecta p corpus uniuerſum materia febrem mox factura hinc inde uagatur, impulſaq; à facultate expultrice membranas per habitum corporis diſperſas, quæ maximè ſentiunt, uellicat. Sed nec illud negari poteſt, ex intermittentibus continuas ſæpè fieri: ſicuti ex continuis intermittentes: & illud quidem ingreſſa uenas febrem faciente materia, ſi nouum aliquid contingat: hoc uerò reſeratis obſtructionibus, concoctaq; melius & paratiore reddita materia expulſioni, unde facultas expultrix inſurgens rigorem inducit, propulſa in corporis habitum materia finitoq; ita morbo, ſi nihil relinquatur. Nec abſurdam alicui uideri poteſt, noxium tantum humorem uenis contentum, ſanguiniq; permixtum primo acceſſionis inſultu è uenis in corporis habitum reſeratis oſculis extrudi, relicto ibidem meliore ſanguine. Tam ſagax enim tamq; diligens natura eſt in adminiſtrandis ſuis officijs, ut longè majora opera, quàm ſit hoc, præſtare obſeruetur in humano corpore: quale eſt illud, quod ſæpè uomitione noxios humores reijcit, & cibos utiles retinet, una eademq; opera, uno eodeq; tẽpore, ſecretos illos expellens ui expultrice, retinens hos ui retẽtrice. Sed & illud obſeruari ſolitũ, ut oſſium ſquamæ magno naturæ propellẽtis miraculo ſolæ ſe extra cutim exerant, et acus deuoratæ interdum per abdomen ſolæ prodeant.

Tertio, febrium continuarum alia lenta eſt, alia non lenta. Lenta eſt continua diuturna. Non lenta continua eſt breuis temporis.

Lenta rurſus triplex: una ab obſtructione, altera ab ulceratione uiſceris, tertia ab anguſtia uaſorum.

Orta ab obſtructione uenarum in præcordijs appellatur febris alba & icterus albus, & morbus uirgineus & febris amatoria: frequens in uirginibus pallidioribus ob ſanguinis craſſi affluxum & permanſionem, de qua Langius & Mercatus lib. de morbis muliebribus.

Orta ab ulceratione uiſceris eſt abſceſſuum ſuppuratorum in uiſceribus, eſtq; frequens in phthiſicis. Plerunq; enim phthiſici in principio debilem quendam calorem habẽt, febris nomine inſigniri non ſolitam: in progreſſu uerò acquirunt febrem ueram non ſolũ hecticam, ſed & putridam.

Ab ulcere enim pulmonis non ſolum fumi et uapores putridi, ſed ipſa quoq; materia putrida ad cor uicinum facilè trãſmittitur.

Orta ab anguſtia uaſorum eſt anonymos, quæ cor ob defectum aëris frigidi inuadit.

Cum enim uaſa nimis anguſta ſint, exiguum aërem admittunt, qui quamuis frigidus ſit, à calore tamen thoracis & pulmonũ facilè excaleſit, ut cordi pro naturæ præſcripto refrigerando minimè ſufficiat. Excalefactum igitur illum cor excipiens, uniuerſo corporis habitui cõmunicat, indeq; febrem excitat. Si quis autem tres illas ſpecies in hecticam, in quam tandem deſinunt, referre uelit, cum eo non contendemus, modo ordinem doctrinæ conſenſui utriq; tum poſitiuo tum priuatiuo congruentem à nobis hic obſeruatum intelligat.

Quartò febrium intermittentiũ alia ſimplex eſt, alia compoſita.

Continuæ enim febres ſunt confuſæ tantum, plures uerò eſſe non poſſunt. Nam quæ confuſæ ſunt ex materia diuerſa in ijſdem uenis, mixta confuſaq; putreſcente, oriuntur. Simplex igitur intermittens eſt una ratione ſedis unius, eaq; uel exquiſita uel notha. Exquiſita eſt legitima cum in una parte unus humor putreſcit, uel etiam plures, ſed tanta imparitate mixti, ut unius obſcuriſſima ſigna nuſquam compareant, alterius ſint illuſtriſſima.

Notha eſt illegitima & confuſa, eaq; uel ſimplex, uel compoſita.

Simplex confuſa eſt compoſita è duorum humorum ſimul mixtorum in eadem parte putredine, & aliquando tanta paritate, ut neutrius ſigna ſeorſim ſint conſpicua. Cõpoſita confuſa eſt ea impuritate, ut unius humoris uires motuſq; euidentiores ſint: eſtq; tertiana notha, quotidiana notha, quartana notha, quæ nomen à uincente humore ſortitur, ut in humorum præter naturã mixtione & nomenclatura, cum v. g. phlegmone eryſipelatodes, eryſipelas phlegmonodes & ſic deinceps appellatur. Sic bilis in tertiana notha ſuperat, phlegma ſuperatur, ut biliophleg-

phlegmaticam febrem (ſi ita loqui liceat) conſtituat. Contra pituita in quotidiana notha copioſior uincit: bilis parcior putris eſt, ut phlegmaticobilioſam febrem non malè quis nominauerit. Eadem eſt quartanæ nothæ ratio. Ex quo apparet, materiam in uno loco contentam miſceri aut obſcurè, aut euidenter. Si obſcurè, eſt febris exquiſita. Si euidenter, eſt notha & confuſa. Miſcetur uerò aut æqualiter, aut inæqualiter. Si æqualiter eſt confuſa ſimplex. Si inæqualiter, eſt cõfuſa compoſita.

Compoſita intermittens eſt implicita, cũ eadẽ uel diuerſa materia diuerſis in locis putreſcit, eſtq; duplex: aut enim intermittens continuæ, aut intermittens intermittenti implicatur. Intermittens continuæ, ut tertiana intermittens cum pituitoſis continuis, & contra. Vtraq; hemitritæos appellatur. Intermittens intermittẽti implicita eſt, uel eidẽ, uel diuerſæ ſpecie. Eidem ſpecie ut tertiana, quotidiana, quartana duplex aut etiam triplex. Diuerſæ ſpecie, ut tertiana & quotidiana: aut quartana etiam cum alterutra. prior implicatio frequentior eſt: poſterior rarior, primiſq; diebus obſcurior.

SIGNA cordis ſimpliciter affecti in omni febre occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Manifeſta enim nulla ſunt, cum cor abditum lateat.

Cauſæ ſunt, quæcunq; intemperiem calidam inducunt, ut calida diſpoſitio aëris, regionis, alimentorum, quibus aliquis longo tempore uſus eſt, calidum temperamentum, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt, actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt cordis tremor, palpitatio, oppreſſio, ſyncope, pulſus celer & diuerſus, uirium languor, eò quod uniuerſum corpus cordi laboranti conſentit.

Mutata qualitas eſt caliditas præter naturam, præſertim pectoris.

Mutatum excrementum eſt dejectionis, urinæ, ſudoris & ſputi quantitas uel ſuperflua uel diminuta.

Vtraq; ſimul ſunt febres communiter uagantes, nocent calida, proſunt frigida, facilis lapſio in febres.

SIGNA cordis affecti in diſtinctis febribus.

In ephemera ſpirituum cordis affectorum ſigna ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt euidentes ferè, ut aër calidus, exercitatio immodica, perturbationes animi: denſitas cutis, & obſtructio, interdum bubo, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt uitalis imprimis, ut reſpiratio & pulſatio paulò major & celerior naturali. Pulſus tamen à mærore, metu, labore, uigilijs, inedia, cura, paruus eſt ſed frequentior. Diaſtole citatior, ſyſtole tardior, quia minima fuligo, pulſus mollior quàm in hecticis.

Mutata qualitas eſt calor ſuauis minus quidem quàm naturalis, ſed magis quam in putridis & in hecticis. Subjectum enim tenue eſt, nempe ſpiritus. Explorandus autem eſt appoſita manu præſertim thoraci ægrotantis. Idem calor inuadit ſine horrore, uelox eſt, & diem unum durat, niſi ab interna cauſa foueatur.

Mutatum excrementum ephemeræ ut morbi eſt nullum. Vrinæ enim & excrementa alui ſecundum naturam ſunt: cum ſpirituum tantum & non ſanguinis & humorũ facta ſit euidens alteratio, niſi cruditas aliqua & perturbatio animi ſubſit, unde excrementum mutetur. A cruditate enim urina alba: ſicuti ab ira ruffa eſt. Acceſſionis uerò declinantis excrementum eſt ſudor moderatus, ros, & uapor ſuauis.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia & lædentia præter communia omnium febrium, quod primo die prodeſt uſus balnei, neq; inde ſequitur horror: prodeſt & cibus & potio, ſed obeſt abſtinentia.

In putrida humorum cordis affectorum ſigna ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; humores putrefaciunt, ſuntq; duplices, externa & interna.

Externæ, ut calor ambientis, qui auget calorem internum per ſe, diminuit per accidens, uſus ciborum mali ſucci, ars deſtinata lanarum lotioni & ſimilia.

Internæ ſunt, temperamentum calidum & humidum, ætas juuenilis, humor multus, craſſus & glutinoſus, obſtructio & alia, de quibus alibi.

Effectus

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, pulſus inæqualis & ephemeræ contrarius: ſyſtole n. breuior & citatior, diaſtole tardior eſt, eò quod major ſit expurgandæ fuliginis, quàm cordis refrigerandi neceſſitas: id quod eſt febris putridæ ſignum pathognomonicum. Pulſui reſpõdet reſpiratio, quæ inſpiratione major eſt.

Mutata qualitas eſt nigredo linguæ & calor acrior quàm in ephemeris & uaporoſus. Subjectum enim craſſius eſt, unde calidũ innatum cordis magis igneum redditum eſt. Idem calor inuadit cum frigore, horrore, rigore.

Nigredo autem linguæ hic intelligitur profecta uel à combuſtione, uel à putrefactione: poteſt enim nigreſcere etiam à fumo & fuliginibus humoris melancholici in uentriculo exiſtentis, & hæc nigrities febrem putridam non deſignat.

Mutatum excrementum eſt urinæ cruditas ſeu obſcura concoctio primo die. Febris enim putrida ex non cocta, ut ephemera ex cocta materia conſtat. Vnde in ephemeris ſigna coctionis prima die apparent.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt frigida & humida, nocent calida & ſicca. Iuuant item quæ humores digerunt & euacuant: nocent, quæ eoſdem retinent, aut obſtruendo, aut aſtringendo.

IN HECTICA ſolidarum cordis partium affectarum ſigna ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; calefaciunt & exiccant, ſed efficacius & diutius quàm in ephemera, ut medicamenta plus juſto uacuantia, uictus ratio ſimilis, præcedens febris ephemera ſiue putrida, imprimis ardens, empyema, ulcus pulmonis, & ſimilia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, indolentia, pulſus paruus & uelox, ſimiliter & reſpiratio: paruus eſt, quia utraq; facultas, uitalis & animalis languet. Velox, refrigerandi cordis gratia.

Mutata qualitas eſt calor aſſiduus & mordax, eò quod ſolidas partes afficit, imprimis in regione arteriarum cordi contiguarum. Eſt autem in principio hecticæ debilis, in proceſſu fortis: contrà in principio putridæ fortis, in proceſſu debilis. Sed & calor hecticæ æqualiter omnes partes occupat, & per unam uel alteram horam à cibo augetur.

Mutatum excrementum eſt in primo gradu hecticæ, urina ſana, ſed citrinior: in ſecundo pinguedo telis aranearum ſimilis lotio innatans: in tertio dejectiones unctuoſæ, & urina oleaginea, ruffa uel liuida.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia & lædentia, præter communia omnium febrium, quòd juuat mirum in modum cibus & potus: lædit abſtinentia. Prodeſt item per multos dies uſus lactis.

SIGNA cordis per ſe affecti, id eſt, febrium primariarum ſunt magnitudo, numerus, tempus & juuantia. Febris enim uehemens eſt, non ſuccedit alteri affectui, non intermittit, & proſunt idonea cordi adhibita, ut aqua cordialis, bezoar, cornu cerui.

SIGNA cordis per conſenſum affecti, id eſt, febrium ſymptomaticarum ſunt paruitas, numerus, tempus & juuantia. Febris enim mitior eſt, comitatur alium affectum, intermittit, & proſunt utilia non cordi, ſed parti conſentienti admota.

Ex quânam autem parte conſentiente laboret, id ex proprijs cujusq; partis affectæ ſignis deprehendi oportet. Nam v. g. Si uentriculus per ſe affectus ſit, adeſt uomitio, ſingultus, lipothymia. Si epar & lien, apparet circa has partes dolor, tumor, tenſio, ſentitur nauſea & faſtidium. Si pulmo, affligit ſitis implacabilis & rubent maxillæ. Si habitus, id eſt, muſculi, præcedit laſſitudo, dolor, grauitas membrorum, & per initia acceſſionum frigus, horror, rigor, ſequitur ſudor per meatus obſcuros fluens & febrem ſoluens.

SIGNA febris continuæ & intermittentis ſunt cauſæ, effectus, & utraque ſimul.

Cauſæ continuæ in genere ſunt eædem quæ intermittentis: unde & diuiſio utriusq; eadem in febres pituitoſas, bilioſas, melancholicas.

In ſpecie

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

In ſpecie verò cauſæ continuæ ſunt, quæcunque continuũ humoris putreſcentis feruorẽ faciunt, ut uel ſedes illius ſiue in corde, ſiue locis cordi uicinis, uel ejusdem aut copia, aut craſſities & lentor. Vicinitas enim facit, ut perpetua ſit uaporum ad cor à ſuo foco delatio. Ex nimia quantitate & uitioſa qualitate magna exiſtit obſtructio, unde aut nulla, aut imperfecta excretio, & ſic cõtinua afflictio.

Intermittentis cauſæ contra ſunt, quæcunque interruptũ humoris putreſcentis feruorem faciunt, ut uel ſitus illius extra uenas, unde cor non facilè ferit: uel ejusdem paucitas & tenuitas, quæ facilè diſſipatur, & ante quidẽ quam noua repullulet putredinis materia, ubicunque collectus ſit humor, ſiue intra, ſiue extra uenas: de qua re etiã ſupra diximus.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas, & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt pulſus intenſior & uarius ſine ordine & rhythmo in continuis: remiſſior, nec uarius, ſed cum ordine & rhythmo in intermittentibus. Varius autem pulſus eſt inæqualis, qui non ſemper ſibi ſimilis eſt. Ordinem ſeruans eſt, qui inæqualitatis ſuæ parem & conſimilem mutationem retinet, ut ſi, v. g. fiant tres pulſationes magnæ, & deinde una parua, & deinceps ſimiliter procedant. Contra inordinatus eſt, qui ſimilem mutationem non retinet, ut ſi v. g. fiant tres pulſationes magnæ, poſt una parua, tum duæ magnæ, poſt duæ paruæ, & tum una magna, & ſic deinceps. Sic rhythmum ſeruans eſt, qui tempus, quod abſumitur in arteriæ diſtentione cum ejus quiete habet æquale tempori conſtrictionis & ejus quietis. Non ſeruans eſt, qui contra.

Mutata qualitas eſt, caloris diuturnitas & modus inuaſionis. Continuæ enim calor febrilis horas 24. excedit, nec inuadit cum horrore aut rigore. Intermittens contrà intra 24. horas deſinit, & cum rigore, aut horrore, aut frigore incipit. Ac cum frigore quidem, ſi humor putridus concitatus tum, turgensque paucus eſt, aut ejus parua acrimonia, motusue lentus ac languidus. Cum horrore verò, ſi idem copioſior eſt, aut acrior, aut ejus impulſus concitatior. Cum rigore deniq, ſi plurimus, isque uehemẽter acer ac mordax magno impetu in ſentientia mẽbra excutitur.

In omni enim inuaſione febris intermittentis interioris ardoris uehementia inſtar cucurbitulæ, calorem ad ſe tanquam centrum ex circumferẽtia corporis reuocat: unde fit initio acceſſionis caloris concentratio: contrà in ſtatu fit ejusdem per uniuerſum corpus expanſio.

Nec tamen interdum & intermittens rigore caret, cum ſcilicet materia adeò benigna eſt & exigua, ut debili ſuo motu rigorem efficere nequeat. Sic contrà continua interdum ſuum rigorem habet, quamuis rarò; cum minima portio tenuior ui putredinis commota primo inſultu febris è uaſis in habitum excidit, relicta interim craſſiori portione.

Quod ſi rigor ſit longus et intenſus, indicat febrem continuam per ſubingreſſum: ſin exiguus & breuis, indicat uerè continuam proportionatam, cujus materia in uenis remotis putreſcit.

Mutatum excrementum eſt ſudor, qui nullus eſt in continua. Manifeſtus uerò in intermittente febre, qui & ſenſim febrim terminat.

Vtraque ſimul ſunt juuantia. Nocet uinum in omni continua, quocunque tempore: prodeſt in declinatione febris intermittentis.

SIGNA SYNOCHI non putris, ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunque uel obſtruunt, uel ſanguinem copioſum generant. Obſtruunt cutis conſtipatio, contactus rerum aſtringẽtiũ, lentor humorum. Sanguinem copioſum generant, uictus ratio opipara, adoleſcẽtia, tẽpus calidum & humidũ, euacuatio aliqua intermiſſa & ſimilia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas, & mutatum excrementum.

Actio læſa ratione cordis eſt, pulſus magnus, plenus, uelox.

Ratione materiæ, dolor capitis, ſomnus profundior ſolito, laſſitudo.

Mutata qualitas eſt calor febrilis non multum mordax, ſed uaporoſus, tumor uenarum in temporibus, rubedo faciei, oculorum & totius corporis, quarto die aut citius deſinit.

Mutatum excrementum eſt, ſputum ſanguinolentum, fluxus ſanguinis narium, ſudor fœtidus, urina rubra uel ſubrubra, cum ſedimento laudabili.

Vtraq

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Prodeſt ſanguinis miſsio & inedia, nocet balneum ac cibus.

SIGNA SYNOCHI PVTRIS, ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; humores putreſcentes accumulant, imprimis eſculentorum multitudo, exercitatio præſertim à cibo & in uere, otium immodicum & cætera, de quibus alibi.

Effectus ſunt, actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt pulſus inordinatus, magnus, uelox, frequens. Ratione materiæ dolor capitis intenſior, inquietudo, uigiliæ, mẽtis alienatio, de quibus alibi.

Mutata qualitas eſt dolor acrior quam in ſynocho non putri & tactu mordax.

Mutatum excrementum eſt egeſtio fœtida, urina craſſa, turbida, rubra, ſine ſedimento.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt inedia, ſanguinis miſsio, & quæ magnoperè refrigerant: nocent quæ ſanguinem uel nouum generant, uel collectum retinent: præterea quæ calefaciunt.

SIGNA CONTINVAE QVOTIDIANAE ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; putredinem intra uaſa & pituitam generant, ut pororum clauſio, obſtructio, otium, cibi pituitoſi, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas, & mutatum excrementum.

Actio læſa ratione cordis eſt pulſus latus, mollis, tardus, inæqualis.

Ratione materiæ, ſtupor, grauitas capitis, ſitis modica aut nulla.

Mutata qualitas eſt facies tumida & cutis mollis.

Mutatum excrementum eſt urina alba, interdum ruffa, craſſa, liuida.

Vtraq; ſimul ſunt, quotidianæ communiter uagantes. Proſunt quæ pituitam uel euacuant, uel citra exceſſum caloris ipſam extenuant atq; incidunt. Nocent quæ pituitam uel contrahunt, uel craſsiorem, aut frigidiorem reddunt.

SIGNA CONTINVAE TERTIANAE ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; bilem flauam in uenis, ſiue omnibus, ſiue remotioribus putrefaciunt, ut tranſpiratio impedita, regio calida, uictus ratio calida, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, pulſus uelox & ſpiſſus cũ denſitate quadã, ſitis intenſa, uigiliæ immodica.

Mutata qualitas eſt calor acutior & mordacior quàm in intermittente, facies citrinior. Mutatum excrementum eſt urina rubra uel ſubrubra cum liuiditate quadam, ſubtilis ſubſtantiæ.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt inter morbi initia humorem bilioſum, cum ſit tenuis, uacuantia.

SIGNA CAVSI ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; bilem flauam uel pituitam ſalſam in uenis ſiue medijs, ſiue circa uiſcus aliquod, ut epar, pulmonem, os uentriculi putreſcere faciunt, ut obſtructio, balnea calida, inedia, crapula, uictus ratio pituitoſa, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt pulſus magnus, uelox, frequẽs cũ duritie, magna ſpiratio, deliquiũ animi.

Mutata qualitas eſt feruor maximus circa illas partes quæ affectæ ſunt, ut cor, epar, pulmonem, os uentriculi. Mutatum excrementum eſt uarium. Si pulmo ſit affectus, adeſt tuſsis ſicca. Si epar laborat, urina rubet, lucet, ſcintillat. Si os uentriculi, tum ſputum & os amarum eſt & dejectio bilioſa. Cauſus autem nothus à ſalſa pituita, linguam ſalſam: legitimus tantum nigrum habet.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Cauſi hoc tempore uulgariter graſſantes.

Proſunt quæ uehementer refrigerant, aut leniter flauam bilem purgant: nocent ea quæ uel calidiorem reddunt uel gignunt eandẽ.

SIGNA CONTINVAE QVARTANAE ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; melancholicum humorem accumulant, eũq; intra uenas putrefaciunt, ſuntq; aliæ externæ, aliæ internæ.

Externæ ſunt tempus anni, cæli conſtitutio, regio, præcedens uictus ratio frigida & ſicca. Internæ ſunt, ætas declinans, natura frigida & ſicca, obſtructio, impedita tranſpiratio, humorum craſsities.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Actio læſa eſt pulſus uelocior & frequentior quàm in intermittēte, tardior tamen aliquo modo & rarior quàm in alijs febribus. Dolor item & tumor epatis, ſplenis, uentriculi, ſi eæ partes affectæ fuerint.

Mutata qualitas eſt inuaſio cum frigore extremorum absq; rigore, calor minus quam quotidianæ fumoſus, ſed acrior: minus tamē quàm tertianæ. Circuitus quoq; exacerbationum quartanus.

Mutatum excrementum eſt urina rubra, ſubrubra, turbida.

Vtraq; ſimul ſunt quartanæ hoc tempore graſſantes. Proſunt quæ atram bilem educunt uel leniunt: nocent quæ contrahunt atq; exaſperant.

SIGNA LYPIRIAE ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt duplices, cum lypiria duplex ſit, bilioſa & pituitoſa. Vnde non ſolum inter quotidianas ſed & inter ardentes ab alijs referri ſolet. Quæcunq; igitur uel pituitam uitream, uel bilem eamq; putrem in uentriculo uel epate accumulant, lypiriam efficiunt.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, anxietas et moleſtia maxima: unde & ἀσώδης dici poteſt à faſtidio & jactatione æſtuq; corporis. Vigiliæ in bilioſa: carus in pituitoſa. Pulſus in pituitoſa paruus, debilis, uelox, diuerſus. In bilioſa pulſus ut in cauſo.

Mutata qualitas eſt ardor internarū, frigus externarum & extremarum partium corporis.

Mutatum excrementum eſt urina tenuis & crudiſſima.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Prodeſt in bilioſa poſt phlebotomiā & lenē aliā ſubductionem largior aqua potus: nocet in pituitoſa.

Propriè uerò proſunt, quæ tota ſubſtantia prauitati medentur: cum peſtilentem æmuletur ualdè obſunt ea, quæ putredinem augendo prauitatem ſimul augent.

SIGNA EPIALI ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; pituitam acidam ex parte putrem colligunt, ut uita otioſa, temperamentum, tempus anni, uictus genus frigidum, calor innatus languidus, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt, actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, pulſus ut quotidianæ, ſed minor, tardior, rarior, ſomnolentia ſimiliter minor quàm in quotidiana, cardialgia cōtra major, indeq; lipothymia ſtomachica crebrior.

Mutata qualitas eſt color faciei ut quotidianæ, ſed magis albidus, calor habitus minus fumoſus & acris, ſed algorem ubicunq; comitem habens.

Idem aſſiduus non eſt: quòd materia extra uenas in præcordijs putreſcat: ob imperfectam tamen intermiſſionem & pituitæ copiam inter continuas referri ſolet.

Mutatum excrementum eſt dejectio ut quotidianæ, ſed aquoſior & pituitoſior è frigidiori uentriculo: urina ſimiliter crudior.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt quæ concoquunt & paulatim exhauriūt pituitā, nocent quæ ipſam contrahunt uel ſubitò educunt.

SIGNA LATICAE FEBRIS ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; pituitam ſubdulcem uel inſipidam eamq; putrem generant, ut uigiliæ immodicæ, otium & ſimilia.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt pulſus mollis: frequens uerò & languidus, cibi inappetentia & ſimilia.

Mutata qualitas eſt cutis albicans & ſubtumida, qua in re ab hectica differt, in qua cutis arida euadit. Sed et in laticis aliqua intenſio quotidie obſeruatur. Nulla caloris acrimonia.

Mutatum excrementum eſt ut in quotidiana, ratione pituitæ, quæ redundat.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt pituitam inſipidam educentia.

SIGNA FEBRIS SYNCOPALIS ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; magnam crudorū ſuccorum copiam, uel bilem ueneficam cumulant, ut balnea intempeſtiua, immoderatus uſus aquæ & uini craſſioris, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, pulſus minor quam pro caloris ratione, obſcurus & inæqualis omnino, flatus plurimi, ructus acidi & frequens ſyncope.

Mutata

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Mutata qualitas eſt mala affectio oris uentriculi, hypochondria inflata, totum corpus tumidius, color albidior, ferè hydrope laborantis ſimilis, interdum plumbeus.

Mutatum excrementum eſt, ut epiali, cum quo magnam cognationem habet.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Nocent uacuantia, proſunt frictiones.

SIGNA febris catarrhalis (quæ & cerebralis dici poteſt) ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; pituitoſum ſuccum putrem colligunt & catarrhum efficiunt, ut error externus, cerebri & uentriculi dyſcraſia, epar juſtò calidius, obſtructio, & alia, de quibus alibi. Error externus eſt uſus ſex rerum non naturalium, pariens uel ſuccum pituitoſum, uel intemperiem prædictorum uiſcerum.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum. Quæ ratione cordis eadem ſunt cum ſignis febris quotidianæ.

Ratione aliorum uiſcerum primariò laborantium diuerſa ſunt.

Nam cerebrum laborat aut calida, aut frigida intemperie. Si calida, aderunt uigiliæ, ſi frigida, aderunt ſomni longiores.

Eadem eſt ratio mutatæ qualitatis & mutati excrementi. Si calida eſt intemperies cerebri, facies erit colorata, deſtillans materia erit denſior, ſaporis amari uel ſalſi: coloris flaui uel uiridis. Si frigida eſt intemperies cerebri, facies erit pallida, materia deſtillãs aquoſa, alba, omni ſapore deſtituta.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Si calida eſt intemperies cerebri juuabunt refrigerantia: ſi frigida, proderunt calefacientia.

SIGNA quotidianæ periodicæ ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; pituitam putrem accumulant, ut tempus anni frigidum, uictus ratio pituitoſa, oppilatio, & ſimilia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt initio pulſus tardus, rarus, paruus, uentriculi dolores, dormiendi cupiditas.

Mutata qualitas eſt inuaſio cum frigore extremorum potius quàm rigore. Calor humens ſiue fumoſus, quaſi ex ſuccenſis uiridibus lignis uapor ſublatus.

Mutatum excrementum eſt alui dejectio pituitoſa, urina primis diebus alba & tenuis, deinde rubra, craſſa, turbida. Inclinans acceſſio primis diebus nullum, poſtea uerò paucum ſudorem effundit, pro uaporis ſpecie pinguem & uiſcoſum.

Vtraq; ſimul ſunt quotidianæ populariter graſſantes.

SIGNA tertianæ interpolatæ ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt quæcunq; bilem flauam extra uaſa putrem accumulant, ut tempus anni calidum & ſiccum: uictus ratio calida & ſicca, inedia, ira, furor, ſolicitudo, cibus corruptus, mali humores in uentriculo cibum corrumpentes, prohibita euentatio, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt læſa actio, mutata qualitas, & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, pulſus initiò contractus, paruus, poſtea maximus, frequẽtiſſimus, celerrimus, ſitis uehemens, dolor capitis.

Mutata qualitas eſt inuaſio cum rigore, id eſt, ſenſu rei magis acutæ & pungentis q̃ frigoris, & æſtu interno, quo plerunq; corpus omne concutitur, ſub cujus finem excuſſa bilis ſæpe uomitione redditur: hinc calor breuis accenditur & in omne corpus effunditur, mox ad uigorem feſtinans, acer & injectam manum acriter feriens, ſed ſtatim miteſcens. Intermiſſio horarum 12. aut longior.

Mutatum excrementum eſt urina flaua aut flammea, ſubſtantiæ mediocris & odore grauis. Solutio in ſudorem multum, eumq; calidum & uaporoſum.

Vtraq; ſimul ſunt tertianæ populariter graſſantes, & quod ægrotans antea hac febre laborare conſuetus: juuat item uomitus flauæ bilis, & potio in fine acceſſionis ſudorem mouens: nocet uel ſudorem uel uomitum retinens.

SIGNA quartanæ intermittentis ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; melancholiam putrem generant, ut anni conſtitutio frigida & ſicca, uictus ratio terrenam ſubſtantiam habens, ætas declinans, humoris melancholici copia, obſtructio, & alia, de quibus alibi.

Effectus

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas, & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt pulſus initio acceſſionis lãguidior, minor, tardior ac rarior: poſtea uerò ualidus, magnus, frequens & celer, & quàm in cæteris febribus inæqualior, dolor lienis, appetitio cibi interdum nulla, interdum nimiaa.

Mutata qualitas eſt inuaſio cum frigore ualido, eaq; internas partes uerberante (qua in re à tertiana differt) quod eousq; ſenſim inualeſcit, dum horrorem, ac uehementem interdum rigorem, non pungentem quidem ſed contundentem inuehat, quo corpus uniuerſum tremore concutitur, dentes ſtrident: ſub cujus finem uomitio erumpit amara, cum præſertim uiæ patent in uentriculum: hinc calor non ut tertianæ uehemens, ſed quàm quotidianæ ardentior, neq; is toto corpore æquabilis, ſed cum quadam frigoris permiſtione. Acceſſio ferè 12. horas occupat.

Mutatum excrementum eſt alui dejectio nigra, & urina primis ferè diebus tenuis, alba, aquoſa: poſtea uerò & ſubſtantia & colore & contentis ſæpè mutabilis, quod ejus materia plerunq; uaria ſit. Exit ſudor multò magis quam in quotidiana.

Vtraq; ſimul ſunt quartanæ populariter graſſantes. Iuuant quæ educunt uel leniunt humorem melancholicum: nocent quæ eundem contrahunt atq; exaſperant.

SIGNA febris albæ ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt eſus praui alicujus alimenti, natura temperata, unde pulchriores magis hoc morbo laborant, humor feculentus, ſuppreſſio uel defectus menſium. Nam cum uterus ſanguinis craſſi ac uiſcidi copiam nec recipere, nec expurgare ob innatam uaſorum anguſtiam poſſit (quod aliquando uiduis uel nuptis contingit) ſequitur enim ſubinde neceſſariò ad membra utero proxima per uenas omnibus communes remeare, & remorari in eisdem, nunc in ſolis uenis: nunc facta etiam obſtructione in jecore, meſaræo, uentriculo & ſplene.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, pulſus celer & frequens (cum deficiat neceſſaria uentilatio) pulſatio arteriæ temporum & dorſi frequens & maximo cum dolore (conatur enim cor uehementi motu periculum ſibi impendens excutere) difficilis reſpiratio, præſertim in motu uehementiori (in quo cum diaphragma citius & magis dilatari debeat, diſtentũ ab obſtructione uiſcerum dilatari nõ poteſt) Contremiſcunt cor. & totum corpus ad quẽuis corporis motum, adeſt laſſitudo & carnium faſtidium.

Mutata qualitas eſt coloris genarum & labiorum roſei in ſubalbidum declinantis, nunc ad flauum, nunc ſubfuſum (pro uarietate humoris obſtruentis & uiſceris obſtructi) mutatio, tumor palpebrarum, oculorum & crurum juxta malleolos ſub noctem.

Mutatum excrementum eſt dejectio alui & urinæ uaria, nunc pituitoſa & flaua conſentiente jecoris obſtructione: nunc alba & ſubnigricans compatiente ſimul ſplene.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt, quæ menſes mouent uimq; laxandi habent: nocent, quæ denſandi, ut frigus, uel per ſe, uel juncta cum ſiccitate, ut adſtringẽtia omnia.

SIGNA febris ſuppuratorum ſequacis alia ſunt febris, alia ſuppurationis. Febris ſigna eadẽ ſunt quæ hecticæ. Suppurationis uerò ſigna ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſa eſt pus uel in pulmone, uel in ipſo thorace, quod niſi ſtatim extra reijciatur, ibi contentum ſolet calorem præter naturã cordi indeq; alijs partibus impartiri.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt tuſſicula abſq; ulla ſputi eductione, item ciborum inappetentia.

Mutata qualitas eſt calor in digitis eorumq; ſummitate, rubor genarum, pedum tumor, puſtulæ totius corporis, aduncitas unguium, oculorum cauitas.

Mutatum excrementum eſt ſudor continuus ſeu potius mador totius corporis, imprimis circa collum & jugulum.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt quæ pus educunt: nocent, quæ retinent.

SIGNA febris ex anguſtia uaſorum laborantium alia ſunt communia febris hecticæ, alia anguſtiæ uaſorum. Febrem enim hecticam æmulatur, tum quod aſſiduè affligit, nullam ſeruat periodum, nullamq; ſtatis horis intenſionem remiſſionemue. Ab eadem uerò differt, quod in hac febrilis calor primo ſtatim contactu manifeſtè perſentitur, & pulſus licet frequens & uelox & paruus ſit,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mollis tamen eſt. Excrementa quæ inter tuſſiendum foràs mittuntur, nullam junctam purulentiam oſtendunt, ſed pituitam naturalem præſeferunt. Anguſtiæ uaſorum ſigna manifeſta ſunt.

SIGNA *febrium exquiſitarum & notharum ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.*

Cauſæ exquiſitarum ſunt, quæcunq; ſincerum: ut ſpuriarum, quæcunq; non purum ſed mixtum humorem uno loco procreant, ut pituitam bilioſam uel bilem pituitoſam. Sunt autem aër uarius, uictus ratio diuerſi generis & ſimilia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas, & mutatum excrementum: quæ in exquiſitis ſunt ſimplicia: in nothis compoſita & mixta, magisq; accedentia ad ſigna illius, cujus ſpuria magis eſt particeps. Vt enim compoſitæ ſunt cauſæ, ita compoſita etiam ſunt ſymptomata.

Vtraq; ſimul ſunt morbi exquiſiti uel ſpurij populariter graſſantes, & juuantia exquiſitæ febris ex parte juuant, ex parte nocent. De quibus ſingulis perquirere nimis longum & ſuperuacaneum uidetur, præſertim cum in febribus exquiſitis optimè exercitatus ipſarum notharum cognitionem nō difficulter aſſequi poſſit. Cæterum ne quis facilè hallucinetur, tertiana notha ſit inſtar exempli.

SIGNA *tertianæ nothæ intermittentis ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.*

Cauſæ ſunt, quæcunq; copioſam bilem plus minusúe pituitæ mixtam eamq; putrem, uel ſolā uitellinam procreāt, ut materia eſculentorum & poculentorum non æquè calida & ſicca, ut quæ generat flauam bilem ſinceram: ſed mixta & inæqualis, quāquam majori ex parte idonea, quæ in flauam bilem conuertatur: item calor uiſcerum ope caloris externi non ita ualidus, ut qui flauam bilem ſinceram efficit: deniq; obſtructio ſeu prohibita euentatio.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, pulſus uelox, frequens, inæqualis, diuerſus, ſitis magis tolerabilis, uigilia, quæ facilius expugnatur, affectus præter naturam non tantum epatis, ſed uentriculi etiam.

Mutata qualitas eſt rigor principio acceſſionis cum minori concuſſu ac minori ſenſu pungentium: ita ut horrorem potius referat. Sæpius etiam pro rigore grauitas capitis cum ſomnolentia. Calor in progreſſu paulò minus acris & magis fumoſus percipitur, & diutius manet acceſſio quàm in exquiſita, cum 12. horas ſuperet, & interdum ad 40. duret. Alternis diebus inuadit.

Mutatum excrementum eſt urina ſubrufa & pallidior, ſed craſſior quàm in tertiana exquiſita. Deſinit ſæpius madore aut inſenſili tranſpiratione quàm ſudore copioſo, niſi fortaſſe in ſtatu & declinatione.

Vtraq; ſimul ſunt, tum tertianæ ſpuriæ populariter graſſantes, tum quæ proſunt aut obſunt. Magis enim juuant & minus nocent, quæ copioſam bilem, ſiue mixtam, ſiue uitellinam generant.

SIGNA *febrium ſimplicium & compoſitarum ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.*

Cauſæ ſimplicium ſunt, quæcunq; unum humorem uno in loco putrem generant.

Compoſitarum ſunt, quæcunq; ſiue eundem, ſiue diuerſos humores, ſed in diuerſis locis putres procreant. Si eundem, erunt plures quotidianæ, plures tertianæ, plures quartanæ. Si diuerſos, erunt tertiana & quotidiana, quemadmodum in hemitritæo, uel quartana alterutri juncta. Putreſcet ergo, v. g. in uno loco flaua bilis, in altero pituita.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum, quæ diuerſa ſunt pro diuerſitate febrium. Nam ſi ejusdē ſpeciei ſunt, neceſſe eſt, ut diuerſis horis inuadant. Nam eadem hora una eſſet febris duntaxat. Quod ſi diuerſis horis, plures erunt. Eadem autem erit natura omnium, idem calor, eadem cauſa, eadem ſymptomata, niſi quod diuerſis horis reuertentur.

Eadem eſt ratio utrorumq; ſimul, quæ eadem erunt.

Quod ſi diuerſæ ſpeciei febres junguntur, poterunt ea diuerſis & eadē hora accedere. Si diuerſis horis, apparebit diuerſus calor, ut alijs ualdè acris & parum fumoſus: alijs parum acris & ualdè fumoſus. Quod ſi eadem hora concurrant, erit calor inæqualis, mixtus & quaſi compoſitus. Symptomata diſtincta ſunt, ut tertianæ & quotidianæ, ubi diuerſis horis inuadunt: ubi eadem,

mixta

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mixta & confuſa. Deniq; unaquaq; diuerſis horis inuadens ſuis ſignis ſupra enarratis cognoſcetur, ut exemplo uno hemitritæi intelligi poteſt, quod jam ſequitur.

Illud uerò non prætermittendum, notharum febrium compoſitionem craſin, id eſt, mixturam ſeu temperaturam: implicitarum ἐπιπλοκὴν q. complexionem appellari. Ex quo euidens inter utraſq; febres differentia colligitur. Nothæ enim eâdem hora inuadunt: implicitæ uel una, uel diuerſis.

SIGNA HEMITRITAEI ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Sic autem appellatur q. ſemitertiana uel ſeſquialtera tertiana, cum ἡμι Græcis utrunq; ſignificet & ſemis & ſeſquialterum: ut ἡμίονος ſemiaſinus h. e. mulus: & ἡμιόλιος totum cum altera parte.

Hemitritæos igitur erit uel febris, cujus una pars eſt quotidiana continua: altera eſt tertiana intermittens. (Ex utraq; enim tanquam totum componitur) uel tertiana tota cum dimidia. Eſt enim tertiana longior, durans non tantũ horas 12. ut ſimplex, ſed 6. horas plus, uel etiam amplius.

Cauſæ ſunt, quæcunq; pituitam in uenis, & flauam bilem extra uenas putrem generãt: ut aër inæqualis, qualis Romanus, eſculenta & poculenta contraria ſimul ſumta, id eſt, tum calida & ſicca, tum frigida & humida, uentriculus frigidus & epar calidius, ætas uirilis, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt pulſus inæqualis & inordinatus, ſitis ob uim flauæ bilis, ſomnus grauior ob uim pituitæ, animæ defectio, quod uterq; mordere poſſit os uentriculi.

Mutata qualitas eſt inuaſio cum horrore primo die ob mixtionem frigoris & rigoris: ſecunda die nullus horror, ſed leuior paroxyſmus, & quotidianæ formam tenens & ſic deinceps. Adeſt igitur calor aſſiduus in medio corpore contractus, qui quotidie reuertitur, ſed tertio die cum multiplici horrore, altero uerò cum frigore duntaxat, aut cum modico horrore externarum partium ſemel inuadente.

Ex quo ſequitur, ut dies impares ſint lõgè moleſtiores, quod præter quotidianam tertiana ſuperueniat, cujus rigor in horrorẽ degenerat, quod uis illa uehemens flauæ bilis à pituita remittatur.

Mutatum excrementum eſt ſudor & dejectio uaria ac inæqualis, flauam bilem ac pituitam indicans. Similiter urina colore remiſſior & ſubſtantia craſſior.

Vtraq; ſimul ſunt, hemitritæus communiter uagans, & quod proſunt & nocent, quæ prodeſſe aut obeſſe tertianæ uel quotidianæ ſupra diximus.

SIGNA febrium epidemicarum, quarum focus in corde eſt, uel locis cordi maximè uicinis, alia ſunt febris uerè peſtilentis, alia non uerè peſtilentis, ut catarrhi epidemici, morbi Hungarici ſeu lenticularis, febris, cui morbilli & uariolæ ſuccedunt. Eſt autem uerè peſtilens ea quæ communiter uagatur & ſimul pernicioſa eſt. Non uerè peſtilens, quæ uagatur quidem cõmuniter ſed non ualdè pernicioſa eſt.

Differt uerò peſtilens à maligna, tanquam ſpecies à genere. Omnis enim peſtilens maligna eſt, non omnis uerò maligna, peſtis eſt. Maligna dicitur ab excellenti quadam putredine, ob quam febres inde ortæ omnibus etiam diligenter adminiſtratis nihilo meliores ſunt.

Febris igitur uerè peſtilentis, ejuſq; putridæ ſigna ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; in pluribus humores putrefacere poſſunt: ut aër ſiue calidior tantum, ſiue calidior & humidior, ideoq; putris: contagium eorũ, qui peſtilenti febre laborant, ſiue per exhalationem, ſiue per ueſtes etiam: & alia de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum, quæ omnia cognata ſunt lypiriæ ſymptomatis, de quibus ſupra.

Actio læſa eſt inquietatio, delirium, obliuio, uigiliæ, magna & ſubita uirium imbecillitas, difficultas anhelitus, deprauatio uocis, ſyncope, pulſus imbecillior quam in aliis putridis, celer, frequens, inæqualis, morſus in ore uentriculi, caligo, ſonitus aurium, neruorum diſtentio aut reſolutio, incredibile cibi faſtidium, ſitis inexhauſta, nullius tegumenti tolerantia.

Mutata qualitas eſt calor internarum partium urẽs, externarũ tepidus, præſertim primo contactu, iſq; continens non tamen ſine circuitu quodã uel tertianæ ut plurimũ, uel quotidiano, ut rarò. Ab ardẽtibus igitur

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

non pravis peſtilens differt, quod in non pravis calor quo diutius tangitur, eò magis ſuperari uidetur caloris acrimonia: in peſtilēte idē diutius tangenti acriorem ſe oſtendit.

Præterea rubor faciei & oculorum, liuor in uarijs partibus corporis & eryſipelatis ſpecies, in ore fætor, diſtentio præcordiorum, puſtulæ in cute rubræ, nigræ, aridæ, carbunculi, tumores glandularum, ut inguinum, alarum, aurium, gangrena manuum, pedū, genitalium.

Mutatum excrementū eſt fluxus ex naribus ſanguinis nigri, alui fluxus, dejectio bilioſa uel atra, eaq; fætida, ſæpè cum lumbricis, plerunq; etiam colliquatiua, quæ liquatū adipem præſefert: urina aut turbida, aut aquoſa ac tenuis, in qua aut nihil, aut quaſi tela aranea in lanæ ſpeciem coacta reſidet: interdum eadem ut & pulſus ſanis ſimilis.

Vtraq; ſimul ſunt febres ſimiles quæ communiter uagantur, & juuantia. Vt enim tēpore, quo ficus matureſcunt, quamlibet auē ficedulam eſſe ajunt, ita tempore peſtis, quælibet febris eſſe peſtilens judicatur. Proſunt uerò non ſolum quæ putredini obſiſtunt, ſed antidota quoq;: nocent contrà maximè, quæ putredinem augent.

HECTICAE *peſtilentis ſigna occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraq; ſimul.*

Cauſæ ſunt eadem, quæ putridæ.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, pulſus longè imbecillior q̃ in putrida, ſed tamen æqualis, in magnitudine & celeritate moderatus: ſiquidem calor qui eſt in ſubſtantia cordis temperatur à frigore humorum, quos idem cor continet. Adeſt ſumma uirium imbecillitas.

Mutata qualitas eſt anhelitus fætor, calor magis ſqualidus & ualdè acris circa thoracē, quamuis ægrotantem fugiat & medicum de febre dubitare faciat, eſtq; ſine ullo circuitu. Non apparent in cute neq; rubores neq; tumores, eò quod neq; humores putreſcunt, neq; ſi putreſcerent ad cutem detrudi poſſent, ob ſummam naturæ imbecillitatem.

Mutatum excrementum eſt urina ferè naturalis.

Quomodo autem febris hectica peſtilens dari poſsit, eruditè diſſerit Maſſaria lib. 5. ſuæ practicæ cap. 24.

DIARIAE *peſtilentis ſigna occulta ſunt cauſæ, actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.*

Cauſæ ſunt eadem quæ putridæ.

Actio læſa eſt, frequens animi deliquium.

Mutata qualitas eſt calor ſatis blandus, uehementior tamen quàm hecticæ: pulſus ferè naturalis.

Mutatum excrementum eſt lotium optimum.

Atqui nullam eſſe febrem peſtilentem diariam confirmat loco citato Maſſaria: alij contrà aliquam conſtituunt, ſed quæ celerrimè in putridam abeat. Sic febrem Anglicam, quæ una die extinguit homines, quidā ad diarias referunt: alij ad putridas, & quidem rectius, quippe cum ex putredine ſpirituum oriatur, & copioſis ſudoribus ſe prodat, qui proprij ſunt putridarum. Poteſt enim ſpiritus, ut & res quæcunq; alia putreſcere, uno excepto igne, ut aſſerit Ariſtoteles in meteoris.

SIGNA *febris catarrhalis epidemicæ nō uerè peſtilentis anni 1580. quam quidam morbum Arietis, Itali Mazuchi, aut Cocculucas uocarunt, ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.*

Cauſæ ſunt, quæcunq; pituitam in capite & humorum ichores in uenis majoribus, ijsq; cordi uicinis in maxima hominum parte putres accumulant. Tanta enim hujus febris fuit ſæuitia, ut ſpatio ſex ſeptimanarum omnes ferè Europæ gentes affligeret, ex quibus uix uigeſimus hujus morbi expers fuit, & qui fuit, alijs monſtri loco fuit, præſertim in Saxonia & Hiſpania.

Tam communis igitur morbi communem fuiſſe cauſam neceſſe eſt, eamq; non ab alimentis, aut terra aquiſùe, ſed ex aëre uel cælo potius pendentem: nempe magnam illius & præcedentis anni aëris inæqualitatē & intemperiem & antegreſſos infauſtos ſuperiorum planetarū congreſſus, & magnos Solis & Lunæ defectus: unde copioſa humorum heterogeneorū & ichorum ſoboles ſuccreuit, quæ facta meatuum conſtipatione & prohibita euentatione primùm eballijt, & paulò poſt putreſcens febrem intra uenas putridam excitauit: ut eruditè confirmat peculiari commentario Lucas Stenglius, Medicus olim Auguſtanus.

Effectus

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt duplex: una cordis, altera cerebri, ex quibus utrunq; primò & per ſe læſum eſt: reliquæ uerò corporis partes per conſenſum.

Ratione igitur cordis in hac febre quàm primum inuadit, omnes uires languent, præcordia grauitatem, cor compreſſionem ſentit & palpitat, pulſus parui, celeres & inæquales ſunt, & anhelitus difficilis. Ratione cerebri graue caput eſt & ingraueſcente morbo ægroti tam languent, ut tremant & concidant: quidam uigilent, alij ſomnum profundiorem habeant. Ratione partium conſentientium actio læſa uaria eſt pro habilitate membrorum recipientium. Fluens enim ex capite acrior & ſubſalſus humor ad thoracem cunctis ferè tuſſim ſine ſputo mouet: alijs irruens ad fauces anginam, ad pulmones peripneumoniam, ad cauitatem thoracis empyema: ad latera pectoris pleuritidem: ad uentriculũ & lumbos & extremas partes, dolores uagos & pungitiuos excitat.

Mutata qualitas ratione cordis eſt calor & horror initio inuaſionis uniuerſum corpus, maximè thoracem & caput occupans, indeq; paulatim ſuccreſcens, ad tactum non mordax quidem, ſed internè acerbus magis & cõtinuus, modo intenſus, modo remiſſus. Ratione partium aliarum rugitus & flatus crebri, tinnitus aurium, rubor oculorum cum dolore.

Mutatum excrementum eſt urina primùm tenuis, mox craſſa ſine hypoſtaſi: aluus nonnullis ſuppreſſa, alijs fluida: alijs ſanguis è naribus fluit: alijs bilis porracea uomitu mox ab initio, plerisq; ſudor copioſus erumpit in ſtatu & declinatione, quo & febris finitur quarto ut plurimum die. Interdum enim ſed rarò longius protrahitur, ut ad ſeptimum, nonum uel undecimum diem.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt diaphoretica & antidota putredinem inhibẽtia: nocent putredinem augentia & euacuantia ſanguinem.

Id uerò deniq; prætermittendum non eſt, cõtrouerſum fuiſſe inter Medicos, qui principem in arte Medica locum tenẽt, de genere hujus febris, cum alij ſynochum non putrem, alij putrem eſſe contenderent. Quam ob cauſam nos quoq; in nominibus morborũ ſynochum non putrẽ uocauimus: præſertim cum hanc initio non putrem in putrem ſiue corporũ diſpoſitione ſiue errore quodã facilè mutari potuiſſe conſtet, de qua re alibi.

SIGNA MORBI HVNGARICI ſiue lenticularis ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; humorem quencũq; ſed potiſſimum flauam bilem & pituitam tota ſubſtantia naturæ noſtræ inimicam in uenis cumulant, ut uitium aëris calidi aut etiam putris, & contagio eorum qui hujusmodi febre laborant, eos tantum inficiens, quorum corpus obſtructum uel aſtrictum eſt, uel prauis ſuccis redundat.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt præceps uiriũ lapſus, inquietudo, grauitas capitis, delirium, hebes ſenſus, proſtratus appetitus cibi & interdum potionis, pulſus uarius, rarus & humilis, ſæpè deficiens, reciprocus, interdum miurus, deficiens & alia ſimilia, ſed minus grauia, quàm in febre uerè peſtilenti.

Mutata qualitas eſt calor fumoſus, feruens in partibus internis, minus acris in externis primum tangenti, deinde acrior tangenti diutius, isq; cõtinuus cũ uario, ut plurimum uerò duplicis tertianæ nothæ circuitu, cujus typum ferè ſeruat. Tangi autem poteſt manu applicata tum carpo & regioni cordis, tum uentriculo, capitisq; temporibus. In cute ſuperueniunt maculæ rubræ, interdum permanentes, interdum euaneſcentes, pro ut natura uel ſuperat uel ſuperatur. Sed & abſceſſus accedunt, & lingua ſordida & oculi rubri. Exacerbatur uerò ueſperi.

Mutatum excrementum eſt dejectio corrupta ac fœtida, urina primò interdum naturalis, ſæpius alba & aquoſa, mox rubra aut etiam turbida, rhinorragia nihil aut parum juuans, ſudores & copioſi & frequentes, ſed uel circa unum locum uel algidi.

Vtraq; ſimul ſunt febres tales communiter uagantes, & quod juuant tota ſubſtantia prauitati occurrentia, uel ualdè nocent putredinem augentia.

SIGNA febris cui morbilli & uariolæ tanquam propria ſymptomata ſuperueniũt, ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt quæcunq; ſanguinem bilioſum, ut in morbillis, aut ſanguinẽ pituitoſum efferueſcentem, ut in uariolis, ſiue generãt,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſiue in habitum concitant, uel ut alij referunt, quæcunq; tenuem ſanguinem ſolum, ut in morbillis, uel craßiorem duntaxat efferueſcentem, ut in uariolis ſiue procreant, ſiue ad cutim membranamúe extrudunt. Diuerſa enim de morbillis & uariolis autorum opinio eſt, cum morbilli quibusdam ſint maculæ tantum, non puſtulæ: alijs tum morbilli tum uariolæ ſunt puſtulæ. Sed illi minores ex rubro magis flaueſcentes: hæ majores altioresq; in ambitu & baſi rubræ, ad acumẽ albicantes: illi eryſipelatis, hæ phlegmonarũ naturam magis referentes. Ex ſententia uerò Arabum, quæcunq; reliquias ſanguinis mẽſtrui, ex quo generamur in nobis feruere faciunt, cujus una pars tenuis & biliosa eſt, altera craſſa & uelut fex, ex quibus utraq; in nobis retinetur, dum proceſſu temporis ferueat. Generant autem flauam bilem & ſanguinem eadem, quæ in ardente febre & ſynocho recenſuimus.

Iiſdem feruorem inducit ſtatus aëris uel æſtuoſi, uel peſtilentis, perſpiratio impedita & ſuppreſſa quotidiani excremẽti effluxio, de quibus alibi prolixius.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt, pruritus narium, pulſus tẽporum, timor in ſomno, anxietas in gutture & thorace, jactatio totius corporis, laßitudo artuum tenſiua, oſcitatio, tußis, grauis & difficilis reſpiratio, pulſus frequens, celer, uehemens. tußis.

Mutata qualitas eſt calor uehems, minor tamen in internis quàm externis partibus, isq; aßiduus ſine intermißione, raucedo, rubor faciei & oculorum, puſtulæ tales, quales ſupra deſcripſimus.

Mutatum excrementum eſt ſputũ craßius, dejectio liquida, difficultas inteſtinorũ, urina turbida & rubra.

Vtraq; ſimul ſunt puſtulæ ſimiles communiter uagantes, & quod proſunt refrigerantia intus ſumta, obſunt extrinſecus impoſita: contra juuant calefacientia adhibita partibus externis: nocent intus ſumta.

SIGNA diſtinctiua ſunt hæc.

SIGNA uariolarum & morbillorum ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ uariolarum ſunt, quæ pituitoſum ſanguinem generant, & contagio illius, qui ex uariolis laborat, tum corpus ipſum ægrotantis, quod ſi morbillos expertũ fuerit, uariolas exſpectabis. Contra cauſæ morbillorum ſunt quæ biliosum generãt, & contagio illius, qui ex morbillis laborat, nec non, quod uariolas ægrotans antea habuit.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa in uariolis eſt ſomnolentia in prĩcipio febris, capitis grauitas, pruritus totius corporis, dolor dorſi uehemens. In morbillis, uigiliæ, capitis leuitas, ſenſus pungentium, dolor dorſi mitior.

Mutata qualitas in uariolis calor plurimus & parum acris, oculi tumidi, puſtulæ paruas inflammationes referentes. Sed & morbilli ſtatim ex cute exeunt: uariolæ paulatim: in morbillis calor acrior & non ita multus, oculi non ita tumidi: puſtulæ parua eryſipelata referentes.

Mutatum excrementum in uariolis eſt fluor lachrymarum præter uoluntatem: in morbillis non item.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Nam ei cui ſuperueniunt morbilli refrigerantia interna magis proſunt & externa magis nocent: quàm ei cui uariolæ.

Sequuntur duæ Tabulæ, quibus præcedens febrium doctrina prolixior breuiter comprehenſa eſt.

TABVLA DE PARTE AFFECTA ET diuiſione febrium.

- **Febris aliud**
  - **Subiectum aliud**
    - **Morbi duplex**
      - Primarium eſt cor, quod totum incaleſcit, uel καθ' ἕξιν, ut in hectica, uel κατὰ σχέσιν, id eſt, permanentiam ſiue breuem, ut in putridis, ſiue momentaneam, ut in ephemeris.
      - Secundarium eſt totum corpus, quod calorem à corde transfuſum accipit, uel uectura ſpiritus per arterias, ut in ephemeris: uel humoris per uenas, ut in putridis, uel contagione, ut in hecticis.
    - **Cauſæ tum**
      - Focus, in quo putredo tanquam ignis primum accenditur.
      - Fomes, id quod putredini materiam ſuggerit, uel ubi materia putredinis generatur. Interdum uerò eadem particula eſt & focus & fomes putredinis.
  - **Diuiſio ratione**
    - **Subiecti morbi**
      - **Primarij. Cor afficitur uel per**
        - Se, unde febris primaria, eaq; uel ephemera, uel putrida, uel hectica. Et rurſus uel Epidemica, uel non Epidemica.
        - Conſenſum, unde febris ſecundaria, eaq; ſimiliter uel ephemera, uel putrida, uel hectica. Et rurſus uel catarrhalis, uel ſyncopalis, uel lypiria, uel epialos, uel latica, uel alba, uel lenta, uel anonymos. Nulla uerò epidemica. Catarrhalis, à deſtillatione capitis. Syncopalis à magna crudorum ſuccorum copia & bile ueneficа in præcordijs, præſertim ore uentriculi. Lypiria à pituita uitrea, uel bile putri in uentriculo uel epate: epialus, à pituita acida ex parte putri: latica à pituita dulci putreſcente in uenis paruis: alba à ſuppreſſis menſtruis: lenta ab ulceratione & ſuppuratione uiſcerum: anonymos ab anguſtia uaſorum.
      - **Secundarij.** Calor præter naturam totum corpus occupat, uel aſſiduus, unde febris continua: uel non aſſiduus; unde febris intermittens. Quæ tamen diuiſio etiam ex foco & fomitis quantitate deduci poteſt, ut mox ſequetur.
    - **Foci, qui eſt ſpatiũ uel**
      - Cordis, ſiue in uenis cordi uicinis, ſiue alijs ſed majoribus à corde remotis, ſiue extra uenas ſed cordi uicinas, unde febris continua.
      - Extra cor, ſiue in uenis minoribus à corde remotis, ſiue extrà uenas ſimiliter à corde remotas: unde febris intermittens.
    - **Fomitijs materiæ cujus peccat uel**
      - **Quantitas quæ aut**
        - Pauca eſt & tenuis, ſiue extra, ſiue intra uenas fuerit: unde febris intermittens, eò quod facilè diſſipetur.
        - Multa & craſſa, non ſolum intra, ſed & extra uenas, unde febris continua, eò quod ægrè diſſipetur, ut inflammato cerebro.
      - **Qualitas tum**
        - **Poſitiuè quia affluit uel**
          - Vapor calidus ſanguinis, qui phlogoſin facit, unde ſynochus nõ putris.
          - **Humor uel**
            - Sanguis totus putreſcens, unde ſynochus putris.
            - Phlegma putreſcens, unde quotidiana ſiue continua, ſiue intermittens.
            - Flaua bilis putreſcens, unde cauſos & tertiana ſiue continua, ſiue intermittens.
            - Atra bilis putreſcens, unde quartana ſiue continua, ſiue intermittens.
        - **Priuatiuè, quia affluxu tũ uel**
          - Impeditur obſtructione uenarum in præcordijs, unde febris alba.
          - **Deficit uel**
            - Vlceratione uiſceris, unde febris lenta phthiſicorum, nephriticorum, pleuriticorum.
            - Anguſtia uaſorum, unde febris anonymos. Quæ diuiſio tum ex fomite, tum ex conſenſu deduci poteſt.
    - **Foci & fomitis ſimul, quorum uterq; uel**
      - **Vn⁹, unde febris intermittẽs ſimplex tum**
        - Exquiſita, cum in una parte unus humor putreſcit, uel etiam plures, ſed unius ſigna manifeſtiſſima, alterius obſcuriſſima apparent.
        - Notha, in qua duo humores in uno loco miſcentur uidelicet, ſed uel æqualiter uel inæqualiter. Si æqualiter eſt confuſa ſimplex. Si inæqualiter eſt confuſa cõpoſita, eaq; tertiana notha, quotidiana notha, quartana notha. Nam v. g. bilis in tertiana notha ſuperat, phlegma ſuperatur.
      - **Plures, unde febris implicita uel**
        - Homogenea, cum intermittens miſcetur intermittenti eidem ſpecie, ut quotidiana, tertiana, quartana duplex aut etiam triplex.
        - **Heterogenea: cum intermittens miſcetur uel**
          - Intermittenti diuerſæ ſpecie, ut tertiana & quotidiana, aut quartana etiam cum alterutra.
          - Continuæ, ut tertiana intermittens, cum pituitoſis continuis & contrà. Vtraq; hemitritæus appellatur.

TABV-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

TABVLA DE SIGNIS PARTIS AFFECTÆ & certæ ſpeciei febrium.

- **Signa febrium alia**
  - **Partis affectæ, ut cordis uel**
    - **Simpliciter.** Calidus aër, pulſus celer & diuerſus, caliditas pectoris præternaturam, nocent calida.
    - **Non ſimpliciter ſed uel**
      - **Per ſe in**
        - **Genere.** Febris uehemens eſt, non ſuccedit alteri affectui, non intermittit.
        - **Specie alia**
          - Epidemicæ, ejusq; uel ueræ peſtilentis tum diariæ, tum putridæ, tũ hecticæ, cujus ſignum commune fluxus alui: uel non ueræ peſtilentis, ut catarrhi epidemici, luis Hungaricæ, febris uariolaris, quarum ſignum deſtillatio, maculæ, puſtulæ & pruritus narium.
          - Non epidemicæ, eadem, quæ continuæ.
      - **Per conſenſum in**
        - **Genere.** Febris contrà ſe habet. Mitior eſt, ſuccedit alteri affectui, intermittens, niſi focus ſit uicinus cordi, aut humor copioſus. Epialos igitur ſæpius remittit, cæteræ ferè continuæ ſunt.
        - **Specie.** Ex quanam parte conſentiente laboret, id ex proprijs cujusq; partis affectæ ſignis deprehendi oportet, ut v. g. in ſyncopali per ſe affectum eſſe uentriculum indicat dolor illius, qui præceſſit, adeſt uomitio, ſingultus & alia.
  - **Certæ ſpeciei ratione**
    - **Subjecti primarij. Sic ſigna alia**
      - Ephemerarum, quarum origo ab externa cauſa, uel bubone, pulſus ſemper æqualis, calor ſuauis, inſpiratio expiratione major, urina cocta ſemper.
      - Putridarum, quarum origo ſine cauſa externa recenti, pulſus inæqualis (cum in principio ſit paruus & rarus, in ſtatu maximus & celerrimus in uno ictu) reſpiratio, qua fuligo expurgatur, inſpiratione, qua cor refrigeratur, major calor acris pungens & fumoſus, inuadens cum frigore, rigore, horrore: nigredo linguæ: urina parum uel ualdè cruda.
      - Hecticarum, quarum origo ab externa cauſa, uel præcedente ephemera ſiue etiam putrida febre: pulſus ſemper æqualis, isque paruus & uelox, calor acris ſed ſqualidus, æqualiter omnes partes occupans, qui à cibo augetur.
    - **Foci uel fomitis alia**
      - **Continuarũ in**
        - **Genere,** humoris copia & craſſities, calor aſſiduus 24. horas excedens, nullus ſudor, uinum nocet.
        - **Specie**
          - Synochi non putris, urina rubra cum ſedimento.
          - Synochi putris, urina craſſa ſine ſedimento.
          - Quotidianæ, pulſus tardus, facies tumida, urina alba.
          - Tertianæ, pulſus uelox, calor acrior, urina rubra.
          - Cauſi, pulſus magnus & uelox, feruor maximus circa cor: lingua nigra tantum in legitimo, ſalſa in notho.
          - Quartanæ, pulſus tardior, calor acris, quarto die acerbior, urina turbida.
      - **Intermittẽtium in**
        - **Genere,** humoris paucitas & tenuitas, calor intra 24. horas deſinens, & cum rigore aut frigore incipiens, ſudore manifeſto finiens, uinum prodeſt in declinatione.
        - **Specie**
          - quotidianæ, inuaſio cum frigore extremorum.
          - Tertianæ, inuaſio cum rigore externo pungente & æſtu interno.
          - Quartanæ inuaſio cum horrore externo & frigore interno.
    - **Foci & fomitis ſimul tum**
      - **Vnius alia**
        - **Exquiſitarum.** Omnia ſimplicia, ut cauſa externa & interna, actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum unius modi.
        - **Spuriarum in**
          - **Genere.** Omnia mixta, magis tamen accedentia ad ſigna illius cujus ſpuria magis particeps eſt. Eadem tantum hora inuadunt.
          - **Specie.** Tertianæ nothæ, u. g. uictus ratio inæqualis, quæ majori ex parte bilem flauam: minus pituitam generat, rigor principio acceſſionis cum minori concuſſu ac ſenſu pungentium, acceſſio 12. horas ſuperans: urina ſubruffa & pallidior, ſed craſſior.
      - **Pluriũ ut implicitarum tum**
        - **Homogenearum.** Diuerſis horis inuadũt, eadem uerò earum natura, eadem cauſa, ſed in diuerſis collecta locis, idem calor, eadem ſymptomata.
        - **Heterogenearũ in**
          - **Genere.** Accedunt & diuerſis & eadem hora. Si diuerſis, erit diuerſus calor, alijs ualdè acris, alijs parum acris, & ſic alia ſymptomata. Sic eadem hora, erit calor mixtus & quaſi compoſitus.
          - **Specie.** Hemitritæi, v. g. qui conſtat ex quotidiana continua & tertiana intermittente, aër inæqualis, qualis Romanus, pulſus inæqualis & inordinatus, calor aſſiduus quotidie reuertens, ſed tertio die cum multiplici horrore, altero uero cum frigore duntaxat, aut cum modico horrore externarum partium.

V. CHOLERAE ſubjectum duplex eſt: primarium & ſecundarium.

Primarium eſt uentriculus, isq́; ut plurimum totus, ſupra & infra: interdum tamen magis illius pars ſuperior, uel pars inferior. Materia enim morbifica morſu uel pondere contriſtans uentriculum per utrunq́; os, ſtomachum & pyloron uno & eodem tempore ſumma cum perturbatione, celeritate ac frequentia expellitur.

Secundarium duplex eſt, gula & inteſtina. Os enim uentriculi ſupernum uomitu per gulam: infernum dejectione per inteſtina noxium humorem eijcit. Non malè igitur, ſi dextrè interpretemur, Alex. Trallianus χολάδας dixit eſſe partem affectam in cholera: ut nec Cornel. Celſus, qui hoc uitium ſtomachi atq́; inteſtinorum commune uideri ſcripſit. Errauit autem ille in Etymologia nominis, ut ſupra diximus. Sunt uerò & aliæ partes affectæ minus principaliter, ut cor, nerui, totum corpus. Ventriculus enim pars corporis præſtans eſt, & præcipuis membris, quibus corpus noſtrum regitur, uehementer congruit.

Afficitur autem uentriculus uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe afficitur, cum intemperie calidiore laborat, eſtq́; tam igneus ut alimenta licet bona in acrem & nidorulentam qualitatem conuertat. Id quod fit potiſſimum in ſicca cholera: in humida non item. Siccam autem uocant, quæ fit ex flatuoſo ſpiritu, qui ſiue excernatur ſiue retineatur partes neruoſas lancinat ac mordicat. Humidam, quæ gignitur ab humoribus aliunde in uentriculum retro fluentibus.

Per conſenſum autem uentriculus afficitur, cum uitij expers eſt, & aliunde coafficitur: idq́; fit uel poſitiuè, uel priuatiuè.

Poſitiuè, cum transmiſſam ad ſe materiã recipit, uel à toto corpore, uel à certa parte. Interdum enim in uniuerſo corpore ſuccus prauus, isq́; imprimis acris & bilioſus plusq̃ oportet redundat, qui tandem ob cauſas aliquas externas uel internas ad fluendũ irritatus oriſicia uaſorum, quæ ad uentrem pertinent, mordicans aperit, & ad uentriculũ tanq̃ ſentinam transfuſus cholerã excitat. Eſtq́; hæc cholera propriè, q̃ Aretæus παλίνορσον φορὴν definit eſſe τ͂ ὕλης τ͂ ἐν τῷ πάντι ἐς τὸν στόμαχον, ϗ τὴν κοιλίην ϗ τὰ ἔντερα, id eſt, reciprocam materiæ delationẽ à toto ad gulam, uentrẽ & inteſtina. Neq́; enim ſiue alimenta praua, ſiue humores maligni qui continentur in ſtomacho hunc affectũ uerè excitant, niſi alij humores aliunde magno impetu irruant, & ſtomachum ad expulſionem irritent. Nec minima hæc ratio eſt, cur cholera ſit morbus diſtinctus à ſimplici tũ uomitu, tum fluxu alui.

Interdũ uerò prauus ſuccus, isq́; imprimis bilis non in toto corpore: ſed in certa parte redũdat, ut in ueſicula fellis, in epate, in meſenterio, in liene, in capite. In his enim partibus is humor cumulari ſolet, cũq́; ſupra modũ auctus natura grauis & infeſtus eſſe caperit, huc illuc impellitur ac diffluit, tandẽq́; in uentriculum excuſſus tam aduerſatur, ut eo perculſi ægrotãtes ſæpe toxicũ ſe bibiſſe opinentur. Nulla uerò critica eſt cholera, quod quidam putant, cũ bilis in hoc affectu non expurgetur uel per unam tantum partem, uel probè concocta, uel cum facili ægrotantis tolerantia: quæ triplex condicio in omni bona criſi requiritur.

Priuatiua uerò coaffectio hic in inteſtinis tantum locum habet, quæ non recipiunt, uel per ſedem non deijciunt id, ad quod recipiendũ extrudendumq́; à natura comparata ſunt, ac humores quidem ſuperfluos in cholera humida, qui per os uiam non naturalem exeunt: uapores uerò acres in cholera arida, qui uentrem inflant, ſtrepitum & dolorem tum laterum tum lumborum excitant, nec aluum ſoluunt ſed aſtringunt.

Sed & eadem inteſtina non recipiũt, quæ affluere debuit, bilem, occluſo ueſiculæ fellis canali, per quem illa ab hoc ut ſuo domicilio in duodenũ transfundi ſolet. Ex quo apparet choleram eſſe ictero admodum ſimilem. Vt enim bilioſum excrementum à jecore & ueſiculæ fellis in uniuerſum corpus regurgitat in arcuato: ſic idẽ cũ alijs prauis ſuccis cõfertim magnoq́; impetu retrorſum ab uniuerſo corpore in uentrẽ fluit in cholera.

SIGNA ſimpliciter affectarum partiũ in cholera ſunt cauſa, effectus & utraq́; ſimul.

Cauſæ ſunt praui ſucci, qui uentriculũ & inteſtina uellicant, orti ſiue ab alimẽtis, ſiue à medicamẽtis bilẽ gignentibus aut humores corrumpentibus, ut lacte, fungo, ueneno potu, putrido uel uini uel aquæ, uel

uel frigidæ in jejunio ſubſequente cibo craſſo & alia, de quibus alibi. Memorabile uerò illud eſt, quod recenſet Maſſaria de imperito quodam Medico, qui integram agarici unciam aſſumſit, unde in hunc affectum, à quo ægrè liberari potuit, incidit. Idem uerò fit aſſumto antimonio, colocynthide, ueratro.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt uaria diuerſarum partium. Ventriculi quidem tàm multiplex, ut nullus ſit ferè morbus ſtomachi qui χολεϱῶντας non affligat, ut dolor, nauſea, inappetentia, ſitis, uomitus, angor, morſus, ſingultus. Gulæ, tenſio, inteſtinorum tormina, cordis ſyncope & pulſus uermicularis, formicularis, deficiens. Neruorum, contractio manuum & pedũ. Totius corporis, rigor & extremorum dolor frigidus.

Mutata qualitas eſt febris interdum, cũ nimirum larga quæ fit per utrunq; orificium euacuatio uitio expurgando ſatis eſſe non poteſt, ſed pars materiæ in uenis putreſcit.

Mutatum excrementum eſt, maxima bilioſi excrementi corruptorumq; & interdũ putridorum ſuccorum copia per os atq; aluũ excretio, quæ uiſu deprehenditur. Sic & uapor acris, quem ægrotans exire percipit.

Vtraq; ſimul ſunt, quod hic morbus in populum graſſatur & ægrotans eodem laborare conſueuit, Sunt enim quidam quibus certo quodam tempore praui ſucci ad uentriculum magno cum impetu feruntur, unde cholera oritur, qua excitata deinceps integra ſanitate intermedio tẽpore fruuntur. Quod ſi uentriculi pars ſuperior magis affecta ſit, eam partem dolor magis affliget: ſi pars inferior, ejus ſymptomata grauiora erunt.

SIGNA uentriculi affecti per ſe ſunt magnitudo, numerus, tempus, juuantia. Cholera enim uehemens eſt, non ſuccedit alteri affectui, non intermittit, juuant quæ uentriculo admouentur præſidia.

SIGNA uentriculi per conſenſum affecti ſunt paruitas, numerus, tempus, juuantia. Cholera enim mitior eſt, ſuccedit alteri affectui, parum aut nihil juuant, quæ uentriculo: multum, quæ aliјs partibus per ſe affectis admouentur præſidia. Quænam autem illarum ſit, id ex ſignis propriјs deprehendi poteſt.

VI. ILEI ſubjectum Aretæo, ut & Aëtio & Marcello & Celſo, & interdum Galeno, in genere omne inteſtinum eſt, idq; tum tenuius tum craſſius. Nunc ilei nomen anguſtius eſt, nec tam latè patens, inuento nouo colicæ nomine, ut ſupra in nominibus morborum diximus. Cum itaq; qui bene diſtinguit, bene doceat, nobis quoq; eam differentiam, præſertim cum uſu multorum ſeculorum jam confirmata ſit, retinere & cujusq; partem affectam ſeorſim explicare commodius uidetur.

ILEI igitur πρῶτον δεκτικὸν principale eſt inteſtinum tenue, ileum uocari ſolitum: colicæ uerò inteſtinum craſſius, quod colon uocant. Rurſus afficitur dolore inteſtinum ſiue tenue, ſiue craſſius, uel totum, uel pars tantum.

Partes affectæ minus principales ſunt cõſentientes inteſtino utriq;, ut tenui quidem, uentriculus, epar, ſeptũ tranſuerſum: craſſo renes, lũbi, ueſica, podex & muſculi illius.

Afficitur autem inteſtinum utrumq; uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe afficitur, cum ſubſidet ab inflammatione tumoreùe proprio, aut ob intemperiem ſiccam, aut plagam, aut inteſtinalem herniam, de qua Aretæus. Obſtruitur ſiue flatu, ſiue copia crudæ & craſſæ pituitæ: conſtipatur copia fæcum, lapide interjecto, grumis, lumbricis.

Per conſenſum læditur, cum uitiј expers aliunde coafficitur, idq; tum poſitiuè, tum priuatiuè.

Poſitiuè cum meatus intercluditur à cõpreſſione. Priuatiuè uix coafficitur niſi quis putet poſſe aboleri meatum à coalitu, ut pulmonum pleuræ agglutinatorum motus deprauari in aſthmate ſolet, hic locũ ob inteſtinorum amplitudinem non habet. Omnis enim tum ileos, tum colica anguſtia eſt, cujus cauſa reſidet uel in inteſtinis, uel extra inteſtina. Si in inteſtinis, eſt uel ſubſidentia, uel obſtructio, uel conſtipatio. Si extra inteſtina eſt compreſſio uel coalitus. Comprimitur uerò tenue, uel craſſum inteſtinum tumore uicinorum uiſcerum, ut meſaræi, epatis, renum uteri, ueſicæ felleæ, ueſicæ urinariæ, quam magna urinæ copia diſtendit. Id uerò uel nunquam uel rarò fieri inde apparet, quod prægnantes utero etiam plurimum poſtremis menſibus diſtento, dolore

tamen

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

tamen nullo ſiue iliaco ſiue colico infeſtentur multò minus uel illæ, uel alij ob tumorem aliorum uiſcerum. Ventriculo autem uel epate in tumorem eleuatis inteſtina malè affici conſtat, non tam ratione tumoris, quàm humoris ſiue calidi ſiue frigidi redundantis, quo in inteſtina transfuſo, ea dolorem concipiunt.

SIGNA inteſtini ſimpliciter affecti ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; anguſtiæ inteſtinorum quamcunq; ſpeciem faciunt, ut ſubſidentiam, conſtipationem, obſtructionem, cõpreſſionem, de quibus alibi. Eſt autem ilium inflammationi maximè obnoxium ob uaſorum ſugentium copiam. Quæ uerò cauſæ præceſſerint ex relatione ægrotorum & aſtãtium cognoſci poſſunt.

Effectus ſunt, actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt ſenſus inuolutionis ſeu implicationis, ſed & retractionis, qua omnia inferiora ſurſum trahuntur: & acutiſſimus dolor modo ſupra umbilici regionem, modo infrà. Inteſtinum enim neruos à ſexto pari cerebri recipit.

Mutata qualitas eſt, quod ſonant inteſtina, ſi fiat morbus à ſtercorum retentione, flatus uoluitur & uertitur in inteſtino, tota hypochondria ferè eleuari uidentur & in tumorem efferri, plerunq; febris ſequitur, præſertim ubi ab inflãmatione ileos oritur.

Mutatum excrementum eſt urinæ ſuppreſſio, alui cõſtipatio, ſtercoris per os excretio, uomitus frequentiſſimus tam alimentorum quàm humorum, præcipuè bilis modo flauæ, modo porraceæ, interdum inteſtini putreſcentis rejectio.

Neq; tamen interdũ dejectio prorſus abolita eſt, ut nec flatuum emiſſio. Nam, ut inquit Aretæus, nihil facilè (non autẽ omnino) exit infra uel ſupra. Sed & interdũ emittitur id, quod forte ante hunc dolorem fuit in colo. Dejectiones uerò, quæ prodeunt, crudæ ſunt & tenues, præſertim ſi morbus ſit ex inflãmatione: ſic uomitus non ſemper adeſt, niſi mors immineat. Nec ſtercus propriè eſt quod in ileo rejcitur, cum quod excernitur ſtercoris formam non habeat, antequam ad inteſtinum perueniat.

Vtraq; ſimul ſunt morbi ſimiles communiter graſſantes. Eſt enim ileos morbus contagioſus, ut uult Auicenna. Iuuant quæ aſtrictionem ſiue obſtructionem inteſtinorũ depellunt: nocent, quæ eadem augent.

Num uerò totum alterutrius inteſtini uolumen ſit affectum, an pars tantum, id ex doloris ſitu cognoſci oportet. Totum enim ilium affectum erit, ſi partes illius omnes doleant, dextra & ſiniſtra, & quæ circa medium uentrem & umbilicum continetur. Pars tantum, eaq; uel prima, uel media, uel ultima, ſi quamcunq; ex illis dolor urgeat.

Ac prima quidem ſi doleat circa jecur. Media, ſi circa ilium ſiniſtrum. Vltima, ſi circa ilium dextrum, juxta humiliorem ſedem dextri renis. Sic totum colon affectum erit, ſi totum doleat circa utrunq; ilium & infra umbilicum, & ſupra uerſus fundum uentriculi. Pars tantum, eaq; uel prima, uel media, uel ultima, ſi cuicunq; ex illis grauitas major inhæreat. Ac prima quidem, ſi ilio dextro: media, ſi ileo ſiniſtro: ultima, ſi infra umbilicum. Sic enim ſitum partium affectarum in ilio & colica Capouaccius deſcripſit, qui & ipſe quamuis paulò aliter ex emendata noſtri temporis inteſtinorum deſcriptione in dyſenteria ſupra à nobis propoſita intelligi poteſt, ad quam lectorem remittimus. Neq; enim colon tam infra quam ſupra eſt, ut ilium, quod olim creditum fuit.

SIGNA inteſtini per ſe & per conſenſum in ileo & colica affecti ſunt, magnitudo, numerus, tempus & juuantia. Si enim uolulus, uel colica ſit uehemens, ſi alteri affectui non ſuperueniat, ſi non intermittat, ſi juuent ilio & colo applicata, has partes per ſe affici argumentum erit. Sin contrà, per conſenſum. Ex quarum autem partium conſenſu coafficiatur, id ex proprijs illarum, ut epatis, meſaræi, renum, ueſicæ utriuſq; affectæ ſignis cognoſci oportet.

Sic ſigna partium conſentientium ſunt uaria illarum ſymptomata. Ventriculum enim affici uomitus & fætor: (quod in eo uapores putridi cumulentur, qui cum aëre expirato miſcentur) diſtendi ſeptum tranſuerſum, ſpiritus difficilis: ueſicam urinæ difficultas: muſculos podicis illius clauſura offendi indicat, & ſic de alijs.

SIGNA

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

SIGNA diſtinctiua iliaci & colici affectus ſunt hæc.

Cauſæ ferè eædem, ſic tamen ut externæ magis ileon, internæ magis colicam inducere ſoleant.

Effectus ſimiliter in genere ijdem, unde & unum nomen uterq; affectus olim habuit: ac ileos quidem & chordapſus appellatus à retractione inteſtinorum, quæ utriq; conuenit.

Eſt uerò quædam actio læſa & aliqua qualitas, ut & excretio, quæ unum ab altero differre facit.

Actio læſa: Iliacus dolor Aretæo tenuis & acutus eſt, id eſt, pungitiuus: colicus humidus & grauis. Alijs non ſine limitatione ille interdum uehementior, interdũ remiſſior. Ac uehementior quidẽ iliacus, remiſſior colicus, ſi prodeat ab inflammatione, aut aridis fecibus: cum gracilia inteſtina ob raritatem tunicæ ſenſum q̃ craſſa quorum ſubſtantia denſior exquiſitiorem habeant, & materiam morbificam diutius detineant. Contrà uehementior colicus, remiſſior iliacus, ſi prodeat à pituita & flatu, quam materiam craſſa inteſtina longiori mora intra ſe concluſam ſuſtinent, præſertim cum ob tunicæ craſſitiem eadem difflari nequeat.

Quod ad ſitum doloris in utroq; affectu diuerſum attinet, de eo ſupra diximus. In genere uerò dolor magis fixus eſt & magis in circuitu umbilici in ileo: contra magis in lateribus & paulò infra uentriculum in colica. Præterea ileos acutus morbus: colica diuturnus eſt.

Mutata qualitas. Colica in ileum: ileus contra in colicam uix permutatur. Sed & in ileo ma[illegible]a ex parte febris comitatur: in colica non item.

Mutatum excrementum eſt. In ileo nihil mittitur infra, ſed tantũ ſupra: & primum quidem pituitoſi aliquid, deinde bilioſum: quibusdam ſtercus morte jam imminente, quamuis propriè ſtercus non ſit, ut ſupra diximus: in colica uariæ feces, ut mucilagines uel ſtercora per ſedem exeunt, nec tamen ſine ope clyſterum & aliorum medicamentorum. Vrina utrobiq; rubra eſt. Sudor uerò in ileo magis frigidus quàm in colica, propter majorem membrorum nobiliũ ſympathiam.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Dolor iliacus ſuperatur uſu potionum per os aſſumptorum: non tollitur infuſione clyſterum. Dolor colicus contrà uincitur inditis per anũ: non juuatur per os acceptis.

SIGNA diſtinctiua iliaci ſiue colici & dyſenterici nec non nephritici & uterini affectus ſunt hæc.

DYSENTERIAE et colicæ diſcrimen à ſolo excremento mutato ſatis euidens eſt. In dyſenteria enim aluus ſemper aperta eſt: in colica ferè ſemper aſtricta.

NEPHRITICI uerò & colici ſiue etiam iliaci doloris tanta cognatio eſt, ut uel ipſum Galenum aliquando diſcrimen fefellerit, ut ipſe teſtatur 2. de loc. aff. 5. & alibi.

SIGNA igitur utriusq; affectus, alia ſunt communia, alia propria.

Communia ſunt dolor abdominis & dorſi, tremor crurum, & impotentia flectendi corpus, nauſea item, uomitus, alui ſtipatio.

SIGNA propria ſunt cauſæ, effectus, & utraque ſimul.

Cauſæ colicæ ſunt retentio fecum, & uſus rerum frigidarum & flatuoſarum, ut fructuum: nephritidis non item.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt ſtupor renum, dorſi, crurũ in nephritide, in colica non item. In illa quoq; uentriculus minus: in hac magis afficitur.

Affectis inteſtinis dolor eſt perforanti ſimilis, & quaſi infixi pali, certoq; loco interdum inſiſtit, interdum circuit, ut plurimum in inguen ſiniſtrum, & utrunq; renem ſurſum reuulſus, ut ſunt flexus coli inteſtini, quod relicto recto inteſtino in ſiniſtrum inguen reuertitur, & ad ſiniſtrum renem aſcendit, ubi anguſtius eſt, unde in hac parte dolor colicus grauius affligit, & renalem repreſentat. Læſis renibus dolor magis fixus eſt, eandemq; partem aſſiduè ac uehementer infeſtat: porrigitur uerò in ueſicam & mouetur à partibus ſupernis ad infernas ſecundum ureterum progreſſum, dum per hæc uaſa lapis in ueſicam prolabitur.

Dolor colicus magis inclinat ad anteriora & ad pectus: nephriticus ſemper ad poſteriores partes uergit.

Dolor inteſtinorum majus ſpatium: renũ minus occupat. Dolor itaq; colicus eſt major

ſecundum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſecundum extenſionem, quia plures partes in ſeſtat: renalis major ſecundum intenſionem, quod inſtat acûs pertundit & torquet grauiſſimè.

Dolor colicus interdum eſt in loco renibus altiore, magisq́ue uentriculo icino, uinterdum infra renes: renalis ſemper in eadem parte, ubi renes ſiti ſunt.

Dolor colicus ferè ſemper ſubitò inuadit: renalis paulatim incipit, & ſemper ad finē uſq; augetur. Breui nanq; tempore inteſtinū anguſtatur: lapis non citò creatur.

Mutata qualitas eſt grauior & magis aſſiduus uomitus, nauſea, alui ſtipatio in dolore colico: contra in renali dolore uehementior ſæpiusq; & citius affligens dorſi & crurum tremor, & flectendi corporis impotentia. Inteſtina nanq; magis uentriculo: renes magis dorſo & cruribus conſentiunt.

Mutatum excrementum eſt uomitus pituitoſorum & corruptorum: & retentio excrementorum in colica. In nephritide uomitus rarior & dejectio frequentior. In colico, ſtercora, quæ deijciuntur ſunt arida & canina: in nephritide multò magis mollia.

In renali dolore ſemper affectus à dorſo & cum urinæ difficultate incipit: in colica non item.

Nephriticis à principio urina ſupprimitur, uel mingitur primum filamentis plena, aquoſa & tenuis, deinde craſſa & arenoſa, interdum cruenta & cum calculo.

Colicis hæc prædicta non eueniunt.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Colicus dolor inanitionis tempore leuior eſt, grauior repleto cibis homine. Contrà renalis inanitionis tempore ingraueſcit, miteſcit cibis aſſumtis. Repletus enim uentriculus colon cōprimit: uacuus non item. Contra cibus aſſumtus renes non affligit, niſi deſcendat. Portio nanq; tenuior & aquoſior dum petit renes, uim anodynam obtinet.

Dolor colicus laxantibus, flatus diſcutientibus atq; irritantibus clyſteribus in aluū injectis maximè lenitur: renalis etiam ſed minus. Nephriticus ab initio anodynis & relaxantibus plurimum juuatur: deinde uerò diureticis et calculos comminuentibus, renesq́; detergentibus: colicus non item, niſi eadem unà flatus diſcutiant. Hic conquieſcit per uomitum uel dejectionem alui: ille non item.

SIGNA diſtinctiua colici & uterini doloris ſumta à cauſis, effectis & utriſq; ſimul ſunt hæc. Vterinum dolorem præcedit uel partus, uel menſium ſuppreſſio, uel difficultas eo tempore, quo menſes fluxuri ſunt.

In dolore uteri mulieres ſuffocari uidētur ex uaporibus eleuatis: minimè autem in dolore colico.

Dolor uteri ad inferiora, pubem & coxas magis pertinet, unde coxendicus uidetur: ad ſuperiora magis tendit colicus.

Dolor uteri ex difficultate menſium magis torquet, cum menſtruū tempus appetit, isq; potius circa renes quàm in penitioribus partibus. Circa renes enim uenæ & uaſa ſpermatica ad uterum tendunt, quibus repletus fit diſtentio.

Dolor uteri, ſi leniatur aluus, non ceſſat: contrà colicus lenitur eductis fecibus.

VII. Acutorum epatis affectuum, id eſt, hæmorrhagiæ & phlegmones commune ſubjectum epar eſt. Oedema enim nunquam aut rarò generatur in epate uel thoracis partibus.

Afficitur autem in hæmorrhagia tantum per ſe & primario, cum ex eo ſanguis ſincerus effluat, ſiue extra corpus ſiue in inteſtina, uel propter uulnus, uel plagam, uel multitudinem. Effluit enim ex eodem etiam in alijs affectibus, ut in epatico fluxu, in dyſenteria, in hæmoptyſi, in cachexia & hydrope, ſed diuerſis modis. Fluens in epatico fluxu & dyſenteria per inteſtina tantum, ſed illic aquoſus & loturæ carnium ſimilis, hic craſſus & feculentus. In hæmoptyſi per os. In cachexia & hydrope aquoſus & imperfectus per totum corpus, eò quod uenæ meſaraicæ occluſæ ſunt.

SIGNA hæmorrhagiæ ex deſcriptione manifeſta ſunt: notæ fluxus epatici, dyſenteriæ, hæmoptyſeos & cachexiæ ex ſuis locis petantur.

In phlegmone autem epatis afficitur uel caro, uel membrana, uel uenæ epatis. Si carnoſa ſubſtantia, ea uel tota læditur, uel pars tantum, ut conuexa uel concaua: quamuis, teſte Galeno, fieri nequit, ſi altera ex ijs partibus afficiatur, quin reliqua conſentiat, ob uenarum communionem uel propter partium continuitatem. Et hæ ſunt partes affectæ principaliter.

Mm Partes

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Partes minus principales ſunt, quæcunq; epati conſentiunt, ut muſculi abdominis, pleura, cor, uentriculus, ſeptũ tranſuerſum, caput & imprimis uenæ meſaraicæ. Caua enim jecoris parte laborante inflammatione mox neceſſe eſt has uenas inflammari, eò quod ex uena porta, quæ in ſima epatis parte continetur, originem ducunt.

Afficitur autem epar ejusq; partes tantũ per ſe & non per conſenſum, dum jam inflammatur. Ratione uerò cauſæ, aut per ſe aut per conſenſum.

Per ſe, cum aut ſanguine multo abundat, aut morboſo calore et dolore torquetur: unde ſanguinẽ à partibus moleſtatis aut copia ejus aut qualitate aut utroq; ſimul ad ſe trahit.

Per conſenſum, cum uitij expers aliunde coafficitur, idq; poſitiuè. Priuatiuè non item fieri poteſt.

Poſitiuè quidem, cum aliquid aliunde illapſum excipit, ut à ueſicula fellis ſi quando obſtruitur, & bilem expurgare non poteſt, unde ad epar regurgitans inflammationem excitat: ſimiliter à liene qui ſuccum melancholicum non attrahit: aut à uentriculo qui chylum epati non rectè præparat, aut à matrice, ex qua ſuperfluitas menſtruo tempore fluere ſolita non emanat: aut ab hæmorrhoidibus ſuppreſſis alijs uel membris, ut inteſtinis, renibus, ſpiritalibus obſtructis: unde ſanguis ad epar refluens inquinatur & calidior efficitur.

SIGNA jecoris ſimpliciter affecti ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

CAVSAE ſunt, quæcunq; ſanguinem uel copioſiorem, uel calidiorem quàm pars poſtulat, cumulant, ut multa aëris caliditas, cibi calidi & craſſi, balneum poſt crapulam, cucurbitulæ pleno corpori adhibitæ, & alia de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt dolor grauis in dextro præcordio circa coſtas mendoſas, isq; major ægro ſuper ſiniſtrum latus decumbente, minor eodem ſuper dextrum reuoluto. Major item cum ægrotus magnam trahit ſpirationem: minor cum non trahit.

Decubitus uerò in omnem partem moleſtus eſt ubi abſceſſus fieri incipit. Quod ſi pus factum eſt, dolor minuitur.

Mutata qualitas eſt color corporis citrinus inſtar auriginis, Aretæo plumbeus, linguæ uerò color initio magis ruber, deinde niger; febris aſſidua, eaq; inæqualis quæ plerunq; ad noctem exacerbatur, item rigor cum ſuppurari incipit.

Mutatum excrementum eſt aluus robuſto uiſcere in principio inflammationis ſicca & exuſta: in proceſſu facto infirmo, liquida & chyloſa, quando non trahit à uentriculo, aut fœtida, nigra, corrupta, porracea: parũ urinæ meijtur, atq; cum grandior eſt tumor nihil. Quæ uerò mingitur, craſſa eſt, rubicunda, turbida.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Iuuat inedia, uel ſaltem uictus tenuis, ſanguinis item miſſio ſæpius repetita: nocent contrà, quæ ſanguinis copiam augent, uel ad epar adducunt.

SIGNA partium epatis affectarum diſtinctiua ſunt hæc.

Si carnoſa pars jecoris inflammetur, dolor urget obtuſus & grauis, cujusdam quaſi ponderis incumbentis, pulſus eſt uelox & mollis, eò quod caro mollis & laxa eſt.

Si membrana epar circundans laboret, uel uena ejusdem, tunc dolor affligit acutus: & pulſus durus, ſerrinus, tardus eſt, eò quod membrana pars dura ac denſa eſt.

Si inflammatio gibbam ſiue connexam partem epatis occupat, major ex hac parte dolor eſt, qui ſpirando percipitur, magis ad dextrum aſcendit jugulum, ut interdum id detrahi uideatur, eo quod uicina ſepto tranſuerſo & toti thoraci eſt. Sed & moleſtus in latus dextrum decubitus & tumor euidens eſt, qui injecta manu & interdum uiſu deprehenditur, niſi æger fuerit ualdè carnoſus, aut laborare hydrope incipiat, aut parua aut dura ſit inflammatio.

Si affectus ſimam ſeu concauam partem detineat, nullus tumor obſeruatur, præter quandam tenſionẽ. Quod ſi quis hypochondrium comprimat, ægrotans dolorem obſcurum ſed internum percipit, eumq; magis urgentem, ſi in ſiniſtram partem decumbat: apparent magis ſymptomata, quæ conſenſu uentriculi fiunt, ut nauſea, uomitus, bilis, ſitis, ſingultus.

SIGNA affectarum partium conſentientium ſunt illarum ſymptomata, ut capitis, mens tarda & hebes: interdum delirium: cordis, ſyncope: uẽtriculi, nauſea: ſepti tranſuerſi, depreſsio: pleuræ, dolor. Epar enim ob

pondus

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

põdus tẽdit diaphragma, unde mẽbrana ſuccingẽs coſtas diuellitur.

SIGNA diſtinctiua phlegmones epatis et muſculorum abdominis & pleuritidis, & colici doloris ſunt hæc. Interdum enim inflammatio gibbæ partis epatis pleuritidẽ: phlegmone uerò cauæ partis colicum dolorem mentitur.

Muſculos epati incumbentes inflammari oſtendit tumor externus, qui poteſt tangi & uideri, isq́ oblongus in anguſtum uergẽs inſtar muſculorum umbilicum comprehendens. Contrà in phlegmone epatis tumor rotundus eſt & figurã epatis repreſentat, eſtq́ minor, nullam uel non euidentem rubedinem exhibens.

Pleuram inflammari & per ſe affici oſtẽdit pulſus durus & ſerrinus, tuſsis cũ ſputo niſi pleuritis ſit lethalis, dolor pungens ægrotus ſi maximè ſpiret (ut autem ſpiret laborantem admonere oportet) ſe premi & ſuperiores partes ſuſpendi ſentiet. Contra inflammata gibba parte epatis, pulſus minus durus eſt propter uarietatem partium, quæ inflãmantur: tuſsis exigua & ſemper arida, dolor grauis, dejectiones interdũ ſimiles loturæ carnis nuper mactatæ & durities quædam in dextro hypochondrio: ſed & ſi ægrotans ſpiritum trahit, ipſi à partibus inferioribus ad ſuperiora aliquid ſurgere uidetur. Deniq́ inflammato epate totũ abdomẽ gracileſcit: inflammatis muſculis & pleura non item. Dolor colicus febre caret ut plurimũ, aluum habet aſtrictam, clyſtere carminantè demulcetur. Phlegmone cauæ partis epatis comitem febrem habet, ſingultũ, inappetẽtiam, uomitum ſinceræ bilis, diarrhæam eaq́ lethalem, clyſtere carminante intenditur.

SIGNA epatis per ἰδιοπάθειαν affecti eadem ſunt quæ affecti ſimpliciter. Per δευτεροπάθειαν uerò inflãmatione affecti, notæ ſunt illæ quæ monſtrant proprias ægritudinẽs aliarũ partiũ jecori congruentiũ, ut ueſiculæ fellis; lienis, uentriculi, renum, inteſtinorum, uteri, hæmorrhoidũ, de quibus alibi.

VIII. ACVTORVM uenæ cauæ affectuũ locus affectus uena caua eſt, repleta diſtẽtaq́, ac quaſi uaricoſa facta à multo eoq́ calidiore ſanguine, ut in cauſo, in uariolis, in phlegmone epatis, pulmonum & aliorum uiſcerum. Solet uerò eadem etiam nodoſo tumore inſtar arboris diſtorqueri ex humore craſſo & melancholico in uarice crurum, femorum, inguinum, temporum. Qui affectus cum acutus non ſit per ſe & propriè, huc non pertinet: niſi ratione hæmorrhagiæ, cum rupta uena ſanguinis & ſpiritus tanta copia effluit, ut hominem de uita periclitari faciat.

Afficitur autem uena caua nunquam per ſe tantum, ſed per ſe & per conſenſum ſimul, cum affici ſolet quatenus locus ſanguinis eſt uniuerſi corporis.

Per ſe afficitur, quatenus laxitate & imbecillitate laborat.

Per conſenſum, quatenus humorem magna copia aliunde affluentem recipit, certoq́ loco remorantem detinet. Conſenſus itaq́ poſitiuus tantum hic locum habet.

SIGNA ſunt cauſæ, effectus, & utraq́ ſimul, ut in cauſo, febri uariolarũ & phlegmone epatis, aliorumq́ uiſcerum, de quibus ſupra. Signa autem uaricum alia manifeſta ſunt, alia occulta.

Manifeſta ſunt amplitudo uenarum, craſsities, tumor, quæ oculis obſeruantur.

Occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt quæcunq́ copioſiorem, eumq́ imprimis craſsiorem & flatulentum ſanguinem generant & ad uenas detrudunt, ut uictus ratio frigida & ſicca, temperamentum melancholicum, uehemens corporis concuſſio, iter laborioſum, oneris geſtatio, menſium ſuppreſsio, & ſimilia.

Effectus eſt impotentia generandi, dolor partis uaricoſæ, qui inceſſu & compreſsione exacerbatur: color item ſubjectæ cutis liuidus aut ſubater.

Vtraq́ ſimul ſunt juuantia. Proſunt abſtinentia, nocet ſatietas, liberat à melãcholia.

IX. ACVTORVM AFFECTVVM, quibus renes infeſtantur, ut obſtructionis & inflammationis ſubjectum renes ſunt, non tamen ſine limitatione.

Afficitur enim in obſtructione uel caro, uel meatus renum, per quem urina percolatur. In phlegmone læditur uel exterior renũ tunica, uel uenæ & arteriæ ex quibus conſtant & quæ per ipſos ſparguntur, uel carnoſa ſubſtantia, uel membraneum illud corpus, quod interiori uentri prætenſum eſt.

Rurſus in utroq́ affectu læditur uel unus ren tatũ, uel uterq́ ſimul, dexter & ſiniſter.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Partes minus principales ſunt, quæcunq; renibus conſentiunt, ut uenæ, arteriæ, cerebrum, epar, uentriculus, ſeptum tranſuerſum, ueſica, ureteres, uterus, inteſtina, crura & femora.

Afficitur autē ren uel ꝑ ſe, uel ꝑ cōſenſum.

Per ſe afficitur in obſtructione, cum illi morbus cauſaue morbi inſidet, ut intemperies, humor uiſcidus, flatus, inflammatio, arena, calculus, grumus ſanguinis, pus, lumbricus. Tot enim ſunt ex quibus obſtrui poteſt. Rarior tamen inflammatio, quod renū ſubſtantia firma, denſa & dura ſit. Quæ ſi adſit, non tātum coarctat, ſed & materiam purulentam gignit, unde fit obſtructio.

Per conſenſum afficitur poſitiuè uel priuatiuè.

Poſitiuè cum à cerebro deſtillationi obnoxio humorem noxium: à pectore purulentam materiam: ab alijs partibus, ut epate & liene malè affectis alias ſuperfluitates excipit: ſed & ſeroſum excrementum non excernit, ob ueſicam obſtructam, unde regurgitans renes obſtruit.

Priuatiuè, cū conſuetū ſeroſum excremētū nō recipit, malè affectis ijs partibus unde recipere debuit, unde ſubſidet & obſtruitur.

In inflammatione uerò ren afficitur tum κατ' ἰδιοπάθειαν, *tum* κατὰ δευτεροπάθειαν. Κατ' ἰδιοπάθειαν, *cum humores ſanguinei renem inflammant per collectionem:* κατὰ δευτεροπάθειαν, *cum per influxum ex alijs partibus, ut epate, uenis, arterijs, ex quibus ren id quod non debebat accepit.*

SIGNA renis obſtructionis alia ſunt communia, alia propria.

Propria eadem ſunt quæ cauſarum, ut humoris uiſcidi, inflammationis, arenæ, calculi, grumi & cæterorum.

Communia ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt renum intemperies & facultas expultrix debilis. Effectus eſt grauitas renū & quod humor ſeroſus nō excernitur. Quod ſi perfecta ſit obſtructio, urinæ excretio prorſus intercipitur: cum perfecta non eſt, diminuitur.

Vtraq; ſimul ſunt iuuantia. Proſunt quæ ex obſtruēdi & detergendi uim habent: nocent his contraria.

SIGNA propria uiſcidi humoris in renibus cōtēti ſunt cauſæ, quæ prauos humores generant, aut ad renes detrudunt, ut uſus medicamentorū urinam prouocantiū: effectus, ut urina turbida: utraq; ſimul, ut quod iuuent cacochymiam euacuantia.

SIGNA flatuū ſunt cauſæ quæcunq; flatus generant, ut cibi & potus flatuoſi: effectus, ut urina ſpumoſa ac bullis referta, quæ cum impetu ac pudendorum diſtentione detruditur: utraq; ſimul, ut quod iuuant quæ flatum diſcutiunt, ſiue intus dentur, ſiue exterius admota ſint.

SIGNA inflammationis ſeu ulceris ſunt cauſæ, effectus & utrunque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; ſanguinē copioſum uel generāt, uel extra uenas & arterias extrudunt. In omni enim inflammatione ſanguis extra uenas & arterias reperitur, ibiq; putreſcit & tam acris euadit, ut abradat. Eſt autem ſanguis extra uaſa uel per diapedeſin, ſi tenuior ſit: uel per anaſtomoſin, dum idē copia premit uel magno impetu fertur, uel acrimonia uellicat: uel per diæreſin, dum continuū ſoluitur, à caſu, à uulnere, imprimis à calculo, ſiue contundente ob grauitatem, ſiue exaſperante ob inæqualitatem.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas, & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt ingens dolor in carnoſa parte ipſorum renum cum loci tenſione & grauitate, iſq; ſæuior cū ægrotās ſe quocunq; mouet, aut concutitur, aut rectus ſtare, aut proprijs pedibus incedere conatur. Decubitus ſupra latus offenſum facilior quàm ſupra ſanū. Ita enī nulla fit ſuſpenſio partis inflāmatæ. Quod ſi inflāmatio ad muſculos lumborū uergat, ſentitur potius grauis ſine pulſu, eò quod partes arterioſæ ab inflāmationis pondere non offenduntur. Sin arteriarum emulgentium fines et uaſorum ureterū initia una cū renū interna parte inflāmentur, pulſatio moleſta eſt in ea parte & dolor acutus, non grauis percipitur, imprimis dum æger ſupinus potius ꝙ pronus recumbit.

Mutata qualitas eſt aſſidua febris cū horrore inordinato & ardore in parte affecta: præſertī cū inflāmatio ad ſuppurationē uergit: ſæpè extrema et potiſſimū pedes frigent.

Mutatum excrementum eſt quod aluus plerunq; adſtricta eſt, urina uel omnino ſupprimitur, uel ſi qua ejus portio redditur, aquoſa tenuisq; admodum eſt ab initio, dum fit rubra, craſſa & mucoſa.

Vtraq;

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Prodeſt mediocris abſtinentia, ſeu uictus tenuis, nocet ſumma inedia, eò quod acrimoniam humorũ auget: ſed & nocent medicamenta diuretica, præſertim initio inflammationis, quod fluxum humorum ad renes augent, qui hoc tempore prohiberi debet.

SIGNA arenæ & calculi ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt uſus uini nigri, craſſi & dulcis: ſed & albi, potentis, tenuis & clari in notabili poſt cibũ aſſumtum quantitate, cibi & cruditates, renum meatus natura anguſtior, eorundẽ renũ caliditas ſiue intenſa, ſiue remiſſa (ab utraq; enim utrunq; oriri poteſt) humor craſſus & uiſcidus, unde calculus: humor craſſus non autem uiſcidus, unde arenula.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt dolor renũ quandoq; acerbiſſimus, ac more infixi aculei pungens, quãdoq; grauis. Ac pungens quidẽ in calculo dũ in paroxyſmo pulſus à carne per membranã in uentrẽ penetrat: uel in urinarios meatus: grauis extra paroxyſmum, cum quietus eſt, nec mouetur. Renes enim per ſe obtuſi & modici ſenſus ſunt, propter neruos quos exiguos ut jecur habent. Lenitur uerò dolor, cũ quis in ægram decumbit partẽ, aut cibo uacuus eſt: augetur contrà, cum in contrarium latus decumbit, aut cum ſumtus cibus eſt, isq; deſcendere ad inteſtina jam incipit.

Mutata qualitas eſt frequens ructus, febris ſuperueniens, exacerbatio: interdum de menſe in menſem, interdum de anno in annum reuertens.

Mutatum excrementum eſt, quod aluus aſtringitur eademq; fece uel flatibus premit renem & dolorem auget. Si ea ſoluitur, cum ſpiritu ſubbilioſum excrementum reddit. Vrina pro diuerſitate temporũ uaria eſt, alia ante paroxyſmum, alia in paroxyſmò. Ante paroxyſmum his qui calculo renum ſunt obnoxij, multo tempore urina ferè craſſa, ſubrubra, quæ alias ſedimentum habet rubrum, ſubuiſcoſum, arenoſum, alias turbida manet & ſi panno percoletur, in eo ſimilem propoſiti ſedimenti ſordem deponit. Initio paroxyſmi eadem uel ſupprimitur, uel fit tenuis, clara & ſine ſedimento, retenta ſubſtantia craſſiori ob canalis anguſtiam: dum poſtea ob calculorum attritionẽ & cõmotionem, quæ renes et ureteres lacerat, reddatur cruenta & ſanioſa: eadem uerò referta multis arenulis ut & humore craſſo copioſo, præſertĩ poſt grandioris alicujus calculi expulſionem, qui eorum retentionem antea pepererat. Sanguinis igitur excretio ſæpe renis calculum patefacit, qui neq; dolore, neq; alio ſignificabatur indicio, adeò ut ne ſubeſſe quidem putaretur.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia, proſunt incidẽtia et extenuantia craſſos humores, ipſoſq; adeò calculos cõminuentia, moderatè tamen adhibita, eaq; moderatè calefacientia, ne crudos ſuccos magis comburant: nocent cõtrà quæ craſſos ſuccos producunt, aut quæ facilè eoſdem detrudi prohibent.

SIGNA grumorũ ſunt, quod anteceſſit aliqua ſanguinis effuſio extra uenas, deinde ſubſecuta grauitas inſueta in renibus, & ſimul urinæ ſuppreſſio, uel ſaltem longè minor copia, quam & homo antea mingere ſolebat & copia potionis atq; humidorum eſculentorum aſſumtorum requirit.

Eadem eſt ratio puris, quod colligitur ex ſignis alicujus ulceris renum & urinis, in quibus pars aliqua puris excernitur.

SIGNA lumbricorum in renibus redundantiũ, certa uix ulla haberi poſſunt, priusq; excreti in conſpectum ueniant. Obſcuram autem notam præbet aſſiduus, isq; diuturnus renum dolor cum eroſione & uellicatione, cujus hiſtoriam raram & memorabilem Vidius libro 10. recitat.

SIGNA diſtinctiua renis alterutrius affecti & partium in renibus affectarum ſunt hæc. An alter ren, an uterq; affectus ſit, è cauſa & ſede doloris cognoſcetur. Dexter enim laborabit, ſi cauſa calculum pariens ad dextrũ latus uergit, & homo de dolore ejuſdem lateris magis queritur: ſed & crus κατ' ἴξιν è directo renis dextri ſtupeat: ſiniſter, ſi contrà. Vterq;, ſi cauſa & dolor utrunq; renem æquè affligit.

Carnoſa pars renũ affecta erit, ſi dolor ſit grauis: contrà membranoſa, ſi idẽ acrior & pungitiuus. Rurſus aut in uentre, aut in ipſa renũ carne. In uẽtre ſeu cauitate, ſi dolor ſit grauiſſimus in ſolo tranſitu per meatus urinarios: aliàs uerò non admodũ moleſtus. In ipſa renũ carne ſi idem affligat non ſolũ inter exeundum, ſed & ipſo curationis tẽpore.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Cum in ueſicam delabitur, dolor ceſſat. Et dolor uehemens in ilijs ad iſchion extenſus calculum ureteris adeſſe ſignificat.

SIGNA diſtinctiua arenæ & calculi renum & ueſicæ ſunt hæc.

Nephritis propriè renibus, lithiaſis ueſicæ conuenit. Senibus accidit lapis renum magis quàm ueſicæ, pueris contrà. Calculi geniti in renibus ferè minores & rubri ſunt, molliores, & minus aſperi, & magis friabiles: exeuntes è ueſica contra majores, duriores, aſperiores, ad colorem album uel fuſcum uergentes. Color enim mutatur pro materiæ uarietate & gradu caloris. Arena itaq; & calculus ortus ex ſola pituita craſſa & uiſcida, eſt ut tophorum in aquis ſponte calidis adnaſcentium, cinerei coloris. Ortus ex pituita craſſa, cui ſanguinis aliquid mixtum ſit, eſt mixtus ex pallido alboq;, aut ex rubro & albo, aut ex flauo & albo. Ortus ex ſanguine dominante, aut cui pituitæ minor portio miſceatur, rufus erit, qui ad atrius uel flauius uergit. In renibus uerò calculi potius rubri ſunt, id eſt, & flaui & rubri; ratione ſanguinis, & ob calorem loci & partis colorem. Sic lapides longi fiunt in ureteribus: rotundi in ueſica & renum cauitatibus: hiſpidi in locis anguſtioribus.

Reliqua ſigna diſtinctiua obſtructionis renum & ueſicæ ex ſequenti capite petantur. Diſtinctiua uerò nephritidis & colici doloris ſupra capite ſexto explicata ſunt.

SIGNA per ſe & per conſenſum affectorum renum ſunt magnitudo, numerus, tempus & juuantia.

Obſtructio enim ſi uehemens ſit, non ſuccedat alteri affectui, nec intermittat, proſint uerò ſoli reni applicata remedia, ren per ſe affectus erit. Contra ſi parua aut mediocris ſit obſtructio, ſuccedat alteri affectui, intermittat, nec proſunt reni admota remedia, idem per conſenſum affligetur.

SIGNA partium conſentientium, à quibus ren uel noxam accipit, uel eandem tranſmittit, ſunt cauſæ, effectus & lædentia, quæ ad partes pertinent: ac illas quidem primariò affectas: has uerò ſecundariò, cum nulla interim ſigna adſint, quæ per ſe & propriè has ægrotare patefaciant. Sic cerebri affecti ſignum eſt aſſidua deſtillatio: pectoris affecti ſuppuratio: uentriculi, nauſea & ſubuerſio: ueſicæ, ſuppreſſio urinæ, ſi uterq; ren affectus ſit: coxæ & crurum, ſtupor. Et ſic de alijs.

X. *ACVTORVM AFFECTVVM, quibus ueſica infeſtatur, ut obſtructionis & inflammationis principale ſubjectum ueſica eſt; eaq; uel tota, uel collum ejus tantum. Partes minus principales ſunt renes & quæcunq; renibus conſentiunt, ut caput, epar, uentriculus & reliqua, de quibus ſupra.*

Afficitur autem ueſica uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe afficitur collum in obſtructione, cum illi morbus cauſaúe morbi inhæret, ut intemperies ſicca, multitudo urinæ, humor uiſcidus, flatus, inflammatio, arena, paruus calculus, grumus ſanguinis, pus, caruncula. Obſtruunt enim collum omnes illæ cauſæ ferè, quæ & renes obſtruunt. Ex quibus multitudo urinæ obſtruit, eò quod totum corpus ueſicæ extendit, ideoq; & collum coarctat. Colligitur uerò copia urinæ potiſſimum, cum homines uel non poſſunt mingere, ut uerſantes in hominum frequentia: uel poſſunt quidem ſed contemplationibus ſe totos dedunt, adeò ut urinam non reddant. Eadem eſt ratio flatus copiæ, quæ & ipſa ueſicæ corpus extendit.

Per conſenſum afficitur poſitiuè uel priuatiuè.

Poſitiuè, cum à renibus & ureteribus accipit ſerum cum arenulis ſeu calculis commixtum, ſiue quapiam alia ratione malè affectum, ut calidius, acrius, mordacius, putridum.

Priuatiuè, cum non recipit uel à renibus & ureteribus ſerum quale & quantum oportet: uel à cerebro per propaginem nerui ſexti paris conſuetam uim ſentiendi proprias moleſtias, & præcipuè irritationem à multitudine ſiue ab acrimonia proficiſcentem, ut in lethargo & phrenitide: uel alimentum, quo nutritur ab epate & uenis.

In inflammatione uerò ueſica afficitur tum κατ᾽ ἰδιοπάθειαν, tum κατὰ δευτεροπάθειαν non aliter quàm ren, ut priori capite in inflammatione renum diximus, unde quæ huc pertinent, peti poſſunt, ut & ſigna utriusq; affectus & obſtructionis & inflammationis, quæ ferè eadem ſunt.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Obſtructionis enim notæ ſunt debilitas expultricis, urinæ ſuppreſſio, quæ plerunq; repente accedit & recedit, denuoq; reuertitur, prout obſtruentes cauſæ una cum urina, orificio ueſicæ occurrunt, excretio alicujus craſſi puris ſeu uiſcidi humoris, aut concreti prius, mox diſſoluti ſanguinis ſiue comminuti calculi, aut ſeparati carnis germinis, unde urina minus ſupprimitur, quàm ante cujuscunq; ejusmodi ſubſtantiæ excretionem fieri potuit: proſunt ex obſtruentia, ſanguinis concreti grumos diſſoluentia, humores craſſos incidentia, calculos comminuentia, callum abſorbentia.

Inflammationis uerò ueſicæ notæ ſunt caſus, percuſſio ſupra pubem aut perinæon, unde calidioris ſanguinis affluxio, totius corporis à materia ſanguinea uel bilioſa repletio, uel membri alicujus propinqui aut recti inteſtini, renum, matricis: calculus item per quem ſit dolor, à dolore autem humorum attractio, loci affecti ardor, dolor cum grauitate, ſitis, febricula, urinæ ſuppreſſio, juuant quæ ueſicam relaxant & auertunt humores, qui ad eam concurrunt: nocent his oppoſita. Paruus autem calculus promtius urinam retinet, eò quod in meatu urinario facilius quàm magnus figitur.

SIGNA calculi ueſicæ propria alia manifeſta ſunt, alia occulta.

Manifeſta ſunt duo, cerea candela uel ſyringa quæ immiſſa in collum ueſicæ & occurrens calculo grandiori cedit: & digiti longi oleo dulci illiti in anum immiſſio, quæ & calculum à ueſicæ collo repellit & duritiem illius percipit, ut docet Aegineta & C. Celſus. In quibusdam tamen catethere probari non potuit, quibus mortuis calculi inuenti ſunt: ut in celebri quodam VVormatienſi juriſconſulto ante paucos annos accidit: idq; tamen imprimis cum uel caruncula ingreſſum catheteris impedit, uel calculus ſummæ ueſicæ adhæreſcit & quaſi ex illa pendet.

Occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ferè ut in renibus tres, ſtrictura nimirum orificij, materia craſſior & caliditas ſiue remiſſa, ſiue intenſa. Calor enim materiæ craſſæ, quæ ab anguſtia orificij diutius detinetur, humidū reſoluit & indurat: ac remiſſus quidem longiori: intenſus breuiori tempore, de quibus alibi prolixius. Generatur uerò calculus in ueſica citra doloris ſenſum, ob ueſicæ capacitatem: in renibus cum dolore, ob anguſtiam.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt dolor. Vbi enim dolor, ibi morbus. Dolet itaq; in nephritide lumborum regio, in lithiaſi hypogaſtrium & imprimis in collo ueſicæ, in uirga & pectine: ardet ueſica, præputium & glans ob pruritum moleſtum fricatur. uirga tentigine erigitur: ſenſus punctionis propè anum dum quis ſedet. In pueris præter hæc adeſt proſtratio in terram, querula lamentatio, inuita mictio in lecto domientium, ualidi conatus ad mingendum cum ſtillicidio. In fæminis non item hæc omnia. Meatus enim earum amplior eſt, unde & plus quàm mares bibunt.

Mutata qualitas eſt induſium urinam ſemper redolens.

Mutatum excrementum eſt urina quæ in ueſicæ calculo perpetuò ſupprimitur in paroxyſmo ubi lapis in ueſicæ ceruicem inciderit, in renum calculo non item, cum duo ſint hi, ueſica unica. Eadem eſt alui ratio, quæ & ipſa cum urina ob uicinum calculum aſtringitur. Ante paroxyſmum urina quandoq; ſubrueneta, quandoq; alba & craſſa, in qua ſedimentum purulentum & narium mucori ſimile. Interdum exitus recti inteſtini ob conatum excernendi maximum: aliquando inuita dejectio & mictio. Quæ calculos renum ſequi non ſolent. Reliqua ſigna ſumta ex arenularum colore incertiora ſunt, de quibus præcedēti capite, unde peti poſſunt.

Vtraq; ſimul ſunt lædentia. Nocent cauſæ quæ calculos generant & generatos augent: juuant, quæ generari prohibent, aut calculos genitos comminuunt ſiue exturbant.

SIGNA carunculæ ueſicam obſtruentis ſimiliter alia manifeſta ſunt, alia occulta.

Manifeſta eſt immiſſio catheteris uel candelæ, alteriusue inſtrumenti, cujus tranſitum caruncula impedit.

Occulta

Occulta ſunt cauſæ, & mutati excrementi qualitas.

Cauſa eſt præcedens continui ſolutio, unde caro increſcit, urethram claudens urinamq; ſupprimens, fluxus ſabuloſus uel calculoſus, humor acris erodens, lues gallica, uulnus, catheter intromiſſus ab imperito artifice & imprimis gonorrhæa, ueſicæ collũ excorians.

Excrementi qualitas eſt urina tortuoſè micta et aliquandò bifurcata, longeq; tenuior ſolito ac guttatĩ effluens. Mentitur tamẽ carunculam interdũ orificij ueſicæ rugoſitas ejuſq; naturalis anguſtia, unde difficilior mictio, præſertim dum à multitudine urinæ contrahitur.

SIGNA per ſe & per conſenſum affectæ ueſicæ ſunt magnitudo, numerus, tempus & juuantia, ut in alijs partibus.

SIGNA partiũ conſentientium à quibus ueſica uel noxam accipit, uel eandem alijs tranſmittit, ſunt cauſæ, effectus et lædentia, ut in renibus. Sic neruorum affectorum nota eſt conuulſio, tremor, horror: cerebri affecti, delirium: inteſtini, alui aſtrictio: renum & ureterum, diſtentio: uentriculi, uomitus & ſingultus: cordis, febris: artuum, frigus: de quibus Aretæus.

XI. VTERI STRANGVLATVS ſubjectũ principale duplex eſt, ut nomẽ præſefert: uterus & membra ſpiritalia. Hyſterica enim paſſio eſt ſpirationis ob uterum peruerſum priuatio. Vterus uerò aut ipſe afficitur, aut partes illius, ut uaſa & ligamenta, quæ ad illum pertinent. Galenus enim uterũ moueri loco negat niſi cum procidit: uenas tantum tumere & ligamenta tendi abbreuariq; & inde uterũ ad latera uel ſurſum extendi putat: alij contrà, ut Plato & Fernelius, moueri affirmant, cujus rationem probabilem refutat Maſſaria lib. 4. cap. 6. Sunt autem duplicia uaſa uteri, alia intra, alia extra uterum. Intra uterum ſunt uenæ propriæ uteri. Extra uterum ſunt, quæ deferunt materias ad uterum, ſemen ſcilicet & ſanguinẽ menſtruũ. Præfocatio autem uteri fit, ob uenenũ frigidum generatum propter obſtructionẽ uaſorũ non uteri, ſed uaſorum ad uterũ pertingentium Vaſa enim ſanguine illo frigido repleta dum extenduntur, proxima uincula ſimul irrigant ac madefaciũt, unde uterus continuò retrahitur & peruertitur. Quod ſi extenſa uaſa & uincula æqualiter trahantur, tunc uteri tranſmutatio uerſus partes ſuperiores recta erit & in neutram partem inclinabit. Sin contrà, ad eam partem, quæ magis trahit, uterus extendetur. Membra ſpiritalia ſunt cor, pulmones & ſeptũ tranſuerſum, quod in præfocatione præcipuè afficitur, dum illud humor frigidus ab utero aſcendens refrigerat & à motu arcet, indeq; anhelitum corrumpit.

Partes affectæ minus principales ſunt, quæ præter organa ſpiritalia utero conſentiunt, ut nerui, uenæ, arteriæ, cerebrum, jecur, uentriculus.

Afficitur autem uterus uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe, cum noxam intra ſe continet, nec aliunde accipit, ut cum inflatur & intumeſcit: uel repletis ob retentionem ſeminis ſiue ſanguinis menſtrui uenis aut ligamentis, quæ ad ipſum pertinent: uel ijsdem etiam à nimio profluuio inanitis, reuellitur. Et ſic præfocatio inter morbos acutos refertur.

Per conſenſum, cum uitij expers noxam à partibus, quibus conſentit, accipit, uel cum culpa illarum uaſa, quibus ſuſpenditur, retrahuntur.

Noxam autem accipit à partibus, quibus conſentit, dupliciter: poſitiuè & priuatiuè.

Poſitiuè, cum recipit à cerebro deſtillationi obnoxio, nec non à uentriculo prauis ſuccis ſeu alimentis referto: ueluti & à multis alijs partibus, ut epate & liene, cum quibus per uenas conſentit, eos affectus, quibus illæ laborant.

Priuatiuè, cum non recipit ſiue ſanguinem ſiue ſemen, quæ recipere debet, idq; uitio earum partium quæ ei conſentiunt, ut teſtium ac uaſorum ſpermaticorum, jecoris, cordis, uenarum, arteriarum atq; habitus totius corporis. Vitium partium eſt, cum uaſa uteri retrahuntur à ſtomachi repletione, uel epatis lieniſue malè affectorum culpa.

SIGNA uteri affecti alia ſunt manifeſta, alia occulta.

Manifeſta ſunt, quæ uel ab ipſa ægrotante, uel obſtetrice aſſiſtente obſeruantur: uel à medico audiuntur. Illæ enim

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

enim uterum tangentes, cum retrahi, & ut putant, inſtar globi in uentriculum efferri, ceruicem uerò inclinatam percipiunt.

Occulta ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcũq; uenas uteri obſtruũt, & uterum refrigerant, ut aër frigidus, diuturna à coitu abſtinentia, pororum per quos uterus expurgari debet anguſtia, menſium ſuppreſsio, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa alia cõmunis eſt, alia propria.

Communis eſt, triſtis circa uterum ſenſus & retractio & peruerſio ipſius uteri.

Propria eſt uaria, ut & in cæteris morbis, pro diuerſitate naturæ mulierum, quæ afficiuntur, temporum anni, ſtatus cæli, regionũ, cauſarũ quæ præfocationem faciunt, ut ſanguinis uel ſeminis retenti atq; aptitudinis partium corporis, quibus uterus congruit, ſic tamen ut ſemper imbecilliores & propinquiores facilius infeſtari ſoleant.

Quædam igitur ſine ſenſu & motu jacent cum obſcuro paruoq; pulſu: interdum ſine ullo, ſed cum inſenſibili tranſpiratu.

Quædam ſentiunt quidem & mouentur, integraq; ſunt ratione, ſed animo deficiunt & difficulter reſpirant. Alijs deniq; cum his brachia & crura contrahuntur. Tot enim differentiæ ſeu gradus conſtitui ſolent.

Mutata qualitas eſt initio acceſsionis pallida facies: in declinatione rubor malarum: in augmento & ſtatu refrigeratio tũ uteri, tum totius corporis à uapore frigido: unde & hic affectus dictus eſt flatuoſa perfrigeratio & ſyncope frigida.

Mutatum excrementũ eſt ſaliuæ uomitus in acceſsione: humiditas quædam à locis muliebribus excurrens in remiſsione.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt in uera præfocatione naribus admota fœtida: nocent odorata. Contra proſunt inferioribus partibus admota odorata: nocent fœtida. In ſpuria uerò præfocatione, quæ ab immodico profluuio ſanguinis oritur, contra ſe res habet.

SIGNA diaphragmatis affecti duo ſunt præcipua: difficilis & quaſi abolitus anhelitus & uocis interceptio. Vapor enim uirulẽtus à uaſis uteri eleuatus ſeptumq; petens, idem inſtar ſcorpij inficit, ne moueri poſsit: efficitq; ſimul, ne materia ſufficiens uoci nẽpe aër mittatur, qui reſpiratione trahitur, et reijcitur expiratione, dilatato & compreſſo pectore. Quæ utraq; ſymptomata cum tam ſæua ſint: interdum hyſterica eſſe uel apoplectica, uel epileptica, uel lethargica, uel ſyncoptica, uel prorſus mortua uidetur: internoſci autem ſic debet. Apoplectica omnis ſumma cum difficultate ſpirat, atq; etiam, niſi ualdè leuis ſit apoplexia, ſtertit, reſolutas habet partes, ſenſum amittit: hyſterica uidetur priuari beneficio reſpirationis, tranſpiratio eſt illi loco reſpirationis, non ſtertit, non habet partes reſolutas, nec ſenſum amiſit quamuis obtuſum habeat. Nam ſi pili extrahantur, uel pungantur, ſentit, & manu adhibita circa collum ſe ſuffocari indicat.

EPILEPTICA ſpumat circa os, conuellitur, oculos uertit: hyſterica non ſpumat, non conuellitur, oculos non uertit niſi in tertio hujus paſsionis gradu, cum ſuffocatio in epilepſiam abit & quandoq; poſt acceſsionem in maniam uel melancholiam.

IN LETHARGO dolor capitis præcedit, ſequitur obliuio, comitatur febris cum pulſu undoſo, faciei color parum mutatur, affectus multis durat diebus: in ſuffocatione manet recordatio, febris non urget, pulſus non uel uix percipitur, color apparet cadaueroſus, affectus citius terminatur.

In ſyncope pulſus ceſſat, ſudor frigidus apparet, color pallidus admodum: in præfocatione uteri pulſus remanet, ſed exiguus eſt, rarus & languidus, uultus tumet ac rubet, niſi tam fortis ſit acceſsio ut mors ſit in propinquo. Eſt enim morbus acutus, eadem die interdum perimens.

An uerò hyſterica ſit mortua, id plerunq; practici ſic explorant. Lanam carptam, goſsipium, tenue linamentum, candelam accenſam, cyathum aquæ plenum admouent ori, naribus, pectori, abdomini. Quod ſi quodcunq; ex his quomodocunq;, uel etiam obſcuriſsimè moueatur, hyſtericam adhuc uiuere pronunciant: ſin minus, mortuam. Sic ſpeculum ori adhibitum ſi non inficiatur, ſimiliter defunctam eſſe dicunt. Dubium uerò uel potius fallax id indicium eſt. Nullum enim ex illis notis ablationem uitæ, ſed ablatam tantum reſpirationem oſtendit.

cum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cum qua tamen uita ſtare poteſt, quia permanet tranſpiratio, quæ pro uitæ ſuſtentatione ſufficere poteſt in hoc caſu. Calor nanq; exiguus, arteriarum cordisq; officio conſeruari poteſt in hyſtericis & per tranſpirationem ſatis euentari, ne prorſus extinguatur.

SIGNA per ſe & per conſenſum affecti uteri ſunt magnitudo, numerus, tempus & juuantia. Si enim præfocatio ſit uehemens, ſi nulli alteri affectui ſuperueniat, ſi non intermittat, & ſi proſint utero adhibita præſidia, uterum per ſe affici argumentum erit. Sin minus, per conſenſum.

SIGNA partium conſentientium ſunt ſymptomata illis adhærentia, ut cerebri, cũ quo uterus maximè conſentit, affecti nota eſt delirium: neruoſi generis & meningum, tremor & conuulſio: cordis, aſphyxia & deliquium animi: uentriculi, nauſea & uomitus: uenarum carotidũ ſopor, ſenſuum abolitio, capitis grauitas.

X. SATYRIASIS ſubjectum duplex eſt: aliud in uiris, aliud in fœminis. In uiris pars affecta eſt membrum genitale ejusq; partes, ut arteriæ, neruus fiſtuloſus, ligamenta, glãdulæ paraſtatum, teſtes.

In Satyriaſi enim orificia arteriarum immodicè patent, neruus cauernoſus & ligamenta inflantur, glandulæ interdum inflãmantur, teſtes aliquando pulſant & quaſi ſingultiunt, ſummum pudendum ſæpè ulceratur: totus coles intumeſcit & rigidus ſine intermiſsione extenditur.

In fœminis membrum patiens eſt os & collum matricis, quod pruritu quodã & flatibus infeſtatur. Id enim quamuis neget Aretæus, abſurdum tamen non eſt. Etſi enim fœminæ mentula & ſeroto careant, habent tamen his partibus analogam ceruicem & uterum: utq; uiris uirga & ſerotum: ſic fœminis ceruix & uterus tentigine affici ſolent. Nec tam familiaris uiris hic affectus quam fœminis eſt, ſed in uiris priapiſmus, in fœminis ſatyriaſis à quibusdam appellatur.

Partes affectæ minus principales ſunt, quæ peni & utero conſentiunt, ut caput, uẽtriculus, epar, renes, uaſa ſpermatica.

Afficitur autem tam penis quàm collum uteri uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe, cum utrumq; membrum uel ulceratur, uel intemperie frigidã laborat, unde calor debilis, cujus uitio craſſi ſucci redundant, & flatus crudus ſeu uapor craſſus, quo inflatur, gignitur: id uerò raro, præſertim in uiris euenire Galenus docuit.

Per conſenſum laborat idq; poſitiuè, cum aliunde aliquid excipit, quod affluere non debuit, ut uel calorem præter naturam ab inflammatis glandulis uel teſtibus, uel ſpiritum flatuoſum copioſiorem à patefactis arteriarum orificijs, qui in cauernis paulatim colligitur, deinde ſubinde augetur admodum, donec colem tendat & tumefaciat: id quod ſæpius accidit. Priuatiuè uerò in fœminis tantum affici uidetur, ijs nimirum, quibus uterus natura ualdè ſiccus eſt, unde laſſatæ uiris ſatiari non poſſunt. In uiris hæc ſiccitas & inanitas locum non habet: ſola plenitudo hanc neruorum diſtentionem efficere poteſt.

SIGNA membri genitalis in uiris ſimpliciter affecti ſunt duplicia, manifeſta & occulta.

Manifeſta ſunt ex relatione ægrotantis, qui de hac parte affecta queritur, ſed et ſi coles detegatur, uidetur.

Occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; uel craſſos ſuccos generant, uel quod ſæpius accidit lumbos calefaciunt & orificia uenarum & arteriarum, quæ ad colem tendunt, dilatant. Primi generis ſunt temperamentum frigidum, cibi frigidi & flatuoſi & ſimilia, unde melancholici, ut & elephantiaci priapiſmo ſæpè tentantur. Secundi generis ſunt decubitus ſuper lumbos, temperatio totius corporis calida & humida, alimenta boni ſucci & una ſimul flatuoſa, uel multum ſeminis generantia, ut ciceres, allia, oua, pultes, oſtrea, eruca, nuclei pini & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa Aretæo eſt penis erectio cum appetitu coëundi inexplebili. Is enim ſatyriaſis tantum meminit: priapiſmũ, qui fiat ſine Veneris deſiderio agnouiſſe non uidetur. Nunc plerisq; actio læſa tam ſatyriaſis quam priapiſmi eſt inuita penis arrectio ſine ullo præcedente ad libidinẽ impetu, idq; ueroſimilius. Nam etſi Veneris deſiderium, ut & frequens cogitatio

& aſpe-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& aſpectus rerum Venerearum, & diuturna membri genitalis incaſſum tractatio, hunc affectum excitare ſoleat: eo tamen tandem excitato ſtimulus libidinis perit: nec naturalis colis erectio ab inflatione morboſa, quæ priapiſmus eſt, aliter differt, quàm quod illa ſit præcedente imaginatione & cum comite uoluptate: hæc ſponte & citra libidinis ſtimulum: ſed & cum dolore quaſi tetanico. Quibusdam inuita penis extenſio eſt citra palpitationem in priapiſmo: cum palpitatione in ſatyriaſi. Sic enim illi hæc duo diſtinguunt: inter quæ Galenus nullam differentiam facit.

Mutata qualitas eſt, rubedo penis & faciei, odor hircorum in libidinem ruentium, uentris inflatio morte jam imminente.

Mutatum excrementum eſt ſpuma labris ut hircis inſidens, alui reſolutio, lotij poſt longam retentionem albi & craſſi effuſio.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt carminantia ſimul & refrigerantia: nocent, quæ lumbos, renes ac teſtes cum uaſis ſpermaticis excalefaciunt, ac ſimul ora uenarum aperiunt.

SIGNA membri genitalis in fœminis ſimpliciter affecti ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt tum eædem quæ in uiris, tum flatuoſa ſubſtantia menſium retentorũ.

Effectus eſt collum uteri rigidum ſine Veneris appetentia, non aliter quam dum Venerem appetunt, pruritus pudendorum, ita ut mulier aſſiduè locis manus admoueat, ſalſi humoris & mordacis effluxio. Quod ſi uterus ſit ſiccus, eum Valeſcus ex fiſſuris labiorum dignoſcere docet, ut ſupra quoq; monuimus.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt uictus tenuis, & quæ humorem uſtum, unde pruritus, educunt: nocent, uictus plenus & quæ uſtum humorem cumulant in primo genere. Proſunt contra Venus & uictus humidus: nocet abſtinentia & uictus tenuis in altero genere ſatyriaſis.

SIGNA penis affecti per ſe & per conſenſum hic, ut in morbis etiam quibusdam alijs, locum non habent, eò quod ſatyriaſis paſſio ſit ſemper idiopathica, quamuis orta ex pene primùm per conſenſum affecto.

Tam altè enim radices egit, ut ſympathicæ affectionis condiciones non admittat, deuteropathica uerò appellari poſſit.

SIGNA partium conſentientium affectarum ſunt ſymptomata illis inhærentia, ut capitis affecti nota grauitas eſt ad motum: uentriculi, auerſatio ciborum, epatis, ſitis: renum, lotium craſſum & ſic de alijs.

PARS

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

PARS AFFECTA MORBORVM DIVTVRNORVM LIBRO PRIMO.

I. DOLORIS CAPITIS. *Subjectum doloris capitis in genere eſt caput, membrum diuiniſſimum, ſed morbis maximè obnoxiū: idq; uel totum, uel pars aliqua. Eſt autem pars uaria, externa, interna, anterior, poſterior, dextra, ſiniſtra. Externa eſt extra caluariam: interna contrà. Ad partem tam internam quàm externam pertinent membranæ, nerui, uenæ, arteriæ & diploë, hoc eſt, duplicatura illa medulloſa oſſis caluariæ. Ad internam propriè meninges & cerebri ſubſtantia: ad externam cutis, muſculi, pericranium, ſpatium inter cutem & pericranium, frons, ſinciput, uertex, occipitium. Rurſus ex partibus dolet uel interna tantum, uel externa tantum, uel utraq; ſimul. Caput igitur hic accipitur non totum id, quod ſupra ceruicem eſt, ſed illa pars tantum, quæ capillis tegitur. Nam dolores oculorum, dentium & aurium, capitis dolores dici non ſolent. Imprimis uerò dolor capitis partium neruoſarum eſt, ut membranarum: & ratione earum alijs quoq; partibus tribuitur. Sic ſubſtantia cerebri membranis conjuncta doloris particeps dicitur Et ſinciput dolor frequentius prehendit non tam ob cranium ibi tenuiſſimum & fiſtuloſum, quàm ob panniculos ſuturis illic interſertos, & copiā tenuium uaſorum ibi ſparſorum, quam facilè percellit materia omnis ſeu uapor eò tanquam ad fumarium perueniens, unde & ferè ſemper illic ſudor incipit. Diploma uerò caluariæ affici in ſæuis capitis doloribus confirmat hiſtoria rara, quam recitat Fernelius de lue Venerea cap. 7. Euenire enim id malum ſolet illitis ab hydrargyro.*

In ſpecie ſubjectum cephalææ quibusdam eſt totum caput: cephalalgiæ pars anterior: hemicraniæ medium latus, ſiue dextrum, ſiue ſiniſtrum, ad ſinciput uſq;: monoplegiæ ſeu claui una tantum particula, ut meninx, aut alia, cui ad ſimilitudinem pali infixi dolor inhæret: doloris deniq; crinalis, prodromi arthritidis, cutis capillata, uel ſpatium inter cutem & extimam partem tunicæ pericranij, in quo dolor etiam radices pilorū ferit. Aretæo, ut pleriſq; alijs cephalæa & cephalalgia non ſubjecto, ſed duratione doloris differunt.

Afficitur autem caput uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe, cum illi morbus, cauſaue morbi immediatè inſidet, id quod fit dum materia uel uapor in capite gignitur ob frigidam humidamue illius naturam. Eam enim ob cauſam plurima excrementa colligit, quæ ſi increſcant aut à facultate expultrice non extrudantur debito tempore, caput doloribus perturbant.

Per conſenſum, cum à parte quadam corporis læſa coafficitur, idq; bifariam: poſitiuè & priuatiuè.

Poſitiuè, cum uel attrahit, uel ſuſcipit humorem uaporemue ſiue à toto corpore, ut in febre & criſi, ſiue ab affectu unius partis, ut uentriculi & uteri per neruos: epatis per uenam cauam: lienis per arteriam magnam: cordis per arterias: pulmonis & ſepti tranſuerſi, quòd hæ partes illi ſubjectæ ſunt, uel per neruos quoq;: harum deniq; & reliquarum partium tum ſola connexione, & quaſi contagione, tum per arteriam & ſtomachū, quæ ſunt corporis ueluti majora fumaria.

Partes uerò certæ capitis à ſe inuicem per conſenſum affici ſolent: ac externæ quidem, cum uapor uel humor à cerebro, ejuſq; membranis tanquam redundans, uitioſusq; foràs pellitur: internæ uerò cum ab externis ad cerebrum materia morbifica detruditur.

Priuatiuè, cum non affluit quod affluere debuit, ut alimentum humorue conueniens in fame, exercitio, Venere immodica, animi perturbatione.

Afficitur igitur caput in cephalæa et monoplegia per ſe tantum: in cephalalgia & heterocrania per conſenſum maxima ex parte. Id tamen negari non poteſt in cephalæa & monoplegia ſimul per ſe & per conſenſum affici. Nam ex longo dolore ſolet debilitari, ut excrementa partium aliarum facilè recipiat, cumq; ſpiritus diuturno affectu reſoluatur, temperies & uirtus digeſtiua

alteratur

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

alteratur, indeq́ cerebrum plurima excrementa generat. Cephalalgia autē & heterocrania, niſi in cephalæam abeat, cum à ſola intemperie, aut nunquam fiat, aut non diu duret, in ea caput per ſe affectum eſſe non dicemus.

SIGNA capitis ſimpliciter affecti, alia ſunt manifeſta, alia occulta.

Manifeſta ſunt ex ægri relatione, qui ſe ex capite toto, uel dimidio, uel particula quadam laborare conqueritur, niſi mens ægrotet.

Occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq́ uel alterant caput, uel continuitatem ejus ſoluunt, uel utrunq́ faciunt, ut percuſſio, aër calidus, crocus, dactyli, oliuæ nigræ, grana ſauinæ, myrrha, humores, uapores, uermes, & alia, de quibus alibi.

Cephalææ autem in ſpecie, quæ materiam terreſtrem & uiſcidam cumulant.

Effectus eſt dolor, qui cum plures ejus ſint ſpecies, potiſſimum grauans eſt, quem Aretæus cum Hippocrate καρυβαρίω nominat. Sunt uerò pro ratione partium affectarum & alij, ijq́ tum ſimplices, tū compoſiti. Simplices, ut præter grauem, tendens, pungens, ulcerans, pulſans. Compoſiti, ut grauans & tendens ſimul, aut tendens, grauans & pulſans, ut inflammatorius. In ſpecie cephalææ nota eſt, quod ægri non poſſunt ferre ſplendorem ſiue Solis, ſiue ignis: læduntur clamoribus, alloquijs, ſermonibus.

Vtraq́ ſimul ſunt, quòd ægrotans dolore capitis aliâs laborare conſueuit ob imbecillitatem, uel acrem ſenſum, uel laxitatem, uel malam figuram capitis.

SIGNA diſtinctiua partiū ſunt hæc.

Externarum et internarum partium affectarum ſigna alia manifeſta ſunt, alia occulta,

Manifeſta ſunt ex relatione ægrotantis, qui uel extrinſecus, uel intrinſecus in profundo capitis ſe affligi indicat.

Occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ doloris externarum partium ſunt externæ ut plurimum. Sic pericranium à frigore frequentius ob ſimilitudinem: citius ab æſtu, ſordibus, multis capitis integumentis, ut in mulieribus & ſimilibus. Contrà cauſæ doloris internarum partium internæ ſunt flatus, aut humor flatulentus & pituitoſus, & alia.

Effectus eſt dolor, isq́ uarius.

In pericranio & meningibus pungens, in membranis oſſium profundus & frangens: in medulla cerebri obtuſus cum delirio & propenſione ad ſomnum: in uenis ex plenitudine, dolor compreſſu quodam grauidus: in uenis & arterijs internis, pulſus temporum & ſæpè comes febris ephemera: in arterijs ſpirituum plenis quæ membranas concutiunt, dolor pulſans & tontundens, ut ille recurrens ſtatis horis quotidie, cujus Aretæus meminit. In neruis tendens, trahens, conuellens, quiq́ parti cui inſeritur, communicatur, ut ſi laboret neruus quintæ conjugationis, aurium ſenſus afficitur. In carne muſculoſa & neruoſa, laxans, diuellens, lacerãs.

In genere uerò partium affectarum intra cranium nota dolor eſt obtuſus, quiq́ ad radices & cauitatem oculorum penetrat, eò quod neruus opticus à tunicis cerebri ſuas accipit. Contra externarum, dolor manifeſeſtus, quemq́ palpebræ tantum ſentiunt. Signum tamen hoc interdum fallit. Nam non tantum interni ſed & externi dolores ad radices oculorum ſubinde pertingunt, quod pericranium oculorum cauum (cui inſident) ſuccingit. Verum dolorem illum non tam punctilem eſſe probabile eſt, quàm ſi à meninge exiſteret.

Vtraq́ ſimul ſunt juuantia. Si dolor externus ſit, dura frictione capitis percipitur: ſin internus, per contactum non exacerbatur.

SIGNA diſtinctiua totius corporis & partium certo ſitu determinatarum affectarum ſunt hæc.

Si dolor cum febre permanente ſæuiat, totum caput laborabit. Si abſq́ febre, uel totum affectum erit, uel pars ſiue dextra, ſiue ſiniſtra.

Si ſit à bile, dextrum latus exercet: ſin à melancholia, ſiniſtrum. Veſicula enim fellis, unde bilis, dextram partem: lien, unde melancholicus humor, ſiniſtrum occupat. Signum tamen hoc controuerſum eſt, cum & uena caua & arteria magna à jugulo in utrumq́ latus uenas traducant, ut nulla reſtet alia ratio quàm rectitudo, quæ uix locum habet in ijs, quæ per uias communes

Nn trans-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

transferuntur: præſertim cum epar & lien humores ad caput tranſmittant, non per ſe, ſed tranſmiſſos prius ad uentriculum.

Quod ſi ſit à uentriculo & inteſtinis, partem anteriorem: ſi à renibus uel ab utero, uerticem, occiput & oſſa temporalia infeſtat, uel illic incipit, propter conſenſum uteri cum cerebro per ſpinalem medullam, cui robuſtis uinculis connectitur.

SIGNA capitis per ſe & per conſenſum affecti ſunt magnitudo, numerus, tempus et juuantia. Dolor enim ſi uehemens ſit, ſi uel nulla alia pars affecta ſit, uel aliqua cui caput non facilè conſentit: ſi juuent ſoli capiti applicata remedia, per ſe caput laborabit. Per conſenſum, ſi dolor ſit paruus uel mediocris, ſi pars aliqua in corpore ante hunc dolorē aliquid paſſa ſit, patiaturùe, etiamnū & quidem grauius quàm caput, ſi creſcat decreſcatq́ꝫ, prout pars communicans magis vel minus turbatur, niſi dolor jam factus ſit in capite per eſſentiam. Si parum aut nihil proſint capiti admota præſidia, quæ parti conſentienti proſunt aut obſunt.

Quod ad tempus attinet, hoc ſignum incertum eſt. Dolor enim intermittens eſt & per ſe & per conſenſum affecto capite. Per ſe, ſi nimirum per interualla materia generetur in capite. Per conſenſum, ſi materia extra caput genita in caput ſemper euaporet. Hoc igitur in caſu cæterorū ſignorum adminiculo uti oportet.

SIGNA partium conſentientium à quibus caput noxā accipit ſunt ſymptomata illarū, ut totius corporis affecti nota febris eſt, & plenitudo & perturbatio ut in criſi: uētriculi, nauſea, ructus, dolor: epatis, grauitas in dextro hypochondrio: lienis, grauitas in ſiniſtro: inteſtinorum, contorſio & agitatio: cordis & arteriarum, pulſus auctus priusq́ dolor capitis incipiat: pulmonis, difficilis anhelitus: uteri, menſium retentio, & ſic de alijs.

Heterocrania igitur rarò per eſſentiam eſt, nec continua ſed interpolata, cum à temporum pulſatione oriri ſoleat contagione ſubditarum partium, & quandoq́ꝫ periodos habet, de quibus Aretæus.

II. VERTIGINIS ſimplicis pars affecta principalis in genere cerebrum eſt & ſpiritus animalis. In ſpecie ſinus cerebri anterior principaliter, & poſterior minus principaliter. Tenebroſæ autem uertiginis ſubjectum eſt triplex: cerebrum, ſpiritus animalis & oculi. Cerebrum enim in omni uertigine retentricem habet debilem: ut ſi quid præter naturam contingat, non poſſit ſeruare ſpiritum, quo minus in gyrum moueatur. Spiritus animalis niſi indebito peruerſoq́ꝫ motu feratur, uertigo non oritur. Oculi in vertigine tenebricoſa affecti ſunt, eò quod in hac præter rotationem repentinæ tenebræ oculis offunduntur: unde & σκότωμα & ἴλιγγος uocatur ab ἴλλος, quod eſt oculus apud Iones, autore Polluce, vel ἰλλαίνειν, quod Hippocrati eſt oculos peruerti. Ventriculi deniq́ꝫ cerebri in ſpecie affici dicuntur, eò quod repleti peregrina materia, nempe ſpiritu debitum ſitum non ſeruante. Prior autem pars cerebri, ſeu antici illius ſinus læduntur principaliter, quia læditur primariò imaginatio: poſterior pars cerebri, ſeu poſterior illius uentriculus minus principaliter, quia aboletur motus & ſenſus ſecundariò. Spiritus enim animalis in anticis uentriculis primum rotatus imaginationem deprauat: tandem uerò ad poſteriorem delapſus lædit ſenſum & motum: in ſpecie non diſtributus in oculos viſionem abolet. Rurſus idem ſi agitetur ſolum in cerebro, imaginantur uertiginoſi, caput circumduci: ſi ſecundum oculos, exteriora circumagi putant.

Partes minus principales ſunt, quæcunq́ꝫ cerebro conſentiunt, ut totum corpus, imprimis tibiæ.

Afficitur autem cerebrum vel per ſe, vel per conſenſum.

Per ſe, cum morbo laborat proprio, ob quem vel ſpiritus craſſus aut flatuoſus, aut ſolus ſpiritus cum multo vapore mixtus gignitur, qui vel quod feruet, vel quod ob ſinus cerebri ſemiebſtructos retinetur, circumagitur.

Per conſenſum afficitur, cum idem ſpiritus uel uapor ſiue feruidus, ſiue à mala conformatione, ut ſemi anguſtia cerebri retentus, non ut indigena, ſed ut aduena aliunde ſurſum transfertur, ut vel à toto corpore, vel à parte aliqua inferna, ut à uentriculo, epate, liene, pulmone,

utero,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

utero, totoq; hypochondrio inquinato, & meſenterio, nec non teſtibus & uaſis ſpermaticis. Surſum enim modo per uiam criſis, modo ſine criſi, ſiue per uaſa, ſiue per alios ductus aſcendens reflectitur à cranio, atq; illic uertiginem, ueluti uentus in angiportu turbinem excitat: vel potius more flammæ & fumi in furno coërciti. Caput enim inſtar furni rotundum eſt, unde & uentriculorum cerebri cameratio, quæ ψαλλοειδὲς corpus dicitur.

SIGNA cerebri per ſe affecti in vertigine ſunt duplicia: manifeſta & occulta.

Manifeſta ſunt ex relatione patientis, qui non tantum omnia circumagi ſibi uideri, ſed & viſum accidere, auferri vel deprauari refert.

Occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; turbulentos ſpiritus procreare, vel procreatos commouere poſſunt, ut intemperies cerebri, imprimis pituitoſa & melancholica, humores craſsi & flatuoſi, aſpectus rerum profundarum & in gyrum rotatarum, motus in gyrum, balneum poſt repletionem, ſemianguſtia meatuum cerebri, & ſimilia, de quibus alibi.

Effectus eſt læſio functionum cerebri, ut imaginationis, ſenſus & motus. Vertiginoſis enim videtur caput proprium circumduci, vel exteriora, viſio ſimiliter deprauatur, vel etiam diminuitur, ut cum quaſi per nebulam vident, vel aufertur prorſus: ſed & concidunt, vel lapſuri videntur, niſi alicui adhæreant. Ratiocinatio verò ſalua eſt, eò quod falſam eſſe ſuam & viſionem & imaginationem agnoſcunt. Adeſt præterea, ait Aretæus, grauitas capitis, & ſuimet æger propinquorumq; ignarus eſt.

Vtraq; ſimul ſunt, quod vertiginoſus hoc morbo ſæpius laborare conſueuit, & proſunt, quæ vertiginem tollunt: nocent, quæ eandem procreant. Quod ſi hic affectus ſit in vijs ſpiritus viſiui, erit ſine caſu in terram: ſin in vijs ſpiritus motiui, erit cum lapſu.

SIGNA diſtinctiua uertiginis, cephalææ, epilepſiæ, apoplexiæ & hypochymatis ſunt hæc.

Cephalæa ſemper cum dolore eſt, cui interdum quædam confuſio & obtenebratio oculorum jungitur: vertigo ſine dolore eſt.

EPILEPSIA ab humore acri & maligno oritur: conuulſionem & caſum in terram adfert. Vertigo ab humore aut vapore craſſo, turbido & caliginoſo oritur, & fit ſine ſtrepitu, clamore, conuulſione, perfecta priuatione ſenſus & motus.

APOPLEXIA ex toto ſenſum & motum adimit, quod nec in epilepſia, nec in vertigine contingit.

Hypochyma cauſam habet in oculo, nempe aquam vel fumum: vertigo in cerebro: alioqui in utroq; obtenebratio & fumi, nubes, muſcæ volitare creduntur. Tanta igitur cum ſit horum morborum cognatio, vertigo multorum morborum præludium eſſe ſolet: ut melancholiæ, epilepſiæ, apoplexiæ, aliorumq;: adeò ut uertiginem quidam paruam epilepſiam appellare ſoleant: nec rarò prædictos morbos vel præcedere, vel comitari ſolet.

SIGNA cerebri per ſe & per conſenſum affecti in uertigine ſunt magnitudo, numerus, tempus, & juuantia. Nam ſi ſit vehemens hic affectus, ſi præcurrit ualidus capitis dolor & grauitas, aurium ſonitus, & aliquis ſenſuum, ut olfactus & guſtus ſenſim violatur: & leui ex cauſa malum recurrit, nec ullum in parte inferiore vitium præceſsit, & juuant capiti appoſita remedia, cerebrum per ſe affectum erit. Per conſenſum, ſi contrà.

SIGNA partium conſentientium, à quibus vertigo oritur ſunt hæc.

A toto corpore impuro exiſtit, vel febre implicito, vel febris experte. In febre enim aſcendit vel ſpiritus, vel vaporoſus & calidus, ut in tertiana: vel halitus frigidus, ut in pituitoſa. Extra febrem autem, idem vapor emergit in bilioſo corporis habitu ex ubertate feruidi & ſpirituoſi ſanguinis, quod fit ex recurſu hæmorrhoidum & menſium: idq; utrunq; per uenas jugulares & carotidas. Coctionis tempore & cum à ſomno ſurgunt ſcotomatici uehementius vertuntur: tenuis urina eſt, pauca, aluus dura, color humori redundanti ſimilis. Eadem eſt ratio criſis natura conante ſecernere humores per criſin, & uapores ad cerebrum transferente.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

A reliquis partibus oriri, propria illarum ſymptomata oſtendunt, ut à uentriculo vel malè concoquente ſiue pituita, corruptisue cibis referto exiſtere, denotant ructus acidi, & diæta quæ præceſſit: vel eodem alijs prauis ſuccis referto, imprimis bile, demonſtrant morſus, nauſea, oris amaror, poſt inediam, dum calore alimenti inopia humores noxios exagitat, acres incidit & calefacit.

Ab epate, & liene, grauitas utriusq; & ſic de alijs. Si à meſenterio oriatur vertigo, collum dolere affirmat Arculanus. Quod ſi irrepat uapor per arterias & uenas quæ foris ſunt, ſentitur ipſarum tenſio, pulſio & tumor major ſolito. Si per internas, intus ſentitur tenſio & pulſio. Si per neruos, dolet collum totum.

III. EPILEPSIAE ſubjectum hic explicari neceſſe non eſt, cum ſupra id jam factum ſit inter morbos acutos, ad quos ratione acceſſionis ſæpe lethalis epilepſia etiam recenſetur.

IV. & V. MELANCHOLIAE & MANIAE pars affecta non eſt alia, quàm vel vertiginis, vel epilepſiæ. Differunt ſaltem proprijs quibusdam ſymptomatis. Cerebri enim ſubſtantia laborat affectione caliginoſa in melancholia: ignea in mania: circulari in uertigine. Timent igitur præter juſtam cauſam melancholici: furiunt maniaci: imaginantur objecta circumagi uertiginoſi. Nec rarò accidit, ut hæc duo conjungantur, melancholia nimirum & uera mania, cujus exemplum Hipp. 3. Epid. de uxore Dealcis recitat, quam ſcribit toto ferè morbo modo fuiſſe taciturnam, modò nimium loquacem & inſanientem. Etenim cum ſolus ſanguis feculentus, qui neq; comburatur, neq; putreſcat, in uaſis & uiſceribus redundat, apparet taciturnitas, ſuſpiria, lachrymæ, ſtupiditas: idem uerò ubi crematur aut pluſculum caleſit, aut putreſcit, uapores acres & fœdos in cor atq; cerebrum partim raptos, partim pulſos effundit, qui uiſcera ueluti expungentes & grauiter percellentes tetram inſanam pariunt. Hinc Aretæo melancholia maniæ initium eſt & pars quædam, ut ſupra explicatum habetur in nominibus.

Nec illud prætermittendum, quod ait idem Aretæus, bile in uertigine rejecta per uomitum, furorem: atra, melancholiam: pituitâ exeunte morbum comitialem effici. Alij ex alijs ſignis id colligunt.

Nam ſi quæ, ajunt, oculis obuerſantur, ſpectra ſunt rubentia & ſanguinolentiora, denunciant maniam, in qua non modo phantaſia, ſed & ratio læſa eſt: ſin rubore ſaturata, ſeu purpurea, comitialem.

Afficitur autem cerebrum vel per ſe, vel per conſenſum.

Per ſe afficitur, cum melancholicus ſuccus in cerebro genitus, ipſum duntaxat cerebrum occupat, & melancholia vera dicitur.

Per conſenſum, cum idem aliunde in cerebrum affluit, vel à toto corpore, vel à partibus: cum ab hypochondrijs, flatuoſa & hypochondriaca dici ſolet: cum à toto corpore, melancholicus affectus: cum ab utero, uterina melancholia à quibusdam appellatur. Tot enim ſunt partes principales, à quibus affectis cerebrum in melancholia affici ſolet.

Melancholici igitur affectus ſubjectum totum corpus eſt: melancholiæ hypochondriacæ, uentriculus, epar, lien & uenæ meſaraicæ: melancholiæ uterinæ, uterus.

Partes affectæ per conſenſum in his tribus ſpeciebus ſunt cerebrum, inteſtina, oculi, aures, nerui, muſculi.

SIGNA per ſe affecti cerebri eſt continua mæſtitia cum perpetuo periculi cujusdam imminentis timore.

SIGNA per ſe affecti totius corporis, cerebri verò per conſenſum eſt mæror intermittens & alacritas quædam principum facultatum & ſenſuum omnium, ſummaq; in agendis rebus prudentia ſine delirio.

SIGNA melancholiæ hypochondriacæ ſunt ventriculi, lienis, epatis & uenarum meſaraicarum propria ſymptomata, ut uentriculi affecti ſigna ſunt tarda cibi ingeſti digeſtio, inappetentia, cruditas, ructus, flatus, affectus cardiacus, inflatio, & hæc interdum omnia, aliquando quædam tantum.

Epatis affecti ſigna ſunt uapores nimium exhalantes ex ſecunda coctione, & urinæ ſubſtantia, & color & contenta præter naturam.

Lienis

Lienis affecti ſigna ſunt grauitas ſiniſtri hypochondrij, punctiones & exhalationes.

Venarum meſaraicarũ affectarum ſigna ſunt abdominis tenſio, dolor, decubitus in eã partem, quæ affecta eſt, melior & facilior.

SIGNA affecti cerebri per conſenſum ſunt procliuitas in ſomnum, memoriæ debilitas, facilis repletio ex potione meri licet minus larga, catarrhi.

SIGNVM affectorum inteſtinorum eſt, alui adſtrictio. Oculorum, ſcotomia & quaſi muſcarum paruularum obuolitantium offuſio.

Aures affectas eſſe, ſuſurrus earum indicat: ut neruos & muſculos, locutionis interdum impeditio, & membrorum externorum laſſitudo.

SIGNA melancholiæ uterinæ ſunt menſes vel ſuppreſſi, vel diminutè fluentes: & quæcunq; cauſæ melancholicum humorem in venis uteri cumulant.

Quibusdam etiam moleſta rei grauis veluti infixi pali cujusdã in gula perceptio.

VII. PARALYSEOS ſubjectum duplex eſt: primarium & ſecundarium.

Primarium eſt cerebrum, ſpinalis medulla, neruus & muſculus. Ex quibus modò cerebrum, modo ſpinalis medulla, modo neruus aut muſculus laborat.

Secundarium ſunt partes eæ, quarum nerui & muſculi læduntur. Affectum autem in paralyſi non ut in apoplexia totum cerebrum eſt, ſed ejus pars tantum, vel prior, vel poſterior, vel media, vel meninges.

Spinalis medulla ſimiliter vel tota, vel pars tantum, ut proceſſus illius ſuperior in prioribus: vel inferior in poſterioribus vertebris.

Neruus quaſi riuus eſt, per quem ſpiritus tanquam aqua, ex cerebro & ſpinali medulla ſuo fonte ſenſum & motum ad omnes partes diffundit: ideoq; cauſa conjuncta in omni paralyſi illi inhæret neceſſariò. Hinc paralyſis, neruorum reſolutio appellari ſolet. Sunt autem ſeptem neruorum paria à cerebro: à ſpinali medulla triginta paria, ſecundum communem opinionem. Recentiores enim priores neruos ab initio ſpinalis medullæ deducunt. Illa paria motibus partium capitis, ut inſtrumentorum viſus & vocis: inteſtinorum item & uiſcerum ſeruiunt: hæc ſenſui tactus omnibus communi, & motibus partium ſub capite & artuum. Rurſus neruorum alij ſunt majores, alij minores, ut capillares, qui per cutem ſparguntur.

Muſculus, cum & ipſe motus organum ſit, in paralyſi pars affecta eſt: patitur autem per neruum, & afficitur in ſua parte neruoſa non carnoſa.

Quidam igitur paralyſin definiunt eſſe motum ablatum muſculi.

Partes reſolutæ non ſunt corpus uniuerſum (ſic enim apoplexia eſſet) ſed uel uniuerſum latus dextrum aut ſiniſtrum ad pedes uſq; protenſum, cum vel ſine facie dextra vel ſiniſtra: vel quædam tantum particula, ut oculus, lingua, larynx, tonſilla, iſthmus: eaq; vel tota vel dimidia, ut naris uſq; ad medium, lingua media, una tonſilla & iſthmus, ipſaq; gula dimidia, ut refert Aretæus. Neq; enim ulla pars corporis eſt, ſiue externa, ſiue interna particeps motus & ſenſus, quæ paralyſi obnoxia non ſit. Sic Herophilus eos qui ſubitò moriuntur, ex cordis paralyſi perire dixit. Et quidam præceptorum Ioh. Heurnij ſiniſtri renis reſolutionem vidit. Hæc particularis paralyſis appellatur, & à parte, cui inhæret nomen obtinet, ut linguæ, œſophagi, veſicæ, penis, oculi, cubiti manus, cruris, pedis. Vniuerſalis contrà, quæ certarum partium eſt, paralyſis in genere, & ſemiapoplexia appellatur.

Quod autem quidam etiam hanc ad uniuerſum corpus pertinere ajunt, id & rarum eſt, & citra offenſionem facultatum principum contingere neceſſe eſt.

Afficitur autem pars quæcunq; vel per ſe, vel per conſenſum.

Per ſe, cum illi morbus, cauſaue morbi inſidet, præſertim ſpinæ, neruo, muſculo & parti reſolutæ. Morbi enim cerebri per ſe affecti ferè apoplexiæ autores ſunt. Pars autem alia quæcunq; vel refrigerata, vel obſtructa, vel vulnerata facultatem motricem non recipit: ſed & intemperies prauos ſuccos colligit, indeq; implet poros neruorũ, quibus obſtructis ſpiritus aditu exituue in partes ſubjectas prohibetur, uel prorſus euaneſcit.

Per conſenſum, cum medulla cerebri, neruus & muſculus vitij expers aliunde coafficitur, idq; poſitiuè & priuatiuè.

Poſitiuè, cum aliquid ad neruum muſculumue affluit, quod affluere non debuit, ut

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

humor aliquis, vel ſpiritus ſiue vitalis, ſiue animalis, isq́ vel nimis craſſus, vel mala qualitate manifeſta occultaúe affectus, vel nimis paucus, ideoq́ præſtando ſenſui & motui ineptus. Rurſus humor affluit vel à toto corpore, vel à peculiari aliqua parte. A toto corpore, cum inclinantibus febribus materia morbifica in neruos transfertur. A peculiari aliqua parte, cum fortis naturæ contentio per viam criſis materiam morbificam in neruos tranſmittit, uel à cerebro in catarrho, apoplexia, epilepſia & lethargo: vel à pleura in pleuritide: vel ab inteſtinis, in colica. Humor autem affluens paralyſim fecit, eò quod neruos molliores redditos extendit & relaxat, ſicuti & tendones.

Priuatiuè, cum muſculus motui deſtinatus priuatur vi animali, quia facultas à cerebro in muſculos fluens, vel impeditur, vel deficit.

Impeditur ab anguſtia meatuum ſiue nerui, ſiue ſpinæ medullæ, eaq́ vel coaleſcentia, vel ſubſidentia, vel compreſſione, vel conſtipatione, vel obſtructione. A coalitu, dum cõtinuum nerui ſolutum conſolidatur calloſumq́ factum eſt. A ſubſidentia, cum neruus vel coarctatur, vel corrugatur, quod tamen rarò accidit. A compreſſione, cum neruus comprimitur laqueo, vel concuſſione, vel lapſu, vel manibus conſtringitur, vel coarctatur à vertebra aliqua repentè luxata, ſecundum obliquum) Nam ſecundum rectitudinem facta luxatio non facit paralyſin) ſitq́ vertebra ceruicis, ubi neruus prodit è loco medio inter vertebram ſuperiorem & inferiorem. Luxata enim vertebra lumborum non facit paralyſin, eò quod totus neruus in lumbis à vertebra ſuperiori prodit. A conſtipatione, cum pars aliqua phlegmone tumoreúe alio obſidetur. Corruptus enim ſanguis vaſa opplens cunctas ſpirituum vias cohibet. Hæc verò anguſtia compoſita eſt è compreſſione & conſtipatione. Nam tumoris materia ut penetrat, habet uim conſtipandi: ut comprimit, habet uim comprimendi. Ab obſtructione, ubi nerui repleti ſunt ab humore craſſo, ideoq́ craſſiores redditi facultatem non recipiunt, neq́ tranſmittunt.

Deficit vel neruo abſciſſo, vel inciſa ſpina, vel cum ſpiritus animalis aliò abducitur. Vis enim motrix ſecundum naturæ leges per neruos continuos influit, quam continuitatem abſciſſio vel inciſio tollit. Cum uerò v. g. dexter muſculus temporũ inflãmatur, eò ſe vertit tota facultatis vis, indeq́ ſiniſter muſculus reſoluitur. Similiter in capitis uulneribus calamitoſis aduerſa pars laxatur.

SIGNA partis ſimpliciter reſolutæ, alia ſunt manifeſta, alia occulta.

Manifeſta ſunt ex auditu & viſu. Aegrotans enim ait ſe non exactè percipere ſenſilia in proprio quæq́ ſenſorio: nec liberè moueri poſſe, vel totum corpus, vel certam partem. Quòd ſi ab altero attollatur, mox pondere ſuo cadit.

Occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq́ neruos vel immodicè humectant & refrigerant, vel impediunt, ne virtus ad neruos perferatur, ut corpus frigidum & humidum, uapor argenti viui, Lunæ radius, obſtructio, & alia, de quibus Aretæus.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt paralyſeos vel exquiſitæ, vel imperfectæ, vel imperfectiſſimæ.

Exquiſita eſt, motus & ſenſus priuatio: imperfecta, in qua perit motus illæſo ſenſu: imperfectiſſima, ἀναισθησία Aretæo, in qua perit ſenſus illæſo motu. Aboletur autem in paralyſi motus non naturalis, ſed voluntarius. Nam motus animalis editur & perficitur abſq́ muſculis & neruis, ſine quorum læſione paralyſis fieri non poteſt. Rurſus aufertur motus & ſenſus ſimul, cum nerui, qui motum & ſenſum præſtant, ſimul laborant, ut ſi oculi neruus opticus, qui viſui deſtinatus eſt, & neruus ſecundæ conjugationis, qui motui ſeruit, obſtruatur, oculus & ſenſu & motu priuabitur: quod in caro & apoplexia communi læſo neruorum principio contingit. Perit motus illæſo ſenſu, ſi neruus motum præſtans laboret: non laboret ſenſui deſtinatus, ut in exemplo oculi, ſi neruus ſecundæ conjugationis afficiatur, non affectus ſit opticus: unde immobiles erũt oculi, quem affectũ πῆξιν & ἀκινησίαν uocat Hipp. Sic lingua impeditus motus uocatur paralyſis imperfecta, eò quod incolumi ſeruato hujus partis ſenſu, motus ex toto nõ periit, ijs nimirũ neruis aliqua ex parte impeditis, qui à ſeptima cerebri conjugatione propè ſpinalis medullæ initium deriuantur.

Quod

Quod ſi adſit inopia ſpiritus animalis, tametſi facultas utraq; & motrix & ſenſifica ab unico neruo influat, tamē manet ſenſus, qui paſſio eſt: perit motus, qui actio, quæ majore facultatis robore indiget. Perit ſenſus illæſo motu, ſi neruus qui ſenſum præſtat dūtaxat, laboret: ſaluus ſitis qui motui ſeruit, ut in gutta ſerena, in qua ſolus opticus obſtruitur, illæſo neruo ſecundæ conjugationis, unde extinguitur videndi actio, illæſo oculi motu. Videt enim oculus per opticum, mouetur per neruū ſecundæ conjugationis. Quod ſi capillares duntaxat nerui, per cutem diſtributi, affecti ſunt (quod plerunq; ab externis cauſis oritur) nec interni nerui, muſculiúe lædantur, ſimiliter partes ſenſu tantum, non motu priuātur: id quod & in ſomno accidit, in quo externa cutis ſenſu deſtituitur, contracto ad internas partes calore. Pulſus in paralyſi languidus, paruus, tardus eſt.

Mutata qualitas. Pars reſoluta celeriter friget, laxa, mollis & grauis eſt: cumq; jā diu malū protactū eſt, ea gracileſcit et cōtabeſcit atrophia. Nam euacuatur omnis pars reſoluta, cum attractum minimè conficere poſſit. Sana contrà pars oppoſita plerunq; videtur calidior, & quodammodo inflammata, quod omnis ſpiritus ad eam confluit.

Mutatum excrementū paralyſis eſt urina, quæ ut plurimum apparet alba & tenuis propter obſtructionem: interdum ſi minor ſit obſtructio, craſſa ob pituitæ multitudinē: ſæpè rubra propter debilitatem vel renum, vel venarum epatis, quæ ſanguinem à ſeroſitate non ſeparant.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt quæ neruos moderatè calefaciunt & exiccant, quæq; efficiunt ut nerui ceu habenæ trahentem facultatem ſequantur.

SIGNA partis affectæ per ſe & per conſenſum ſunt numerus, tempus & juuantia. Si enim pars priuatim ſenſum aut motū aut utrunq; ſimul amiſerit: ſi à congeſtione obſtructionis mater materia ſuccreuerit à parte tacta intemperie & ſenſim arrepit: ſi juuent illi admota idonea præſidia, ſignum eſt originem mali poſitam eſſe in illa ipſa parte affecta, & partem per ſe affici. Contrà per conſenſum, ſi non priuatim relaxetur, & ſi confertim dato impetu præceps materia irruat, nec juuant illi admota præſidia, quæ paralyſi conueniunt.

SIGNA partium in ſpecie per ſe affectarum, alia ſunt cerebri, alia ſpinæ, alia nerui, alia muſculi.

Cerebrum affectum erit, ſi dimidia pars vultus & linguæ, ſiue dextra, ſiue ſiniſtra una cum tota dimidia parte inferiore dextra vel ſiniſtra relaxatur: ac dextra quidem cerebri pars, ſi paralyſis ſit dextri lateris: ſiniſtra, ſi ſiniſtri.

Ventriculus poſterior cerebri ſolus lædetur, ſi dimidia pars corporis ſiue dextra, ſiue ſiniſtra infra ceruicem reſoluatur, toto vultu incolumi manente. Alijs pars affecta meninx eſt & exortus ſpinalis medullæ.

Ventriculus poſterior & tota ſimul origo medullæ ſpinalis laborabit, ſi abſq; faciei detrimento totum corpus laxum ſit, & cutis capitis ſtupeat, eò quod nerui per eam diſperſi à ceruice prodeant.

Cerebrum anterius & medium affligetur, ſi pars faciei ſit paralytica, reliquo corpore ſano: ac dextra quidem facies, ſi pars cerebri anterioris & medij dextra: ſiniſtra ſi pars ejuſdem ſiniſtra laboret. Qui enim in faciem feruntur nerui ab ijs cerebri partibus exiſtunt. Ejus autem partis faciei, quæ reſoluta eſt, puta dextra, morbus non apparet in dextra affecta, ſed potius in ſiniſtra, quæ ſana eſt, ut refert Merc. cap. de paralyſi. Cōmunia ſigna affectæ dimidiæ partis ſunt & hæc. Pulſus unius lateris eſt diuerſus à pulſu alterius. Nam in brachio affecto percipitur tardus & rarus, in latere autem ſano eſt velocior & frequentior, ſecundum proportionem caloris ejus. Oculus in latere paralytico gracileſcit ob nutrimenti defectum: idq; & manui & brachio, & uniuerſo lateri contingit.

SPINAE prima pars, ſiue ceruix, quæ ſeptem conſtat vertebris, ſi affecta ſit, pectus dilatari non poteſt, unde mors impendet.

Ejuſdem media pars quæ thoracis vertebras duodecī continet, ſi affecta ſit, tum pars ſuperior illæſa eſt, paralytica, inferior.

Ejuſdē pars infima infra pectus, quæ quinq; lumborum vertebras cōprehendit affligetur, ſi nec urina nec feces ſiue retineri, ſiue expelli poſſint.

Os ſacrū uel ejus regio laborabit, ſi crura et pedes afficiantur, partes ſupra os ſanæ ſint.

Contingit

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Contingit tamen interdum ut affecta ſpinali medulla ſuperiore parte, ut in ceruice aut dorſo, femoris & cruris motus pereat, illæſo brachij & thoracis, qui propius abſunt ab ea, motu & ſenſu. Cujus cauſam reddens A. Laurentius, ego, inquit, lumbarium & dorſalium neruorum capillamenta quædam à ceruicali medulla interdum enaſci ſæpè obſeruaui, ut eadem ſit medullæ ſpinalis, quæ caudæ equinæ diſperſio, cujus pili quidam à ſuperiore parte orti, alij in ſupremam caudæ partem, alij in mediam deſinunt: alij ad extremum usq; feruntur: quod & Picolominius ſe obſeruaſſe refert. Fieri itaq; poteſt, ut uulnerata ſpinali medulla, ejus nerui principium afficiatur, quod ad crura & pedes diſſeminatur, illæſis neruis, qui in thoracem & brachia diuaricantur. Sed & idcirco illud fieri poteſt, quod percuſſa ſuperiore medulla tenuis & ſeroſus humor ibi latitans ad inferiores neruos decurrit, eoſdem madefaciens & reſoluens. Offenſo autem uno latere alterum ſaluum manet, quod ſpina & meninx in duas medietates per membranā quandam tenuiſſimā diuiditur. Quæ igitur medietas læditur, illius latus offenditur.

Neruus afficitur vel in ſuo exortu, vel in progreſſu.

Si in exortu, plures partes læduntur, & remedia ſpinæ admota juuant.

Nam ab origine plures nerui in varias ſe effundunt partes. Sin ductus nerui offenditur, unicæ ſolum parti, cui ille inſeritur, moleſtiæ euenient, intactis alijs partibus. Anatome autem docet ex qua ſpinalis medullæ parte in unum quodq; membrum neruus diſtribuitur.

Oculorum igitur v. g. reſolutio indicat læſos eſſe neruos ortos à ſecunda conjugatione. Palpebrarum, neruos tertiæ conjugationis. Labiorum ad latum muſculum, neruos è primis vertebris, & ramos è tertia conjugatione. Linguæ, neruum à tertia aut ſeptima conjugatione. Vocis inſtrumentorum, quartam vertebrā, unde ἀφωνία. Brachiorum, neruum in ſeptima ceruicis vertebra. Manuum perfecta reſolutio quod ad ſenſum & motū quintā ceruicis vertebram. Earundē imperfecta paralyſis, ſextā colli vertebram. Nam primæ brachij partes illæſæ ſeruantur: in reliquis vis ſentiendi & mouendi perit.

Thoracis maximum nocumentum indicat neruos affici ſeptima aut octauæ vertebræ: manuum contrà parua reſolutio octauam vertebram afflictam. Parui digiti & mediæ partis annularis, neruum in cauitate cubiti: aliorum verò trium cæteris illæſis, ſpinalis medullam circa principium neruorum brachij. Crurum & pedum, neruos in vertebris lumborum aut inguinibus. Et ſic de alijs. Quod ſi nerui affecti ſunt, qui muſculis non inſeruntur, ſolam ἀναισθησίαν afferunt.

Muſculus afficitur in paralyſi vel per ſe, vel per conſenſum.

Per ſe, ſi principium neruorum integrū, ſeu neruus extra muſculos ſaluus ſit: præceſſit percuſſio muſculi, frigus illius manu percipitur: & carnoſa ejus pars ſubitò in maciem & languorem abit.

Per conſenſum, ſi neruus ingreſſurus muſculum extra muſculum reſoluatur: nec præceſſit externa cauſa: carnoſa verò muſculi pars ſerò macreſcit.

Majori enim nutricatu muſculus quàm neruus indiget abit.

In ſpecie muſculus veſicæ reſoluitur, ſed & pudendum erigi non poteſt, exiſtente ſeminis flatulēti multitudine, ſi nerui ab oſſe ſacro veſicæ inſerti ac pudendo affecti ſunt.

Si deſcendat inteſtinū, muſculi ſuſpendētes malè habent, qui ſunt in ipſis lateribus.

Sphincter reſolutus eſt, ſi excrementa per aliquod tempus retineri non poſſunt.

Muſculi abdominis reſoluti ſunt, & ſtupent nerui veſicæ, ſi urina non redditur, & veſica in duritiem exturgeſcit. Id tamen etiam à meningis & renis reſolutione euenit. Exemplum ex hiſtoria Heurnij recitauimus, qui & hoc addit. Laboranti ex reſolutione renis ſiniſtri Medicus admouit caſtoreum collo, itidem naſo (Nam ex reſoluta meninge uitium erat) reddidit ſex urinæ libras, tamen obijt.

SIGNA diſtinctiua paralyſeos, apoplexiæ, arthritidis, conuulſionis, elephantis, ſtuporis, tremoris, in quibus ſenſus & motus aufertur, ſed diuerſis modis, ſunt hæc.

Apoplexia cunctorum neruorum & muſculorum reſolutio eſt. Paralyſis non omniū, ſed alterutrius tantum partis, uel omnium facultatum excepta cogitatione. Paralyſis igitur dicitur, quaſi diminuta λύσις, ut paraphrenitis, quaſi diminuta phrenitis, ubi τὸ παρὰ in cōpoſitione minuit.

Arthri-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Arthritidis ſubjectum eſt nerui tunica, quæ afficitur: paralyſeos ipſe neruus. Paralyticus igitur audet progredi ſed non poteſt: arthriticus poteſt, ſed difficulter.

Elephanticis perit ſenſus externarum partium illæſo motu, reſiccatis ab humore atro & neruis & cute. Paralyticis perit ſenſus relaxatis ab humore aquoſo: aut obſtructis neruis.

Paralyſeos ſedes eſt in neruo interno ſeu medullari, conuulſionis in muſculo externo ſeu membranoſo à meningibus prodeunte. Illius natura ἐν τῇ λύσει, hujus ἐν τῇ τάσει. Membrum enim conuulſum retrahitur: reſolutum extenditur, relaxato atq; ita mollificato neruo. In paralyſi neruus extenditur in longum: minuitur in latitudine: in conuulſione neruus ſeu muſculus minuitur in longitudine, in latitudine augetur. Ibi enim materia fluida & aquoſa, hic craſſa & uiſcida.

In paralyſi & conuulſione partes diſtorquentur, ſed in paralyſi pars affecta & reſoluta à parte ſana trahitur: in conuulſione pars affecta trahit ad ſe partem ſanam. Sic tortura oris eſt vel paralyſis, uel ſpaſmus cynicus. Paralyſis, cum partis laborantis ſenſus hebes & torpidus eſt, & labrum affectum à parte ſana trahitur. Spaſmus cum pars affecta ſentit, nec torpet, & labrum ſanum à parte affecta contorquetur.

In tortura igitur oris, cum paralyſis eſt, ſi dextra pars per ſe affecta eſt, oris diſtortio in ſiniſtra parte magis apparet, eò quod partes hujus muſculi agentes oppoſitam trahunt, cujus quidem muſculi reſoluti prorſus otiantur. De qua re etiam ſupra in nomine paralyſeos, dum muſculorum fratrantium diſcrimen explicaremus.

Ex quo illud ſequitur, ut contractura ſit in paralyſi & conuulſione.

Reſolutio enim & conuulſio unius partis efficit contractionem partis alterius.

Stupor ſeruat motum, aut eo leuiter læſo ſenſum amittit, vel debilem habet.

Paralyſis utroq; partem ægram priuat, illæſis tamen internis ſenſibus.

Tremor eſt ſymptoma infirmæ facultatis; illæſis etiam inſtrumentis, unde motus deprauatio: paralyſis ſymptoma eſt functionis ablatæ facultatis motricis, & interdum abolitæ, interdum diminutæ ſenſitricis.

VII. PHTHISEOS ſubjectum duplex eſt, primarium & ſecundarium.

Primarium eſt pulmo, qui ulceratur. Secundarium eſt totũ corpus quod macreſcit.

Afficitur autem pulmo, uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe, cum laxatis illius uaſis ſanguis putreſcens ibi congeritur.

Per conſenſum poſitiuè tantum, cum aliunde affluit humor, ut à capite in catarrho. Cunctando enim ibi pituita dulcis putreſcit. A gutture in angina. A pleura in pleuritide. Ab alijs partibus aliter.

Totum verè corpus afficitur per conſenſum priuatiuè tantum, ex diſtributionis inopia. Omnes enim partes ob febrem hecticam comitem exæſtuant incendio, ita ut non poſſint alimenta coquere, ſed potius hac ui incendij in tenues auras euaneſcant.

SIGNA affecti pulmonis ſunt, quæcunq; uim habent aperiendi, erodendi, ulcerandi pulmonem, ut aura uenenata in cubiculis, expirans ex veſtibus, uariolæ, & alia, de quibus alibi. Tuſſis adeſt expers doloris, pulſus paruus & languidus, vigilia, febris quotidiana, veſpertina extremorum frigiditas, & matutina caliditas: fœtet anhelitus: ſudor uſq; ad pectus caliditate infeſtus, pus excluditur ſine dolore, quod aquæ injectum ac quaſſatum facilè ſoluitur. Nam ſæpe putrida pituita uiſcida fallit puris imagine. Plura in capite de peripneumonia, maraſmo, febre hectica & hæmoptyſi. Nam ut inquit Hipp. 7. aph. 25. A ſputo ſanguinis, ſputum puris.

VII. SVPPVRATIONIS in pectore ſubjectum eſt ſpatium inter thoracem & pulmonem, & pulmo ipſe, cum pus ex thorace aut latere proueniens per pulmonem excreetur. Rurſus ſpatiũ intra thoracem repletur purulentia uel totum, uel pars tantum, ſiue dextra, ſiue ſiniſtra. Non enim datur excurſio materiæ à dextris ad ſiniſtras partes, eò quod mediaſtinum oſſi pectoris annexum id non admittit.

Afficitur autem ſpatium thoracis uel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe, cum materia purulenta, id eſt, pituita & ſanguis putreſcens in thorace à ſuccorum ſynatriſmo & humorum crudorum lateribus hærentium, ac jam putreſcentium copia colligitur.

Per

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Per conſenſum, cum humor ad cauitatem pectoris delabitur, vel ex toto corpore, vel ex parte corporis. Ex toto corpore ſeroſus ſalſusq; humor excutitur, quia vel pellitur, vel attrahitur. Ex parte, cum fit, erit vel ex ore, ut in angina : vel ex abdomine: ut in hydrope & ſuppreſſis menſibus: vel ex pleura, ut in pleuritide, vel ex pulmone, ut in peripneumonia & vomica.

SIGNA affecti thoracis ſunt modica aut nulla expurgatio ſputi in peripneumonia & pleuritide: infecta medici curatio intra 14. diem: rigor qui antea non fuerat: grauitas partis, concuſſio in loco empyematis, fortis dyſpnæa. Plura in capite de pleuritide & peripneumonia & hæmoptyſi.

IX. VOMICAE pulmonis ſubjectum pulmo eſt, qui uel inflammatur, unde peripneumonia, vel ulceratur in materia mordaci, ut in phthiſi. Quod ſi ſparſa materia in phlegmone in ſinum ſe colligat, vomicam, id eſt, tumorem ad ſuppurationem uergentem facit, qui & apoſtema appellari ſolet. Rurſus vomica rupta materiam purulentam effundens in cauitatem thoracis, empyema efficit. Ex quibus apparet, quæ ſit horum affectuum inter ſe cognatio. Id verò etiam fieri ſolet interdum, ut nulla præcedenti inflammatione materia in pulmone coaceruetur, cyſtiq; obducatur, ita ut oui magnitudine interdũ extuſſiatur.

SIGNA ſunt actio læſa thoracis & pulmonis, quæ intercipitur, puris ex pulmonibus expectoratio, & alia de quibus in phthiſi & empyemate.

X. ASTHMATIS ſubjectum principale pulmo eſt: minus principale, thorax, ſpatium à thorace comprehenſum, cor, diaphragma & muſculi. Reſpiratio enim præcipua thoracis actio eſt. Agit autem thorax per muſculos tum pectoris, tum abdominis, & potiſſimum per ſeptum tranſuerſum. Muſculi enim thoracem mouent: ut thorax pulmonem. Diaphragma inſtrumentum eſt lenis reſpirationis: thorax verò cum ſuis muſculis, uehementis, quæ fit cum exſufflatione.

Pulmo dilatatur & comprimitur, afficitur & patitur. In pulmone autem ſunt iſta quatuor: pulmonis mollis ſubſtantia, vena arterioſa, arteria uenoſa & trachæa arteria, quæ quam primum ex faucibus deorſum protenditur, mox in duos pares ramos bipartita, unum dextris pulmonis bronchijs, alterum ſiniſtris porrigit, qui demum in ramulos ferè innumeros, quos bronchios & bronchia vocant, per pulmones diſtributi, parem cum pulmone ſedem occupant, & proximè ad reſpirationem faciunt.

Rurſus pulmonum bronchia laborant vel omnia, vel quædam, et ſi quædam, uel dextra, vel ſiniſtra.

FINALE organum eſt cor. Reſpiratio enim propterea fit, ut cordis calor refrigeretur, & ventilatione ſeruetur. Calidum namq; omne, ut ait Hipp. moderato frigido viuit.

Afficitur autem pulmo ejusq; bronchia, aut per ſe, aut per conſenſum.

Per ſe, cum illi morbus cauſaúe morbi immediatè inſidet, ut intemperies vel humor, qui ibi, ut indigena, colligitur.

Per conſenſum, cum aliunde coafficitur, poſitiuè vel priuatiuè.

Poſitiuè, cum aliquid præter naturam aliunde excipit, ut humorem vel à toto corpore in plethora, vel à capite in catarrho, quem autumnale frigus interdum exprimit: à matrice in ſuffocatione uteri, quæ uapores malos ſuggerit: ab alijs partibus aliter affectis ſimiliter.

Priuatiuè, cum ſpiritus animalis vel aër utilis, qui ex una parte naribus uel ore, inſpirando attrahitur, ex altera uero parte inutilis cordi, expirando expelli debet, vel impeditur, vel deficit.

Impeditur aër expirandus & inſpirandus ab anguſtia meatuum ſpirabilium organorum, eaq; vel coaleſcentia, vel ſubſidentia, vel compreſſione, vel conſtipatione, vel obſtructione.

A coaleſcentia, eò quod pulmo ad pleuram certis locis per fibras agglutinatur, cujus hiſtoriam raram recitat Ioh. Bauhinus lib. de thermis Bollenſibus.

A ſubſidentia, cum pulmo vel coarctatur, vel corrugatur, ob ariditatem, vel etiã nimium madorem, quæ ſubſidere faciunt brõchia, & ad motũ rebellia, id quod chymicis nonnunq̃ contingit et auri ferriq; fabris.

A compreſſione, cum aliquid extra bronchia pulmones comprimit, ut ſi gibbus naſcatur diſtortis ad interna uertebris ob humorem pituitoſum,

que

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

qua occupantur ſpinæ ligamenta, quod ſenſim euenire ſolet: aut ſi tumor uel inflatio vicinarum partium, ut ſpinæ & diaphragmatis comprimat pulmonem: uel tumefactio infernarum partium, ut ventriculi & totius ventris inferioris in hydrope partes ſpiritales ſurſum impellat, vel pendulum epar & lien deorſum trahat: uel totus thorax in ſupino decubitu ſupra ſpinam concidit, & pulmonem in anguſtiam abducit: vel leues arteriæ turgeſcentes aſperam arteriam comprimunt, vel pectus plus quam decet natura adſtrictum eſt. Ex quo apparet, cur ſupinus homo aſthmate fatigatus decumbere non poſsit.

A conſtipatione, cum aliquid præter naturam intra bronchia exiſtit, ut pus, crudum tuberculum, grando & calculus, in quæ ſuperfluitates in pulmonibus generatæ vi caloris circumjacentium partium degenerant. Hinc ſuppurati etiam difficulter ſpirant.

Ab obſtructione, cum flatus aut humor copioſus craſſusq́, uel utrunq́ ſimul intra bronchia continetur, non tantum ductus organorum obſtruens, ſed & tendendo diaphragma opprimens.

Deficit ſpiritus animalis, cum aut nerui qui ad pectus & diaphragma feruntur, conuelluntur, vel ſoluuntur: aut ſpinalis medulla obſtruitur, aut uertebræ colli intrinſecè vel extrinſecè luxatæ ſunt: aut guttur in ſynanche obſtructum eſt, quo in caſu aër per os nec attrahi, nec expelli poteſt.

SIGNA pulmonis in aſthmate ſimpliciter affecti ſunt cauſa, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq́ pulmonum meatus claudunt, ut aër putridus, cruditas, otium, ſomnus à cibo, locus humidus, & alia, de quibus alibi.

Effectus eſt reſpirandi difficultas, quæ in omni motu concitatiore maximè ſe profert, dolor aliquis in pectore & præcordijs, interdum & in ſcapulis, reſpiratio creberrima & uelox, modo non fit ex imbecillitate: tunc enim non eſt velox.

Vtraq́ ſimul ſunt juuantia. Proſunt quæcunq́ calori aucto ſatisfaciunt, ut ſi ægrotans ad feneſtram uel alium locum adducatur, ubi frigidior ac magis apertus aër expiret, aut flabellis is qui alioquin calidior eſt circa ægrotantem frigidior reddatur.

SIGNA pectoris affecti per ſe & per conſenſum ſunt, magnitudo, numerus, tempus & juuantia. Nam ſi aſthma ſit vehemens, ſi ſolitarium, ſi perpetuum, ſi pectori accomodata præſidia proſunt, pectus per ſe laborabit. Per conſenſum, ſi contrà. Interdum uerò laborat per ſe & per conſenſum ſimul, ſimiliter ut in dolore capitis. A quanam autem parte conſentiente afficiatur, id ſymptomata illius patefacient. A capite enim v. g. noxam accipiet, ſi deſtillatione laboret, aut ſit ad catarrhum diſpoſitum, ſubitò aſthma aduenit, catarrho creſcente inualeſcat, remittente, miteſcat. A tumore hydropico, ſi aſthmaticus tuſsi non careat, quæ tamen ſicca eſt & ſine ſputaminibus. Et ſic de alijs.

SIGNA diſtinctiua partium ſunt hæc.

Si mollem carnem pulmonis obſederit materia, tuſsis laborioſa fatigabit, aderit ſtertor, dilatatio conſtrictione difficilior erit, ſputum indolenter excernetur. Pulmo enim ſenſum niſi grauitatis non habet. Si anguſtia ob flatus in pulmone ſit, expiratio & pulmonis conſtrictio pariter difficilis reddi ſolet: nullum pondus ſentitur, nulla tuſsis.

Si tuberculum obſederit, ſenſim increuit materia, ſine ſtertore, ſineq́ expectoratu, & in exercitio præter morem anhelat.

Si materia ſtabulatur in arteria uenoſa, vel in vena arterioſa, aſthma ferè erit ſine tuſsi, vel ſaltem cum inani tuſsicula.

Arteria uenalis ſi fuerit à materia occupata, tremulus edetur pulſus, ac ipſum etiam cor tandem in tremorem ac ſyncopen abripietur.

Si malum conſederit in leuibus arterijs, quæ naſcuntur ex uena arterioſa & ex arteria uenoſa, præceſsit pulſus inæqualis, ut euenit Antipatro.

Si ſit materia in trachea arteria, aderit grauitas pulmonum, ſonus, ſtertor et ſibilus, æger conqueretur ſe majore anxietate emittere q̃ admitttere ſpiritum, cartilago tuſsi interdum reijcietur. Quo autem materia morbifica longius receſſerit ad exiguos tracheæ arteriæ ductus, eò ægrius expectorabitur.

Si

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Si fuerit ab affecta ſpina uel neruis, tunc etiam partis alicujus reſolutio aderit.

Thorax laborat, ſi cum dolore ſputū excernatur. Hic enim totus oſſeus & neruoſus exactè ſentit. Si pars illius exterior affecta ſit, grauius in partem affectam decumbet: ſi pulmo contrà.

Anguſtia ob flatus inter pulmonem & pectus ſi fuerit, inſpiratio & pulmonis dilatatio difficilis erit.

XI. PVLMONARII pars affecta pulmo eſt, ut aſthmatis, cujus τὸ πνιγμῶδες ſpecies eſt, ut Aretæus teſtatur. Cum uerò triplex illius differentia conſtitui ſoleat, ut in nomine aſthmatis diximus, nempe dyſpnæa, aſthma & orthopnæa, non temerè aliquis ad orthopnæam, ſummum aſthmatis gradum referat. Signum proprium eſt frequentiſſima reſpiratio, irritus labor extuſſiendi, & ſputum ſi quod redditur, exiguum, album, rotundum, grandinoſum.

XII. SCIRRHI & ſuppurationis epatis partem affectam ipſum nomen affectus denotat. De quo cum ſupra inter morbos acutos explicatio etiam huc pertinēs contineatur, hoc loco nihil aliud explicandū reſtat.

Obſtructionis uerò epatis, quæ frequenter admodum contingit, & mater morborum epatis dicitur, fitq́ ab humore (alioquin enim eſſet uel conſtipatio, uel compreſſio uel anguſtiæ ſpecies.) ſubjectum ſunt uenæ capillares, quæ per epar ſparguntur, ejusq́ ſubſtantiam uel cauam, uel gibbam, uel utranq́ ſimul.

Afficiuntur autem uenæ capillares tum per ſe, tum per conſenſum.

Per ſe, cum primariò jecur imbecillum eſt in noxijs humorbius ſiue attenuandis ſiue expellendis.

Per conſenſum, cum uel uicinæ partes, ut lien & cyſtis fellea non attrahit: uel remotæ partes, ut uētriculus & cerebrum malè concoquunt.

SIGNA uenarum capillarium epatis ſimpliciter affectarum ſunt cauſæ, effectus & utraq́ ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq́ obſtruunt, ut cibi uiſcidi, craſſi, dulces, aſtringentes, uita otioſa, ſomnus multus, retentio fecum, hæmorrhoides, menſes, exercitia & balnea ſtatim à cibo, medicamenta jecori parum dextrè adhibita, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt actio læſa, mutata qualitas, & mutatum excrementum.

Actio læſa eſt pigrities ad motū, & grauitas jecoris, quæ uel aliqua eſt, uel nulla. Si aliqua, uel permanens, uel mutabilis. Permanens eſt, ab humore calido. Mutabilis à uapore. Nulla ab humore frigido.

Mutata qualitas eſt pallor quidam faciei & totius corporis, eò quod ſanguis ille fluidus non ut antea generatur.

Mutatum excrementum eſt lotium exiguum, eò quod obſtructio tranſitū impedit.

SIGNA diſtinctiua ſunt hæc.

Gibba pars ſi obſtruitur, adeſt durities abdominis, ſeptum tranſuerſum comprimitur, unde reſpirandi difficultas, excretio minus liquida. Sima pars obſtruitur, ſi tactu nihil percipitur: dolor adeſt dextri hypochondrij magis profundus, minor difficultas anhelitus & impotentia ad motum, inappetentia & ſitis, & diarrhæa, & fluxus epaticus affligit.

Si materia obſtruens meatus, qui ad ueſicam felleam pertinent, occupat, color aderit citrinus: ſi meatus ad lienem, color erit niger: ſi ad alias partes non erunt ſigna icteri, ac in gibba parte epatis excrementa erūt ſanguinolenta, quia ſanguis diſtribui non poteſt: in ſima parte epatis, excrementa non erunt ſanguinolenta, quia chylus nondum in ſanguinem conuerſus eſt.

XIII. SCIRRHI & empyæ lienis ſubjectum ſimiliter ex ipſo nomine cognoſcitur. De quo & ipſo explicatio prolixior neceſſaria non uidetur, cum non ſit diſſimilis explicationi ſcirrhi & ſuppurationis epatis. Eſt enim lien alterum epar, & quod ibi dictum de dextro, hic de ſiniſtro latere intelligi debet.

Obſtructionis uerò lienis pars affecta ſunt exiguæ illius uenulæ, quæ afficiuntur tum per ſe, tum per conſenſum, ut uenulæ epatis, de quibus præcedenti capite, unde hæc explicatio peti poteſt.

SIGNA ſunt cauſæ, effectus & utraq́ ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq́ humorem craſſum generant, ut cibi craſſi & uiſcidi, cælū craſſum, aqua cænoſa & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt grauitas & punctio ſiniſtri hypochondrij, tarditas in motu, timor & triſtitia præter rationem, & interdum

melan-

melancholica inſania, prauus totius corporis color, liuidus, plumbeus, potiſſimum faciei: niger icterus, ulcera in cruribus, ſputum copioſum, ſerum copioſiſſimum quod per venas expurgatur, urina nigra humori melancholico permixta.

Vtraq; ſimul ſunt, propenſio naturalis ad hoc vitij genus, & quod juuant diuretica, & ea quæ ſudores promouent.

SIGNA diſtinctiua doloris ſplenici & colici ſunt hæc.

Colon enim inteſtinum ſpleni alligatur & incumbit, quod flatibus diſtentum ſæpe fallit. Sed dolor ſplenicus grauis eſt: colicus diſtendens & mollis. In ſplene dolor grauis, in una parte fixus & ſiniſtra: in colo acutus, mobilis & vagus. In colico totus venter flatibus diſtenditur, in ſplenis affectibus ſola pars ſiniſtra.

Scorbuti verò pars affecta principalis eſt lien: minus principalis eſt os, gingiuæ, crura, nerui, epar, cutis totius corporis.

Afficitur autem lien tum per ſe, tum per conſenſum.

Per ſe, cum vitioſo humore melancholico maligno, aut ſincero, aut pituita mixto repletur & obſtruitur.

Per conſenſum, cum aliunde coafficitur, ut à tota præcordiorum regione prauis ſuccis referto: imprimis verò ab epate è norma proprij ſui temperamenti procul egreſſo.

SIGNA lienis affecti ſunt eadem quæ obſtructionis, eo excepto, quod τὸ θεῖον *hic accedit, hominibus proletarijs ignotum: prudentibus tantum obuium: & uſus eſculentorum & poculentorum nautis uſitatorum, ut panis biſcocti & mucidi, carnium & piſcium ſale fumoq; duratorum, & aquæ maritimæ & cænoſæ: maximè in ægrotis Aquilonijs.*

SIGNA partium conſentientium affectarum ſunt illarum ſymptomata, ut oris & gingiuarum fætor, pruritus, laxitas, dentium vacillatio: tibiarum diſcolores maculæ: neruorum, reſolutio, crurum, totius corporis laſſitudo, & hinc inde maculæ: cordis, pulſus ſimilis quartanarijs, epatis: urina craſſa, rubicunda, fætida.

XIV. MORBI REGII pars affecta Aretæo τὸ παντελὲς *eſt, id eſt, uniuerſum corpus. In hoc enim morbo bilis toto corpore redundat, nec ulla omninò pars ſiue externa ſiue interna eſt, in qua diffuſa non ſit, ſolis aliquando exceptis inteſtinis. Alij ſubjectum faciunt cutem totius corporis: alij ſummam extimamq; corporis partem colore præter naturam defædatam. Neq; enim tantum cutis, ſed & albæ oculorum membrana vitioſo colore tinguntur. Icterum igitur alij aliter definiunt. Quibusdam enim eſt bilis per totum corpus effuſio: alijs billioſi excrementi per ſumma corporis effuſio. Afficitur autem cutis tota in ictero: in alijs affectibus ut in eryſipelate & vitiligine pars tantum, ea nimirum quam eryſipelas & vitiligo occupat. In brutis ictero laborantibus cutis non afficitur, ſed oculi membrana tantum, in homine utrunq; ſimul, eò quod cutis hominis raram & tenuem: brutorum denſam & craſſam texturam habeat.*

Afficitur autem totum corpus, vel per ſe, vel per conſenſum.

Per ſe, ſi ſit juſto calidius, unde alimentum etiam probum in cutem delatum in bilis naturam conuertit.

Per conſenſum, cum materia biliosa aliunde affluit, ut ab epate, liene & veſicula fellis. Sed &, ut ait Aretæus, ventriculo, renibus, laxo inteſtino, & alijs partibus vel obſtructione phlegmoneŭe infectis, vel per morborum bilioſorum criſes, vel ſuppreſſis menſibus, ut in virginibus & quibusdam mulieribus. Rurſus veſica fellis vel ipſa obſtruitur, vel meatus illius, ſiue à veſica ad inteſtina, ſiue à jecore ad veſicam tendens.

SIGNA affectarum in ictero partium in genere ſunt manifeſta & occulta.

Manifeſta ſunt, quæ viſui patent. Pallor enim in albis oculorum & partibus faciei, quæ temporibus propinquæ ſunt, item in malis, palmis manuum atq; in pedibus apparet.

Occulta ſunt, cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; bilem cumulat, aut in ſumma corporis effundunt, ut intemperies, obſtructio, inflammatio epatis, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt, pruritus & ſenſus aculeorum uniuerſi corporis, pigrities, motus ſenſusq; hebetior, guſtatus amarorum non amarus, non tamen dulcis, dulcium verò amarus, pulſus tardus & durus: color et ſudor

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

corporis bilis ſpeciem referens: urina craſſa & impura, dejectio alui ſicca & alba. Id verò non proditur à certis autoribus, ictericos omnia quæ vident judicare eſſe flaua & varijs imaginibus vexari: nec confirmat experientia.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Iuuant ea quæ bilem propulſant: nocent quæ augent.

SIGNA totius corporis per ſe & per conſenſum affecti ſunt, numerus, tempus & juuantia. Si enim materia non fluat ab epate; ſi morbus non uniuerſim ſed ſenſim naſcatur, ſi juuent corpus appoſita remedia, ſed & ſi totum corpus tactui ſeſe calidum offerat, & excrementa ut urina et dejectio non, vel parum mutentur, corpus per ſe affectum erit. Alimentum enim quod corrumpitur ſenſim accedit. Per conſenſum, ſi contra.

SIGNA partium conſentientium ſunt earum ſymptomata & morbi, ut epatis affecti ſigna obſtructionis, inflammationis & ſcirrhi, de quibus ſupra.

SIGNA veſiculæ affectæ ſunt, ſi abſq; febre dejiciant alba alui excrementa, urinæ ſunt flauæ, grauia dextra hypochondria, color cutis flauus.

SIGNA meatus à veſica ad inteſtina tendentis obſtructi ſunt, ſi præter flauam aut urentem urinam dejectio reddatur alba, vel nimis colorata ruſo, & ſæpius quaſi canum dura. Signa meatus à jecore ad veſicam fellis tendentis obſtructi ſunt, ſi urina flaua & ſæpe urens reddatur, ſed ſine grauitate, ubi imbecillitas tractionis adfuerit: cum grauitate, ubi obſtructum epar fuerit.

SIGNA lienis affecti ſunt ſigna obſtructionis illius, tenſio in ſiniſtro hypochondrio, vigiliæ, abundantia cruditatum & flatuum, inappetentia, color cutis niger.

SIGNA epatis & lienis ſimul affecti ſunt mixta utriusq; ſymptomata, & imprimis color cutis ex utraq; bile mixtus & vireſcens, unde ex viridi flaueſcit, ut in puellis quibusdam, quæ χλωραὶ ſunt, id eſt, ex viridi flauæ. Signa affecti cordis à veneno affecti ſunt eadem quæ veneni, color ad viride vergit & mutatur pulſus.

SIGNA affectarum aliarũ partium ut in febribus per criſes eſt antecedens febris bilioſa ac potiſſimum tertiana continua admodum erodens atq; acuta, poſt cujus ſummum vigorem icterus cum maxima morbi remiſſione repentè ſuperuenit. Nulla verò quæ adſit præterea in jecore aut veſicula fellis obſtructio, aliaue præter naturã affectio: ſi juuant item, quæ robur naturæ addunt, bilemq; ad cutem tranſmittunt, & leniuntur incommoda omnia, quæ ex criſi aderant.

XV. CACHEXIAE ſubjectum duplex eſt: totum corpus, & pars illius aliqua, ut caput, cerebrum, oculus, pulmo. Rurſus totum corpus afficitur vel per ſe, vel per conſenſum: ut in nomine cachexiæ diximus, unde hæc peti poſſunt.

SIGNA uniuerſalis cachexiæ ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, morbi longi ut plurimum, qui anteceſſerunt, præſertim epatis, ſplenis, inteſtinorum: itẽ conſueta excretio prohibita.

Effectus ſunt, difficilis ſpiratio, imbecillæ vires, ita ut crura inter eundum vacillẽt, faſtidium, ſitis, in gingiuis caliditas. Color cum virore albicans, flatus.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt quæ calefaciunt & ſiccant.

SIGNA particularis cachexiæ, gracilitas aut pallor, aut tumor unius partis.

SIGNA diſtinctiua cachexiæ & aliorum cutis morborum ſunt hæc.

Vt bona fiat nutritio, juſta requiritur appoſitio, agglutinatio & aſſimilatio.

Ex læſa appoſitione ſequitur atrophia, id eſt, alimenti priuatio. Ex praua agglutinatione, cum nutrimentum apponitur quidem, ſed non agglutinatur, fit cachexia. In vitioſa aſſimilatione nutrimentum agglutinatur quidem, ſed manet vel crudum, vel aduſtum. Si crudum, album, pituitoſum, fit morphæa alba. Si aduſtum & bilioſum, fit ſcabies, impetigo, elephas. Rurſus ſanguis aquoſus, in epate genitus, & venas ingreſſus, eaſdem vel immodicè replet, vel non immodicè. Si immodicè, adeò ut præ multitudine aquæ, oſcula venarum aperiat, & è venis exeat, fit anaſarca. Si modicè, ut oſcula non aperiat, fit cachexia.

PARS

PARS AFFECTA MORBORVM DIVTVRNORVM LIBRO SECVNDO.

I. HYDROPIS ſubiectum duplex eſt: aliud uniuerſalis, aliud particularis.

Vniuerſalis hydropis pars affecta Aretæo eſt τὸ ξύμπαν, id eſt, habitus corporis: & τὸ σπλάγχνον, id eſt, viſcus, imprimis epar. Particularis, membrum patiens eſt una aliqua particula, ut caput, thorax, jecur, lien, uterus. Rurſus habitus corporis, vel totus afficitur, cum exturgeſcit, ut in anaſarca: vel abdomen tantum, ſeu imus venter in majorem molem ingraueſcens.

In anaſarca humor aquoſus non ſolum in ipſis ſpatijs carnis, ſiue inter meatus & poros ipſius carnis totius corporis, ut aqua in foraminibus ſpongiæ colligitur (quod ſenſit Aurel.) ſed & in venis, in quibus ſanguis aquæ mixtus, ſimulq; cum eo generatus redundat, quod graues alij autores ſentiunt.

Rurſus abdomen vel totum affectum eſt, ut in tympanite, vel non totum, ſed ſpatium tantum inter epiploon, peritonæum & inteſtina, ubi aqua colligitur. Quod enim Alexander ait in tympanite flatum per totum corpus diffundi, id vel mendoſo textui aſcribi debet, vel veritatem non habet. Flatus enim in corpore genitus vel dilatatur, vel in unum locum colligitur. Si expanditur in totum corpus, mox euaneſcit, eò quod à quolibet vel minimo calore diſcutitur. Si colligitur in certo loco, palpitationem vel œdema flatuoſum facit. Aquoſus verò humor in anaſarca per totum corpus: in aſcite per ventrem tantum coaceruatur, eò quod aqua genita in epate venas vel permeat, vel non permeat. Si permeat, in uniuerſum corpus ſpargitur, & anaſarcam facit. Si non permeat, ad renes abit, ibiq; male purgata, in ventrem tanquam utrem effunditur, ſiue propter ſolam alicujus uaſis diſruptionem, ut quidã ajunt, ſed perperam: ſiue propter tranſcolationem per cæcos meatus, id quod fit ut plurimum. Si ruptis fit vaſis, aſcites repentè oritur, eſtq; incurabilis. Si rarefactis poris peritonæi, fit paulatim & longo tẽpore. Non omnes autem inuadit hæc affectio, eò quod non æquè omnes vaſa ita relaxata habent, ut aqua tranſcolari poſſit. Ex quo apparet cur aliquando poſt exitum lapilli renũ ſubitus hydrops fiat. Ruptus enĩ aliquis ureter eſt, unde urina cum in veſicam non abeat, in ventrem effunditur.

Epar alterum ſubjectum eſt, idq; commune omnium ſpecierum hydropis.

Omnis enim hydrops eſt affectus epatis frigidus, nec aqua vel flatus aquoſus (à quibus hic affectus hydrops appellatur) ab alio viſcere, q̃ ab eo gignitur, quod ſanguinem, adeoq; omnem ſuccum generat. Vt igitur nulla febris niſi laborante corde: ita nullus hydrops, niſi affecto epate.

Quod ſi hydrops uniuerſalis ſit mixtus, pars affecta erit tum habitus corporis, tum abdomẽ ſimul. Longa enim experientia obſeruatum eſt, rarò aut nunq̃ tres hydropis differentias ſimpliciter & ſolas reperiri, ſed ferè miſceri inuicem & confundi, nunc alterã cũ altera, nunc ſimul omnes: ut & Aretæus teſtatur: ſingulæ verò à vincẽte vel aqua, vel flatu, vel pituita nomen obtinere ſolent.

Afficitur autẽ habitus corporis vel per ſe, vel per conſenſum, vel per ſe & per conſenſum ſimul. Per ſe, dum caro corporis veluti in aquam reſoluitur, illæſo primum epate, tandem verò & ipſo contagione refrigerato. Per conſenſum, cum ab epate primum refrigerato læditur, quod aquoſum humorem continuo ad habitum tranſmittit, quo ubi peruenerit, hydrops primum exiſtit.

Epar ſimiliter vel per ſe, vel per conſenſum afficitur. Per ſe, cum illi morbus, cauſáue morbi inſidet, ut frigida intemperies caloris in epate exiſtentis, obſtructio, tumor, ſcirrhus. Per conſenſum, cum aliunde coafficitur, idq; poſitiuè & priuatiuè.

Poſitiuè, cũ epar frigiditatẽ, q̃ aliæ partes primò habuerũt, ſecũdariò accipit vel à liene, vel ventriculo, vel meſenterio, vel inteſtinis, imprimis jejuno, vel ab alijs partibus, ut veſicula fellis, pulmone, renibus, ſepto trãſuerſo. Nã ſplen magnus frigore ſuo epar inficit: ſimiliter ventriculus, meſenterium, jejunũ, frigore nimis affecta per alterationẽ continuam epar refrigerant. Ac magnus quidem lien, quia humorem melancholicum trahit, unde intumeſcit, & frigus epati è regione poſito cõmunicat.

Intenſa autẽ jecoris frigiditas, aſcitem remiſſior, anaſarcã & tympanitẽ facit. Sed et tympanites imprimis frigiditatẽ uentriculi ſequi ſolet.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Priuatiuè, cum non affluit quod affluere debuit, ut ſpiritus vitalis qui deficit vel per inediã, vel à corde refrigerato, vel per immodicas ſanguinis ex naribus, utero, hæmorrhoidibus profuſiones: vel per ſuffocationẽ à plethora, cacochymia, ſuppreſſa cõſueta aliqua vacuatione. Tum enĩ excrementa refluunt in epar, unde ſuffocatur.

HYDROPS igitur ut plurimum ſuccedit longis morbis, ut phthiſi, hecticæ, aſthmati, ictero, diarrhœæ, podagræ, dolori coxẽdico, continuis & longis febribus. Partibus enim, quæ in his morbis laborant, epar propter vicinitatẽ & vaſorũ magnorum ſocietatẽ conſentit: venæ ab epate exortæ in prædictis morbis debilitantur, calor natiuus, qui mediocris, à febrili qui exuperans extinguitur: aqua in ſpatio thoracis in aſthmate collecta in ventrem effunditur.

SIGNA totius corporis per ſe & per conſenſum affecti ſunt, ut in alijs morbus, imprimis juuãtia. Iuuant habitui applicata remedia, ſi is per ſe ſit affectus: nocent, aut parum juuant ſi per conſenſum tantum lædatur.

SIGNA epatis per ſe affecti ſunt ſimiliter eadẽ. Læditur non tantum epar, ſed & muſculi abdominis & ſeptum tranſuerſum, tuſſis arida aut breui deſinens, alui fluor diutius perſeuerans, nec tamen hydropem leuans. Si ſit cum inflãmatione jecoris, pulſus erit denſus & durus: ſi ſine inflammatione, idem erit mollis & laxus. Si per conſenſum affectum ſit, contrà.

SIGNA epatis per ſe & per conſenſum affecti, id eſt, hydropis in genere alia ſunt manifeſta, alia occulta.

Manifeſta ſunt, quæ ſenſus, id eſt, viſus & tactus percipit. Tumentem enim habitum corporis & ventrem oculis videmus, & manibus tangimus.

Occulta ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; habitum corporis, vel epar refrigerant, ut immoderatus fructuũ, lactucarũ, herbaceorũ uſus, gelida largior frequentiorq; potus, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt ſpirandi difficultas, tumor, grauitas, cibi faſtidium, ſitis, inflatio pedũ, febricula interdum, vitiatus color, ex virore nimirum albicans, urina pauca & rubra.

Vtraq; ſimul. Vlcera hydropicorum propriè incurabilia, vel ſaltem curatu difficilima, ut etiam in lienoſorum ulceribus contingit.

SIGNA diſtinctiua ſpecierum ſunt hæc.

Anaſarca pueros magis affligit, aſcites juuenes, ſenes uterq; hydrops, magis tamen tympanites.

Anaſarcam ſequitur, ait Aretæus, frequẽs animi deliquium, imprimis morte imminente, & ſpes bona ſanitatis, cum tamen maximum periculum impendeat: cui contrarium in alijs morbis contingit, in quibus ægroti timent, quamuis non ita periclitẽtur. Sunt verò & alia ſigna, ut pulſus mollis & undoſus, inflatio non tantum ventris, ſed et totius corporis, pars affecta compreſſa digito, foueam diu durantem retinet, anhelitus fætor, & vomitus dejectioq; alborum & craſſorum humorum.

Aſciten demonſtrat pulſus cum tenſione ſubdurus, minor & crebrior quàm conuenit, cutis tenuis & tenſa, præſertim circa collum, jugulum & circa pectus, frigus partium, torpor corporis, fragor & murmur aquæ motæ circumuerſo corpore, tanquam utre aqua ſemipleno agitato: pauca ſtercora, paucæ urinæ.

Tympaniten oſtendunt pulſus ſubdurus, aliquantiſper tenſus, celerior, minusq; imbecillis quàm in aſcite, eructationes frequẽtes, quæ nonnihil juuant, inflatio totius ventris, uniuerſi autem corporis macies, tumor rotundus & tenſus: venter percuſſus ut tympanum reſonans.

Partes affectæ & ſigna particularis hydropis ſunt hæc.

HYDROCEPHALI pars affecta ſpatium eſt inter cutem & caluariam contentum.

Afficitur vel una tantum pars capitis, dextra vel ſiniſtra, vel utraq; ſimul.

SIGNA ſunt manifeſta. Apparet enim tumor prementibus digitis cedens, mollis & concolor, interdum indolens.

Occulta ſunt, cauſa & effectus.

Cauſæ, eæq; eædem quæ œdematis: in infante verò mater vel obſtetrix. Nam illa dum utero geſtaret, ac præſertim duobus poſtremis menſibus frigidiorem & humidiorem uictũ retinuit. Hæc verò infantis caput preſſit, unde humor aquoſus ob raritatem meatuum in partem affectam affluxio.

HYDROPIS thoracis pars affecta vacuũ thoracis eſt, quod interdum copioſa aqua repletur. Demonſtrat id ſectio cadauerum.

in qua

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Percipitur ab ægrotante in thorace ut aſcites in ventre. Fieri putatur, cum pulmo tuberculis aqua plenis ſcatet, quibus diſruptis hydrops thoracis gignitur. Huic cognatum empyema eſt.

HYDROPIS pulmonis pars affecta pulmo eſt, cui aqua innatat. Affectum præter alia, ut perceptam agitationem humoris aquoſi, interdum velox, interdum rara & tarda reſpiratio oſtendit. Viſcus enim hoc ubi frigida intemperie laborat, continentem reſpirationem non requirit: niſi noua materia à capite eò ingruat. Huic cognatus eſt abſceſſus pulmonis.

HYDROPIS uteri pars affecta eſt uteri capacitas, vel ſubſtantia, vel ſpatium inter uteri tunicas. Aquoſus enim humor vel pelliculis quibusdam in uteri capacitate adnatis continetur, vel inter uteri tunicas concipitur, vel humor pituitoſus uteri ſubſtantiæ inhæreſcens, tumoris inſtar teſtes exercet. De hoc Aretæus prolixius, & Maſſaria lib. 4. cap. 10. Signa ſunt tumor in imo ventre uniuerſam uteri amplitudinem circumſcribens, laxus & mollis, & bonus decensq́ color corporis. Tumor enim à ſcirrho durus eſt: ab affecto verò epate calorem corrumpit.

II. DIABETIS ſubjectum principale Aretæo αἱ σάρκες καὶ μέλεα, id eſt, uniuerſum corpus, quod carne & membris conſtat: partes affectæ minus principales ſunt, renes & veſica. Vt enim in hydrope corpus in aquam: ſic in diabete idem in urinam mutatur. Alijs & quidem rectius partes affectæ principales renes ſunt: minus principales, veſica, totum corpus, ventriculus, venæ meſaraicæ, epar. Renes enim à vehementi calore trahunt potum à jecore, jecur à venis meſaraicis, hæ à ventriculo, & à ſolidis partibus, priusquam ille ab his immutari concoquiq́ potuerit, unde totum corpus conſumitur, ac velut liqueſcens in aquam reſoluitur. Tractus autem potus minimè ob immodicam ejus copiam & renum imbecillitatem retinetur, ſed ſua grauitate delabitur in veſicam, quæ non trahit ſed recipit.

Renes igitur afficiuntur tum per ſe, tum per conſenſum.

Per ſe, cum laborant ex intemperie calida & ſicca, per quam attractrix deprauatur, & retentrix læditur.

Per conſenſum, cum aliunde coaſficiuntur, ut ab habitu totius corporis & alijs partibus, potiſſimum à jecore, uenis & arterijs, quæ cum ab humoris ſeroſi abundantis acrimonia, aliaue praua qualitate irritantur, per vias urinæ aptiſſimas, renes & veſicam moleſtum ſibi humorem expellunt. Ex quibus apparet diabeten fieri non tantum per modum attractionis, ſed & tranſmiſſionis.

SIGNA partium affectarum ut totius corporis & renum ſunt cauſæ, effectus & utraque ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq́ totum corpus & renes nimis calefaciunt, ut potus vini generoſi, morſus dipſadis, abundantia acrium ſuccorum, vehemens algor aquoſitatem exprimens, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt, anxietas, præcordia grauia, colliquatio renum, diſſolutio totius corporis, inſignis in internis uiſceribus feruor, calor & frigus à ventre in veſicam tendens, ſitis vehemens, ejus quicquid bibitur ſimul ut acceptum eſt, rejectio, lumborum, coxarum ac teſtium tumor cum grauitate, ſi fortè urinam aliquantiſper contineant, urina multa & cruda ſine ſedimento, os humiditate priuatum, ſaliua atra & ſpumoſa.

Vtraq́ ſimul ſunt juuantia. Proſunt renibus applicata idonea præſidia, & intus adhibita, quæ cum craſſitudine aliquem lentorem habent, ut carnes teſtudinum, capita hædorum, lac. Nocent diuretica. Si lotium fluat, quia attrahitur ab immodica renum caliditate, eſt diabetes, in quo refrigerare oportet. Si tranſmittitur, eſt diabetes nothus, & potius calefacere oportet. Si per utrunq́ modum ſimul, refrigerantia calefacientibus temperari conuenit.

SIGNA diſtinctiua ſunt hæc. Diabetes continetur urinæ profluuio, ut ſpecies genere. Vrina enim copioſior effunditur, vel quia attrahitur & tranſmittitur ſimul, ut in diabete. Vel quia tranſmittitur tantum, ut in ureticis, ſtragulas nocte permingentibus, & per criſes.

οὐρητικοὶ ſunt ſæpè mingentes vitio veſicæ, cum vel defluxione & multitudine urinæ, vel frigore, vel ictu, vel caſu, vel vulnere, aut ſimilibus, nerui qui muſculum claudunt, reſoluuntur, tuncq́ præter voluntatem urina noctu diuq́ effluit.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Stragulas nocte permingentes ſunt, qui urinam non ſatis continent, vel propter ſiccitatem, ut ſenes: vel propter laxitatem & mollitiem, ut pueri. In profluuio critico ægri non ſitiunt & urinæ ſunt craſſæ, non tenues, crudæ & aqueæ, ut in diabete exquiſito.

III. IV. RENVM & veſicæ affectuum ſubjectum ipſum nomen indicat. Affectus autem utriusq; partis ſunt varij, ex quibus aliquos tantum Aretæus recenſet, ut in nominibus morborum diximus: imprimis calculum, cujus explicatio non alia eſt, quam ea quæ in morbis acutis habetur, unde peti poteſt.

SIGNA profluuij ſanguinis ex renibus ſunt hæc. Si rupta aut eroſa vena ſanguis effluit, aut aliunde ad renes tranſmittitur, quod accidit aliquando mutilatis, nec non ijs, quibus menſes aut hæmorrhoides ſubſiſtunt, concretus ſanguis ſubſidet. Sin ſanguis præ imbecillitate non ſecernatur, lotium cruentum in veſicam deſcendit, urina veluti tincta ſanguine apparet, concretus ſanguis non ſubſidet.

V. GONORRHOEAE ſubjectum aliud principale, aliud minus principale.

Principale ſunt membra generationi deſtinata, ut teſtes & vaſa ſpermatica, quæ flexus multos inſtar capreolorum variè implexos habent, in quibus ſemen naturaliter & generatur & retinetur. Minus principale eſt, pudendum tum viri, tum mulieris, per quod tanquam viam ſemen genitale excernitur: quodq; in viris vel flaccidum vel extentum exiſtit. Gonorrhæa enim non ſolum viris, ſed & mulieribus, & quidem magis abominanda accidit.

Afficitur autem membrum ſpermaticũ, vel per ſe, uel per conſenſum.

Per ſe, cum illi morbus, cauſaue morbi inhæret, ut intemperies qualibet inſignis, & potiſſimum humida: vel mala compoſitio, ut nimia dilatatio: vel paralyſis, vel conuulſio, vel lues Venerea.

Per conſenſum, cum aliunde coafficitur, ut vel à capite in catarrho: vel à renibus nimium excalefactis: vel à toto corpore ſiue copioſo eoq; bono ſanguine, ſiue tenui & acri abundante, & ad teſtes tranſmittente.

SIGNA membrorũ ſpermaticorũ ſimpliciter affectorum communia ſunt cauſæ, effectus, & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; uaſa ſpermatica debilitant, dilatant, & renes lumbosq; excalefaciunt, ut immodicus coitus, alimenta praui ſucci, diuturna ac violenta exercitatio, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt, fieri effæminatum, molle, ſegnem, timidum, extenuatum, præſertim circa lumbos, pallidum, & circa oculos cauũ, incuruum, imbecillem.

Præcipuus autem effectus eſt aſſidua ſeminis eaq; inuita egreſsio, ex qua ſola melius quàm ex alijs ſignis omnis gonorrhæa cognoſcitur. Ex quo apparet ſimilem eſſe profluuio, in quo quis urinam inuitus ob reſolutam facultatem contentricem emittit.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt quæ vaſa ſpermatica exiccant & adſtringunt.

SIGNA per ſe affectorum vaſorum ab intemperie humida ſunt eadem, quæ ſuperfluæ humiditatis, ut cauſæ humectantes, frigidæ potus, aquæ dulcis balnea. Nocent quæ relaxant: proſunt, quæ aſtringunt.

A nimia dilatatione ſeu apertione uaſorum orta gonorrhææ per eſſentiã ſigna ſunt, immodica Venus, nimium exercitium, immodicus motus, non intentum membrum genitale.

A paralyſi, ut & ob humoris tenuitatem affectorum ſignum eſt, nullus dolor in tali fluxu, nulla pudendi erectio, ſemen pannos non vel parum inficiens, corpus maraſmo ſenſim macreſcens.

A conuulſione ſi fuerit, dolor inguina & partes vicinas obſidet, penis ut in priapiſmo erigitur.

A lue Venerea ſi fuerit, anteceſsit attrectatio hac lue laborantis, adſunt ulcuſculæ pudendorũ, bubones inguinum, puſtulæ capitũ, faciei, frontis, profluuium capillorum, ulcus in ore, cephalæa, virus album ac ſubcitrinum excidens, & juuant, quæ hanc luem propulſant: non juuant cætera præſidia.

A capite ſi fuerit, adſunt catarrhi indicia.

A renibus exiſtit, ſi ſemen effluat craſſum & viſcidum, idq; interdum urinam antecedens, interdum ſequens, aliquando ſimul emanans.

A copia

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

A copia ſeminis oritur, ſi γονόῤῥυς ſit boni habitus, & eam abundantiam paulatim contraxerit, dum multis alimentis boni ſucci diutius uſus eſt, diu à Venere abſtinuit, profuſionem ſeminis facilè tolerat, & poſt paucos dies educta copia ſeminis conualeſcit.

Ab acredine ſeminis proficiſcitur, ſi tentigo accedat, ſi ſemen cumuletur & cum aliqua delectatione fundatur, ſi mordax, præcalidum, fœtidum ſit, ſi ſuperior vita bilioſum ſanguinem generauerit. Ex quibus apparet gonorrhæam fieri pudendo vel flaccido, vel extento.

SIGNA diſtinctiua gonorrhææ & uterini fluoris ſunt hæc. In utroq; vitio humor aſſiduè promanat: ſed in gonorrhæa multò craſſior, & cum ulcere ferè ab acri virulentoq; excremento, nec ceſſans fuſis menſtruis.

In fluore uteri autem tenuior ſine ulcere, & ceſſans in ipſis menſtruis, & paulò poſt.

VI. AFFECTVVM STOMACHI ſubjectũ eſt ſtomachus, id eſt, orificiũ vêtriculi ſuperius, de quo cum ſit pars ventriculi ſequenti capite jam agetur.

VII. AFFECTVVM ventriculi ſubjectũ ex nomine innoteſcit.

Afficitur autem ventriculus, rex totius corporis vel totus, vel pars, interna vel externa.

Interna eſt os, fundum & pylorus. Externæ ſunt, venæ triplices: aliæ à ventriculo ad epar euntes, aliæ ab epate ad ventriculum euntes: aliæ à ſplene ad ventriculum.

Rurſus ventriculus afficitur aut per ſe, aut per conſenſum.

Per ſe, cum illi morbus, cauſaue morbi inſidet. Morbus verò duplex eſt: ſimplex & compoſitus. Simplex iterum aut ſimilaris, aut organicus, aut communis. Compoſitus eſt tumor.

Similaris eſt intemperies qualibet, calidior, frigidior, humidior, ſiccior. Ex ſiccitate immodica ſubſtantiæ ventriculi tenuitas, quæ & ipſa inter morbos recenſetur. Organicus eſt, magnitudo inepta, numerus vitioſus, figura, ſuperficies, meatus malè compoſitus, ſitus prauus. Communis eſt, ſolutio continui.

Per conſenſum afficitur, cum aliunde coafficitur, idq; vel poſitiuè, vel priuatiuè.

Poſitiuè, cum accipit ea quæ non deberet, etiam ſi per ſe non laboret, ut ab ore minus paratos, aut prauè affectos & coinquinatos cibos, ob dentium defectum ſiue corruptionem, ſiue ob famem, aut ſordes emanantes ab aliquo oris ulcere: aut à cerebro nimis multam, vel etiam prauam pituitam: aut à jecore, liene, utero, aut veſica fellis ea excrementa, quæ per alias vias excerni deberent: aut ob vitium totius corporis putri acutaq; febre laborantis, putres, acres, prauos ſuccos.

Priuatiuè, dum non accipit vel ab ore, vel à cerebro, vel à corde, vel ab alijs partibus, id quod accipere debet. Ab ore, cum cibos conſuetos dum appetit, non accipit: idq; ob penuriam, vel abſtinentiam: vel ore jam acceptis & ritè manſis ob gulæ aliquod impedimentum frui non poteſt.

A cerebro, dum acrem & exquiſitum ſenſum per neruos, ſuperno ejus orificio inſertos non accipit, eò quod cerebrum vel nerui affligantur.

A corde, alijsq; vicinis partibus, ut epate & liene, dum conſuetum caloris fomentum & coctionis ſubſidium non accipit, eò quod una vel altera illarum partium, vel omnes ſimul laborant.

SIGNA per ſe, & per conſenſum affecti ventriculi ſunt magnitudo, numerus, tempus, juuantia.

Si enim affectus ſit vehemens, ſi ſolitarius, nec præceſſit alius ex quo dependet, ſi non intermittat, & ſi præſidia illi admota proſint: ventriculum, ejusùe partem per ſe affectam cognoſcetur. Per conſenſum, ſi contrà. Ex quânam autẽ parte conſentiente coafficiatur, ſymptomata illius partis quæ præceſſerunt, patefacient, ut oris, cerebri, cordis & aliarum partium, nota ex ſignis tũ obſcuris, tum manifeſtis. Percontari igitur oportet, quanam pars in corpore ante hunc illumùe affectum, ut cardialgiam, vel diarrhæã aliquid paſſa ſit. Quæcũq; enim illa fuerit, ea ventriculũ in conſenſum trahet. Sin minus, is per ſe (accedentibus alijs ſignis) affectus erit, vel intemperie, vel morbo organico, vel ſolutione cõtinui, vel tumore, quorum explicatio prolixior, quod ad ſigna attinet, aliò pertinet.

Breuis

Breuiter ſignum intemperiei in genere eſt ventriculi læſa actio, id eſt, non bona concoctio, ſic tamen ut in ventriculo non ſit vel tumor, vel ulcus, nec cibus corruptus.

In ſpecie qualibet intemperies cognoſcetur ex cauſis, effectis & utriſq; ſimul.

In calida intemperie. Prægreſſa eſt vita calefaciens, ut uſus aromatum. Adeſt ſitis & fames imminuta, ſentitur calor circa ventriculi regionem, praua fit cibi concoctio, quam ſequitur ructus nidorulentus & ſaliua lutoſa, id eſt, lenta & viſcida (Calor enim abſumit partes fluxiles non viſcidas) & venarum extuberantia, frigida juuant, nocent calida.

In frigida intemperie prægreſſa eſt cauſa refrigerans, adeſt ſitis imminuta, fames intenſa, ſentitur frigiditas vel tepor ad tactũ, fit coctio vel ablata, vel imminuta, vel corrupta, quam ſequitur ructus acidus non nidorulentus, præſertim ſi cibi ingeruntur vel frigidi, vel temperati.

In humida intemperie cauſa præceſſit humectans, adeſt ſitis imminuta, fames exigua, appetitus cibi ſiccioris ſiue aſſi. Humiditas autem excedit vel ſecundum quantitatem, vel ſecundum qualitatem. Si quantitas peccat, præceſſit cibus copioſus, aut appetentia imminuta citra nauſeam, coctionis vitium vix ſentietur, abdomen erit auctum, ſed citra tumorem, nocet cibus copioſus, juuat paucus. Si qualitas peccat, præceſſit victus humidus, adeſt nauſea, ſaliua copioſa, mollities abdominis, imminuta magnitudo carnis, juuant ſiccantia.

In ſicca intemperie præceſſit cauſa exiccans, adeſt ſitis, fames, cibi liquidi & elixi, non aſſati, tenſionis ſenſus, imminuta coctio (Vbi enim ſiccitas, ibi calidum innatũ deficit) & magnitudo abdominis: nocent ſiccantia, juuant humectantia. In ſimplici intemperie ſigna ſunt tantum ſimplicia, ut calida tantum, ſi noceant tantum calida. Compoſita, ſi contrà, ut calida & ſicca, ſi noceant non tantum calida, ſed & auſtera.

Si magnus ſit ventriculus, nunquam ferè impleri poteſt, & cibo potuq; repletus, membra vicina comprimit. Si paruus ſit, tantum cibi, quanto opus eſt, capere non poteſt, & ob hoc grauem extenſionem ſentit.

Si cauitatem offendit numerus vitioſus, ut praui aut corrupti ſucci, cibi malè affecti, grumi ſanguinis, flatus, uermes, aut aliqua animalia, dolorem & ſubuerſionẽ percipit.

Si ſit paruus rotundusq;, pronus ſecundũ hypochondria inclinat. cujus hiſtoriam recitat Gal. c. 75. artis Medicæ. Oblongum enim & orificij anguſtioris eſſe conuenit.

Si cauam ſuperficiem nimis aſperam habeat, cibum & potum diutius retinet, ſi nimis leuem, eundem ante coctionem fluere permittit.

Si meatum vitioſum habet, & texturam nimis raram, calor nimis euaporat. Si eandem nimis denſam, calor nimis retinetur, vel à mẽbris vicinis transmiſſis non admittitur.

Si vulneratus, vel ulceratus, vel excoriatus ab acribus humoribus, aut ueneno, vel diſruptus intus vel foris, ex cauſis euidentibus apparet.

Si flatuoſus tumor eum diſtendat, qui vel figitur in poris ejus, ſicut aqua in foraminibus ſpongiæ, vel imbibitur in propria ſubſtantia, veluti tinctura in panno, ex dolore cognoſcetur. Tumoris autem humoralis vel calidi vel frigidi eadem ratio eſt.

Os uerò ventriculi ſuperius peculiariter urget ſæpè ſitus non naturalis & imprimis compreſſio à xyphoide cartilagine, durities & obſtructio è turberculo, cujus hiſtoriam notabilem recitat Fernelius. Deinde ſymptomata communia, ut ſenſatio & appetentia abolita, diminuta, deprauata. Senſatio abolita eſt ex paralyſi, quæ neruos ſextæ conjugationis imprimis occupat. Diminuta eſt in torpore, quem appetitus diminutus ſequitur.

Deprauata eſt dolor, qui cardialgia, cardiogmos, & cardiaca affectio dicitur. Eximio enim ſenſu præditum eſt, & principibus partibus cordi ac cerebro conjunctum ſua vitia impertit: cordi quidem ſyncopen ſtomachicam, cerebro ſoporem, incubum, delirium, ſpaſmum, obſcuritatem viſus.

Appetentia eſt fames & ſitis, eaq; rurſus abolita, imminuta & deprauata.

Fames abolita eſt ἀνορεξία. *Imminuta eſt* δυσορεξία. *Deprauata eſt* κακορεξία, *cujus ſpecies* βούλιμος, *canina fames & pica, de quibus prolixius in nominibus morborum. Eadem eſt ratio ſitis.*

Ad fundum ventriculi pertinet chyloſis

læſa

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

læſa, quæ in fundo perficitur, eſtq; vel abolita, vel diminuta, vel deprauata. Abolita, ut in lienteria & vomitu. Diminuta, ut in cæliaca. Deprauata, ut in ructu nidorulento, acido, fœtido, piſciumue corruptorum ſaporem excitante.

Pylorum affligunt tarditas vel velocitas deſcenſus chyli à ſtomacho.

Venæ ad epar è vētriculo euntes ſi obſtructæ ſunt, ſingultū ex repletione pariunt. Venæ ab epate ad ventriculū euntes ſi obſtructæ ſint, fit ſanguinolenta excretio. Hæ nāq; venæ ducunt originē à ramis venarū portæ. Per has igitur ſanguis prohibitus ad inteſtina regurgitat, & cū fecibus egreditur. Ductus ſplenis ad ventriculum ſi obſtructus ſit, appetitum minuit, eò quod humor melancholicus acidus ad os ventriculi non amplius profluit. Reliqua quæ huc referri poſſunt in nominibus morborum explicata ſunt.

VIII. COLICAE ſubjectum ex nomine apparet. Inteſtinū enim plenius in colica afficitur, ut ilium in ileo, cujus utriusq; explicationem in ileo prolixiorem una eademq; opera abſoluimus, unde, quæ huc pertinent, peti poſſunt.

IX. DYSENTERIAE ſubjectum eſt volumen inteſtinorum, idq; non totum eodem tēpore, ſed pars tantū quædā, ſiue ſuperior, ſiue media, ſiue inferior. Omne enim genus inteſtinorum ulcerari poteſt, ſed omnia uno eodemq; tempore affici ulcere non poſſunt, eò quod anteq̄ hoc fieret, homo interiret. Rurſus cum partes inteſtinorū ſint variæ, ut in nomine dyſenteriæ diximus, adeps, cruſta, tunica interior, tunica exterior, vel ſimplicius ſic: pinguedo, ſuperficies interna et vera inteſtinorum ſubſtantia, tres inde fiunt dyſenteriæ gradus. In primo abraditur pinguedo, in ſecundo ſuperficies exeditur, in tertio interna vera inteſtinorum ſubſtantia ulceratur.

Ratione ſanguinis, propriè venæ tantum inteſtinorum affectæ ſunt, à quibus ſanguis ſiue purus, ſiue miſtus, cum ſuccis excremētitijs prodit. Dyſenteria enim ſic definiri ſolet, quod ſit fluxus alui, in quo ſanguis per aluum egreditur.

Inteſtinum autē afficitur vel per ſe, vel ꝑ cōſenſum. Per ſe, cū illi morbus cauſaue morbi ꝑ q̄ retentrix facultas læditur, inſidet, ut ſoluta unitas, ratione ruptionis & contuſionis: (quæ ad chirurgos pertinent) imprimis verò exulcerationis, orta ab acri & erodente humore in inteſtinis genito, ut in tumore & inflammatione.

Per conſenſum, cum aliquid morbificum & præter naturam aliunde occurrit, quod venas inteſtinorū aperit, ſiue per diapedeſin ſiue ꝑ anaſtomoſin, ut humor ſanguisue peccans vel quantitate, vel qualitate, erumpēs aut à toto corpore, aut à determinatis partibus, ut capite, ventriculo, epate, liene, magnis vaſis & vicinis partibus. Defertur enim humor prauus ad ventrem interdum ab ipſo capite, ſalſæ et acri deſtillationi obnoxio: vel à ventriculo in lienteria, eò quod temporis proceſſu cū alimentis inconcoctis acres, putreſq; ſucci miſcentur: vel ab epate, à quo propter imbecillitatem ſanguis generatur ſeroſus, feci ſimilis: vel à liene à quo atra bilis, & hinc tormina ſæuiſſima, & cancroſum ulcus oritur: vel ab uniuerſo corpore, vel febre correpto, vel febris experte. Ab uniuerſo corporis habitu putridis ac bilioſis febribus detento, bilioſa materia per criſes ad inteſtina detruditur, unde exulcerantur. A corpore febris experte, ſanguis copioſus promanat in mutilatis, & ijs quibus menſes aut hæmorrhoides ſupprimuntur, aut ijs qui cū exercitationem conſuetam intermiſerunt, tamen lautè viuunt.

SIGNA inteſtini ſimpliciter affecti ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; abradendi et aperiēdi venas facultatē habēt, ut humores acres, uſus mellis, piperis, medicamenta, & alia.

Effectus ſunt impedita ipſorum inteſtinorū functio & diſtributio, ſitis, ciborum faſtidium, dolor & torſio, alui dejectiones variæ, pro ratione cauſæ. In dyſenteria à bile conflata, ſunt feces ſpumoſæ, coloris flaui aut viridis. Ab humore pituitoſo nitroſo, feces albæ & viſcidæ, ſitis urget & caliditas. Ab humore vitreo, ſitis non urget, neq; caliditas. Ab humore melancholico, feces nigræ terram veluti acetum fermentantes. Febris verò non quamuis dyſenteriam comitatur, ſed eam tantum, cujus humor acerrimus eſt: isq; è viſceribus aut è venis magna corporis perturbatione effuſus.

Vtraq; ſimul ſunt, quod hic morbus populariter graſſatur in populum, & quod ægrotans huic morbo fuit obnoxius.

SIGNA diſtinctiua partium ſunt hæc.

Sanguis

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Sanguis erumpet ex inteſtinis ſuperioribus, ſi præcedit dolor circa vel ſupra umbilicũ, deinde recedente eo longe poſt cruor & ramenta cũ excrementis mixta reijciuntur. Ex inteſtinis craſsis & inferioribus, ſi primo præcedit dolor ſub umbilico, ſed ſtatĩ cruor ſupernatans excretioni appareat. Ex medijs partibus erit, ſi dejectiones ijs, quæ ab ulcere manant admodum permixtæ, neq; omninò diſcretæ fuerint.

SIGNA diſtinctiua gradus ſunt hæc.

In primo gradu dejectio mucoſa eſt ſine ſanguine, cũ tenſione & dolore. In ſecundo gradu excretio ramentorũ internæ tunicæ, cum dolore acriore & fætore ſtercoris. In tertio gradu, excretio ipſius carnoſæ & deſiorís ſubſtantiæ, unà cum guttis ſanguinis.

SIGNA per ſe, & per conſenſum affecti inteſtini in genere ſunt hæc.

Per ſe affecto inteſtino ſanguis modicus, crebrò & paulatim excernitur cum dolore.

Per conſenſum affecto, confertim & copioſus ſine ulla abraſione.

In ſpecie ſigna ſunt, magnitudo, numerus, tempus & juuantia, ut in alijs morbis.

SIGNA partiũ conſentientũ, à quibus inteſtinũ afficitur, ſunt illarum ſymptomata, ut capitis grauitas: vẽtriculi, fluor chyloſus: epatis, dolor dextri hypochõdrij qui præceſſit: lienis, dolor circa ſiniſtrũ hypochondriũ: uniuerſi corporis, febris & plethora. Dyſenteriã, quæ fit inteſtino per ſe affecto, inteſtinalem & cruentam vocant: quæ vitio capitis, catarrhalem: quæ vitio epatis, epaticum fluxum: quæ vitio lienis, atrabiliarem: quæ per criſes, ſymptomaticam. Idiopathica fit p ſolutionem continui. Sympathica per malã cõpoſitionẽ, ut diapedeſin & anaſtomoſin.

SIGNA diſtinctiua cognatarum ſpecierũ ſunt hæc. Hæmorrhois ſeu fluxus hæmorrhoidalis à dyſenteria differt, eò quod in dyſenteria retentio venarum inteſtinorum læditur ſine tenſione & tumore, & cum fluxu mixti ſanguinis. In hæmorrhoide retentio venarum ani, cum fluxu ſanguinis ſinceri, tenſione & humore circa venas. Strophi ab eadem diſſentiunt. στρόφοι *enim ſunt tormina inteſtinorum à mordacitate humorum, vel flatuoſo ſpiritu. Dyſenteria ab ulceratione inteſtinorum.*

Teneſmus ab eadem differt, ſubjecto, dolore, juuantibus. Dyſenteria pertinet magis ad omnia inteſtina, quæ ſunt ſupra rectum: affligit cum tenſione & grauitate, & aluum deponendi voluntate minore, leuatur ijs quæ per os ſumuntur. Teneſmus eſt ad rectum & infimum inteſtinum, affligit cum majore grauitate, ac quaſi pondere quodam aſsiduo in fundo abdominis, & maximo conatu deijciendi, quamuis pauca deijci poſsint. Leuatur per aluum injectis.

X. LIENTERIAE ſubjectum Aretæo ſimplex eſt, nempe inteſtinum: alijs duplex: ventriculus & inteſtina. Lienteria enim ex longa conſuetudine Medicorum omnis fluxus eſt, in quo nec retinetur, nec coquitur quod ingeſtum eſt, ſiue procedat ex vitio ventriculi, ſiue inteſtinorum. Hoc igitur nomen duos affectus nunc complectitur, cæliacam & lienteriam.

Afficitur autem utrumq; vel per ſe, vel per conſenſum.

Per ſe afficitur, cum utriq; morbus, cauſaùe morbi inſidet, per quam facultas retentrix impeditur, ut vel mala intemperies ſiue frigida tantum, ſiue frigida & humida ventriculum inteſtinaq; debilitans, vel redundantia humorum acrium in ijſdem genitorum, vel ulcus, vel leuitas, vel cicatrix, ſiue in ventriculi, ſiue inteſtinorum ſuperficie. Eſt igitur hic affectus comes dyſenteriæ, quamuis ſine dyſenteria etiam eſſe poſsit. Dum enim materia petit partem laceratam, irritat expultricem, quæ inſurgens ita agit, ut retentrix ſecundariò lædatur: leuitas cibum priusquam perfectè concoquatur elabi permittit: quam cum ſolam hujus morbi cauſam primi onomatopæi putarent eſſe, lienteriam inde appellarunt. Cicatrix ob leuitatem & denſitatem ſimul ciborum per corpus diſtributionem fieri non permittit, venarum, quæ alimenta ex inteſtinis ad ſe eliciunt orificijs obturatis.

Per conſenſum afficitur, cum aliunde coafficitur, idq; poſitiuè & priuatiuè.

Poſitiuè, cum humores aliunde ad ventriculum & inteſtina mittuntur, qui modò intemperiem, modo ulcera, modo tumores, modo repletionem acrium ſuccorum faciũt, conſeruantq;, ut in deſtillatione à capite, vel ſine deſtillatione ab alijs partibus.

Priuatiuè, cum præcedit intemperies calida, ob quam retentrix læditur. Subſtantia enim

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

enim calidi innati ob vehementiam caliditatis diſſipatur, unde ſuccedit frigiditas, quæ operationes naturæ deſtruit.

SIGNVM utriusq; visceris affecti eſt ipſorum læſa functio, ciborum ſc. certo tempore dum exactè concoquantur retentio. In lienteria enim eſculenta non mutata, ſtatim ut aſſumta ſunt, exeunt: adeſt faſtidiũ cibi, animi deliquium, color defædatur, corpus extenuatur & tabeſcit. Interdum ventriculus cibum cõplectitur, non quiete, ſed modo quodam tremulo. Alij retinent potum tantum, non cibum ſolidum: quidam contrà cibum ſolidum, non potum, ut in diabete, ſed rariora ſunt hæc, quorum cauſas Mercur. in ſua praxi explicat.

SIGNA diſtinctiua ſunt hæc. Si vitio fiat ventriculi, cibus egreditur, aut nihil immutatus, aut formam chyli non adeptus, & cœliaca nomine peculiari vocatur. Si vitio inteſtinorũ: chylus exit, mixtus fecibus ſiue excrementa aliquam chyli formam habentia, & lienteria ſpeciatim appellari ſolet.

Læditur alterutrũ viſcus nuda intemperie, eaq; frigida, ſi nulla adſit ſitis, feces immoderatæ, ciborum frigidorũ uſus. A calida, ſi adſit ſitis, excrementa fœda, corpus calidũ. A tumore, ſi feces albæ, ardor & inflammatio. A cicatrice inteſtinorum, ſi ſucceſſit dyſenteriæ, & chylus, non cibus eijcitur.

SIGNA viſceris utriusq; per ſe & per conſenſum affecti, ſunt magnitudo, numerus, tempus et juuantia, ut in alijs morbis. Interdũ autẽ lienteria remittit, per certas periodos, aliquando continenter affligit, id quod utrunq; poteſt fieri, uiſceribus per ſe, & per conſenſum ſimul affectis, ut in dolore capitis diximus.

SIGNA partium affectarum conſentientiũ ſunt earundẽ ſymptomata, quæ præceſſerunt, ut capitis grauitas ſi eueniat vitio capitis: & ſic de alijs. Id deniq; prætermittendũ non eſt, cœliacã, id eſt, ventralẽ affectionẽ & lienteriã ab ijsdem, ſed minus efficacibus cauſis ortũ ducere, retentricẽ facultatem in cœliacis eſſe diminutã, in lientericis abolitã, illos cibum retinere breui tempore, hos nihil retinere, illos deijcere dimidiatè coctum: hos crudũ prorſus. Vtrunq; vitium à diarrhœa et dyſenteria differt, quod in cœliaca & lienteria cibus ſiue crudus, ſiue ſemicoctus exit: in dyſenteria mucus & ramenta inteſtinorum cum ſanguine, in diarrhœa nõ cibus nec mucus, ſed quatuor humores ijq; ſimplices, vel mixti excernuntur, ſine cruenta dejectione & tenſione.

XI. EX VTERI MORBIS profluuij uterini ſubjectum eſt, uterus ipſe, vel ceruix uteri. Quãuis enĩ undiq; ferè ab omnibus partibus concurrat ad uterum ſanguis, proximè tamen ab hoc funditur.

In omni verò fluxu muliebri os uteri aperitur, & veluti relaxatur: quibusdam etiam uterus procidit. Rurſus non tã uterus colluq; afficitur, q̃ venæ ſeu canales corporis, uel ceruicis uteri p̃ quod ſanguis immodicus effluit.

Afficitur autẽ uel p̃ ſe, uel p̃ conſenſum.

Per ſe, cũ illi morbus, cauſaue morbi inſidet, ut intemperies, mala compoſitio, ſolutio continui, tumor, quorũ ratione excrementum in utero generatur, & profluuium uterinum in ſpecie appellari ſolet.

Ac intemperies frigida et humida, eò quod vel albos menſes efficit per congeſtionem, et uterus recipit plus q̃ concoquere valeat: vel quod functionem complectendi in ipſis venis imbecillẽ reddit, præſertĩ ſi ſanguis crudus in acetabulis, id eſt, orificijs venarum uteri contineatur, in quibus materia menſtruorum præparatur.

Mala compoſitio eſt, cum orificia venarũ per ἀναςόμωσιν nimis patent, apertaq; ſunt. Solutio continui, cũ ſubſtantia venarũ eroſa eſt, aut exciſa, ſeu quapiã alia ratione diſrupta, ut uteri geſtatione, partu, contuſione, inflãmatione, ulcere. Interdũ et vena in collo uteri extumeſcens per circuitus extra tẽpus lunaris purgationis ſanguinem fundit.

Per cõſenſum afficitur, cũ excrementũ extra uterũ generatur, & aliunde in uterum trãſmittitur, isq; fluxus profluuiũ muliebre propriè appellari ſolet. Gignitur autẽ & coaceruatur vitio vel partiũ naturaliũ principalium, quæ coctioni ſeruiunt, ut ventriculi & jecoris, vel uniuerſi corporis. Quo in caſu ſanguis p̃ uterũ non aliter expurgatur, q̃ interdũ ſolet p̃ renes, vel p̃ aluũ: isq; vel è toto corpore, ſeſe in uterum exonerante, generali rheumatiſmo, vel è parte aliqua, ut epate, liene, ventriculo, capite.

SIGNA profluuij in genere ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; uim expultricẽ irritant, ut excrementa p̃ uterum protrudat, ut ſunt omnia quæ ſanguinem copioſum, acrem & aquoſum generant, ut diæta, medicamenta, morbi longi.

Effectus

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Effectus ſunt, pulſus frequens, inenarrabilis triſtitia, difficilis ſpiratio, faſtidium ciborum, malus color corporis, frigidus ſudor circa frontem, refrigeratio extremorum, pedum tumor, loci muliebres perpetuò humidiores & madidi, excretio menſium deprauata, ratione quantitatis, temporis & modi. Tam immoderata enim eſt, ut excedat 18. vel 20. uncias, paulò plus ſeu minus, vel tanta ſaltem, ut vires mulieris diſſoluat, nec contingit ſemel quolibet menſe, ſed ter ſeu quater, vel etiam ferè aſſiduè: vel exiens non ſit naturale, ſed vitioſum, quale vel in utero, vel toto corpore redundat, ut ichor vel humor bilioſus, pituitoſus, melancholicus. Vnde veteres ὑστερκάθαρσιν & αἱμοῤῥαγίαν *vocarunt.*

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt quæ citra immodicum calorem exiccant totum corpus, cum affectus ſit maximè humidus: nocent contraria.

SIGNA diſtinctiua partium ſunt hæc. Materia exiens per venas ceruicis copioſa non eſt, & durat poſt conceptum, & tempore geſtationis uteri. Exiens per venas uteri, materia copioſior eſt & poſt conceptum, & tempore geſtationis uteri ceſſat.

SIGNA uteri per ſe affecti ſunt magnitudo, numerus, tempus & juuantia.

Profluuium enim vehemens eſt, reliquæ partes bene habent, præceſſit retentio menſium, vel immoderata purgatio, vel alia uteri affectio, ut contuſio & corruptio, color materiæ erit albus, & materia non exit admodum copioſa. Ex intermiſſione autem certum indicium ſumi non poteſt, ſimiliter ut in dolore capitis.

Per ſe enim affecto utero profluuium poteſt eſſe & continuum, & per interualla intermittens, prout materia mouetur: unde menſes decolores, ut vocat Hipp. vel anticipantes, vel poſtponentes. Iuuant in uterum injecta: proſunt minus alijs partibus adhibita.

In ſpecie ſigna uteri affecti ab intemperie ſunt eadem, quæ intemperiei uteri, de quibus alibi.

SIGNA affecti per ἀναστόμωσιν *apertis venis uteri, ſunt eadem quæ ſanguinis tenuis, ſeroſiq́; vel tenuis ac mordacis, anteceſſit uſus alimentorum eorum quæ tales ſuccos procreat, juuant, quæ orificia obſtruunt.*

SIGNA affecti per ἀμαύρωσιν, *quod rarius contingit, ſunt ſigna eroſionis & exulcerationis, ut purus & ruber ſanguis, qualis è diſſecta vena, cauſa difficilis partus, abortus, contuſionis, ictus, caſus.*

SIGNA affectæ venæ in collo uteri ſunt manifeſta. Videri enim poteſt per dioptram, eò quod tuberculum ſubrubrum & cruentum eminet.

SIGNA uteri per conſenſum affecti, ſunt paruitas, numerus, tempus & juuantia.

Profluuium enim minus graue eſt, facilius toleratur, aliæ partes malè habent, materia copioſa exit, nec tam alba, eò quod confluat in uterum per venas ſupra uterum, unde ob ſanguinis præſentiam excrementi color nonnihil mutatur: juuant partibus conſentientibus adhibita remedia.

In ſpecie, ſigna partium conſentientium, à quibus uterus noxam accipit, ſunt ſigna indicantia vitia vel totius, vel alicujus partis non ignobilis, ut jecoris, ventriculi, cerebri. Totius, ut crudæ ſuperfluitates in toto corpore, nimia quies, animi triſtitia, temperamentum ſatis moderatum, habitus carnoſus, & alia ſigna pleuritidis, juuant remedia toti corpori adhibita, intacto utero. Sed & femina tenuiori & pituitoſiori habitu prædita, interdum prorſus non purgata fuit, interdum parcius aut liberalius. Id enim materiæ redundantis in venis varia ratione contingit, ex qua menſtrua alba exiſtunt. Sic cute inſpiſſata dum per ea ſudor elici non poteſt: & renibus occluſis adeò, ut quod in ſanguine ſeroſum eſt attrahere nequeant, totum corpus vitioſo humore repletur.

Epatis affecti ſigna ſunt eadem quæ epatici affectus, de quibus alibi.

Eadem eſt ratio capitis, lienis & aliarum partium.

In genere, ſi humores fuerint bilioſi & calidiores, quales ſunt colore flaui, pallidi, virides, liuidi, tunc illi vitio jecoris, quod calida & ſicca intemperie laborat, maxima ex parte generantur: ſi ſeroſi & aquoſi, tunc vitio jecoris aliquo modo refrigerati. Si ijdē pituitoſi fuerint, quales ſunt colore albicantes, tunc prodeunt ex vitio malæ diætæ, vel ventriculi frigida & humida intemperie laborantis. Iuuant, quæ cacochymiam expurgant.

Succorum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Succorum verò colores ſic cognoſcentur. Lintea infecta areſacta ex ſimplici aqua lauentur, & ſiccentur in umbra, & poſtea inſpicinatur diligenter. Lota enim & exiccata colorem redundantis excrementi referunt. Si ſit ichor, materia eſt tenuis vel aquea. Si humor, inſtar mellis craſſior.

SIGNA diſtinctiua cognatorum affectuum ſunt hæc.

In menſtruis immoderatis ſanguis propemodum ſincerus effluit, concreſcit, intermittit, & certas ſeruat periodos: in fluxu autem muliebri planè varia prodeunt excrementa, per quæ uniuerſum corpus ſolet purgari, isq́; ſanguis qui exit non concreſcit, per aliquot annos durat, nec certas periodos ſeruat.

GONORRHAEAE ſubjectum ſunt vaſa ſpermatica: profluuij uterini, venæ uteri. Plura in gonorrhæa. Cum ab uterò vitium eſt, perinde eſt ac ſi ulceratio eſſet: differt tamen ab ulcere. Excrementum enim ulceris, pus eſt craſſius, fætidius, albius. Vlcus irritatur coitu: profluuium uterinum nullam ſentit moleſtiam in coitu, & majorem ſeri copiam quam puris emittit.

Cæterum poſt ejusmodi purgationes fiunt ulcera in utero rodentia & virulenta à bilioſa: putrida & ſordida à pituitoſa materia: ſcirrhi & carcinomata à melancholico, de quibus Aretæus. De prolapſu verò uteri prolixè in nominibus morborum.

XII. ARTHRITIDIS ſubjectum aliud commune, aliud proprium eſt. Commune eſt ἄρθρον, *id eſt, articulus quilibet factus propter motum voluntarium, isq́; dexter vel ſiniſter, vel uterq́; ſimul: unde arthritis, alia dextræ, alia ſiniſtræ partis, cujus curatio difficilior: alia utriusq́; ſimul.*

Rurſus ἄρθρον, *id eſt, conjunctio oſſium quorumlibet facta per articulationem, non per ſymphyſin. Oſſium enim compoſitio duplex eſt: alia articulatio, alia* σύμφυσις. *Articulatio eſt naturalis oſſium ſtructura, in qua duorum oſſium extrema ſeſe tangũt, eaq́; triplex:* διάρθρωσις, συνάρθρωσις *& mixta.*

Διάρθρωσις *eſt laxa & cum motu manifeſto.* συνάρθρωσις *eſt ſtricta, & ita comparata, ut nullum ſubſit ad motum manifeſtum ſpatium.*

Neutra eſt utriusq́; particeps: ratione quidem obſcuri motus, ſynarthroſis: ratione autem inſertionis, id eſt, cauitatum & capitum diarthroſis. Talis eſt coſtarum cum ſterno & vertebris: oſſium octo carpi & oſſium tarſi articulatio. Symphyſis eſt duorum oſſium in unum concretio. Fit igitur arthritis in articulatione tantum, eaq́; triplici, frequentius in diarthroſi: rarius in ſynarthroſi & mixta, qualis eſt in pedio, & in carpo & metacarpio. Fines enim ultimi ſunt articuli, ad quas partes humorum ſiue multitudine ſiue acrimonia grauatæ & irritatæ ſuas ſuperfluitates expellunt, ubi mora & compreſſione calorem concipiunt, doloresq́; excitant, idq́; per certas ferè periodos.

Rurſus omnis articulus, in quo materia extendens dolorem facit, motumq́; impedit, ex varijs conſtat partibus, ut ſinu, oſſibus, ligamentis, membranis, neruis & cute, quæ partim humorem peccantem excipiunt, nec dolent, partim dolorem percipiunt. In humido verò & carne muſculorum (quæ & ipſæ ſunt partes articulorum) arthritis non conſiſtit, eò quod humor viſcidus dolorem non efficit: caro verò pauca eſt & potius extima quam intima. Iſte dolor profundas partes occupat, ut uult Merc. Sinus eſt cauum articulationum ſpatium, idq́; profundum, in quo humor fluens primũ ſuſcipitur & retinetur, ob ſuam vel multitudinem, uel craſſitiem & viſciditatem, quæ facultatem retentricem deprauat, & expultricem diminuit, vel abolet.

Si enim vel ſola intemperies adſit, vel humor per carnem diffuſus, parteſq́; circumjacentes diuerſa eſt affectio. Quod verò quidam recentiorum in cauitate humorem reperiri nulla ratione poſſe autumat, id & à communi omnium conſenſu, & ab ipſa ratione vehementer diſſentit: ut demonſtrat Campilongus libro de arthritide cap. 16.

Oſſa tum recipiunt, tum dolorem ſuo quodam modo ſentiunt, id quod alij negant. Aretæus conſtanter affirmat, & quidem duplici modo.

Primum enim potuit ille oſſa accipere à perioſtijs non ſejuncta, ſed ijſdem inuoluta, quam ob cauſam illa dolorem pati nemo negauerit, cum natura interdum oſſium cauitates repleat: interdum inter os & perioſtiũ reſidere ſoleat. Deinde quod oſſa carere ſenſu non putarit, id quod & Auenzoar magni

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nominis Medicus contra Gal. Auicennam & Ariſtotelem aſſeruit, modeſta quadam limitatione. Carent enim, inquit ille, oſſa ſenſu exquiſito, habent obſcurum ut pedes ruſticorum, cum nudi terram calcant. Etſi enim ſentire non videantur, quia ſenſus obſcurius eſt, eos tamen aliquo modo ſentire, negandum non eſt. Quærens autem Aretæus, quam ob cauſam fiat, ut oſſa ab internis cauſis doleant: ab externis, ut ſectione & colliſione non item, veram hujus mirifici euentus cauſam ſoli DEO notam eſſe ait: probabilem veram afferri poſſe hanc, quod nimirum denſa vehementer tactus ſenſum nullam habeant, & propterea cum non poſſint exaſperari, nullam etiam aſperitatem, ex qua dolor oritur, ſentiant. Quod verò calorem quendam habeant & denſo quodam ſpiritu viuant, ijs alteratis per intemperaturam aliquam, dolorem, quamuis obſcurum ut percipiant, neceſſe eſt.

Ligamenta ſunt δεσμὰ τῶν ἄρθρων, quæ oſsium extremitates inter ſe copulant, quæq; ſubſtantia conſtant neruis quam ſimilima. Hæc igitur humorum redundantiam ad ſe delatam excipiunt, à quo replentur: repleta tendines & reliquas partes vicinas comprimunt & tendunt: unde ſolutio unitatis & dolor. Quamuis igitur non ſentiunt, eaq; ratione ad dolorem non pertinent, pro cauſa tamen efficientis ſubjecto habentur.

Membranæ ſunt, quæ oſsium extremitates ipſosq; ſinus articulorum & tendines inueſtiunt, quæ & ipſa ut oſſa humorem tum excipiunt, tum ſentiunt. Inflammantur autem, ut & ligamenta abſq; tumore conſpicuo primis maximè diebus in corporibus non plethoricis: poſtea verò ob ſanguinis influxum phlegmone partium carnoſarum quæ adjacent, plerunq; œdematodes vel eryſipelatodes accedere ſolet. In perioſtio etiam arthritis gallica ſedem ſuam imprimis habet, ubi humor viſcidus impactus, inq; flatus conuerſus diſtendit, ſuaq; mordacitate & maligna qualitate dolor non tantum articulos, ſed & medias artuum regiones infeſtat, nocturno maximè tempore.

Eadem eſt ratio membranæ carnoſæ & cutis.

NERVI humorem non ſuſcipiunt, ut quidam volunt, dolorem verò percipiunt, dum illos ligamenta repleta comprimunt, adq; extenſionem ſuam diſtendunt. Veriſimile tamen non eſt materiam ad articulum confluentem imbibi duriſsimis ligamentis, non mollioribus neruis ac tendinibus, id quod & Aëtius aſſerit. Quod enim ajunt, ſi repleantur, orituram inde conuulſionem, quæ in podagricis nunquam viſa eſt, id adeò firmum non eſt, cum id aliam ob cauſam eueniat, quod nimirum in arthriticis principium neruoſi generis obſtructum non ſit. Huc accedit, quod humor excrementitius foris tantum tendines humectat: intimam illorum ſubſtantiam non penetrat, qua ſi illæſa ſit, conuulſionis metus abeſt.

Rurſus ſubjectum arthritidis ſunt partes articulorum, vel omnium aut plurimorum, & dicitur arthritis, vel quorundam tantũ, & à partibus ſuã appellationem ſortitur, ut dicatur chiragra, iſchias, gonagra, podagra.

Chiragra manum infeſtat, ejusq; vel carpum, vel digitorum articulos, cæterosq; quibus ligamenta circumjacent.

Iſchias in junctura ἰσχίȣ conſiſtit, id eſt, coxæ ſeu oſsis, quod femoris caput excipit. Excruciat igitur coxendicum oſſa & in femur, ſuram extremumq; ſecũdum neruorum ductum diffunditur, quod hæc nec ſitum nec figuram naturalem retineat, Non autem in magno coxæ articulo, ſed altius hæret ad ſummam natem, ut uult Fernelius.

Gonagra genua tantum infligit, quæ & gonalgia dici poteſt.

Podagra, malleolos, calcanei extremitatem, pedium, cauum pedis: maximè verò pollicis articulum vexat. Eſt verò & aliarum partium arthritis anonymos, ut vertebrarum ceruicis & dorſi, & oſsis ſacri, quin & ejus partis colli quæ ὀδȣς, id eſt, dens dicitur, & ὤμȣ, id eſt, humeri (Sic enim textus Aretæi corrigi debet, ubi βȣ̃ς & ὄνος corruptè legitur) deniq; maxillarum, temporum, narium & ſuturarum capitis, in illis nimirum oſsium compaginibus, quæ κατὰ συνάρθρωσιν & σύμφυσιν connexæ ſunt, quod tamen ingraueſcente hoc malo tantum contingit.

Afficitur autem articulus ejusq; pars quæcunq; vel per ſe, vel per conſenſum, vel per utrunq; ſimul.

Per ſe, cum illi morbus cauſaue morbi inſidet, ut intemperies, ob quam proprium ſuum alimentum malè conficit, & humorē

per

ꝑ congeſtionē cumulat, id quod imprimis fit in ſiphylide & in iſchiade ijsq; oſsium juncturis, quæ per ſynarthroſin & ſymphyſin copulantur. Sunt tamen quidam, qui negant materiam in locis articulorum genitam, poſſe arthritidem gignere, quos confutare hoc in loco operæ pretium non videtur. Falli autem exiſtimo, niſi putent ſolam congeſtionem non ſufficere, ſed tranſmiſsionem ſemper accedere ſimul.

Per conſenſum, cum aliunde coafficitur, corriuante in cauitatem articulorum, & partes vicinas humore quaſi eluuie quadā, vel à toto corpore, vel ab ejuſden partibus, ut capite, ventriculo, epate, inteſtinis, renibus, hæmorrhoidibus, utero, ijsq; vel plethora, vel cacochymia grauatis. Humor enim non influit, ſi corpus inane ſit, aut excrementis & cruditatibus liberum. Febres itaq; continuæ, alijq; morbi acuti, ut & colici dolores ſæpe per malam criſin in arthritidem finiunt, non autem in podagram. Et autore Hipp. mulieres quæ rectè purgantur, eunuchi, pueri, podagra non laborant, ſed ab arthritide tamen non ſunt immunes, teſte Galeno 6. aph. 30. Iuuenes ſæpe non ægrotantes ex plethora impura, in arthritidem incidunt, quæ nunquam poſtea, aut poſt longum incertumq; interuallum redit. Contra arthritidis podagricæ, hoc eſt, periodicæ, quæ à pedibus incipit, cauſa eſt vel pituitoſus humor ſub ſolo pericranio collectus, ut voluit Fernelius: vel, ut alij rectius judicant, excrementum cerebri, quod ex choana per palatum aut nares naturaliter expurgari deberet: vel ut Demetrius Papagonæus putat, excrementum quod in ſingulis corporis partibus prouenit. Arthritidem ſanguis à jecore calidiori genitus, & ventriculi frigida excrementa nonnunquam pariunt. Humores mordaces cum phlegmate tenuiore mixti ex inteſtinis, veniſq; vicinis in aluino ventre à natura robuſta, per criſin malam protruſi, in muſculos artuum influunt: indeq; in articulos abeunt, tandemq; pareſin quandam artuum & dolorem inducunt, quam Hipp. 6. Epid. 4. arthriticum nominat. Quæ verò cauſa calculi, eadem & tophi in podagra, humor videlicet terreus ac pituitoſus: unde nephritici ſæpè podagrici eſſe ſolent.

Ab hæmorrhoidibus deniq; & utero non rarò materia decurrit, cum viris fluxus ſanguinis per mariſcas expurgandi intercipitur: mulieribus verò ſupprimuntur aut puerperia, aut menſtrua: unde Hippocrates mulierem podagra conflictari negat, niſi menſtrua defecerint.

Ex quibus arthritis catarrhalis ferè frequentior eſt, in qua excrementum colligitur in capite, tam ſecundum internam quam externam partem, eò quod cerebrum naturâ frigidum humidumq;, quando concoctio ejus parum firma eſt, plurimum ſuperfluæ humiditatis cumulat.

Viæ per quas membra ſuos humores detrudunt ſunt partes, non tantum externæ, ut voluit Fernelius, ſed et internæ, eæq; tum manifeſtæ, tum obſcuræ, & rurſus aliæ in arthritide à toto corpore, aliæ à certis partibus, ut à capite. Ex toto corpore, ut & epate excrementorum expulſio immediate fit ex venis in articulos. Ex capite, quæ viæ ſunt, controuertitur.

Alij tantum ex occipitio ſub cute, per ſumma corporis in extimas partes materiam influere ajunt. Alij negant, quidam limitant, ut interdum per illos externos meatus detrudi aſſerant, interdum per internos. Nam ſi copioſior ſit ſuperflua pituita, & pars quædam in vaſis remaneat, cerebrum collectam intercranium et meningem materiam per ſpinalis medullæ foramen inter membranas medullam inuoluentes oſſaq; ſpinæ & velamina neruorum: ita tamen ut ſubſtantiam medullæ & neruorum non ſubeat, in muſculos artuum, tandemq; in articulos propellit.

Eam verò, quæ per ſuturas inter craniū & pericranium exoneratur vis expultrix ſub cute in partes inferiores, ceruicem, ſcapulas, maxillas extrudit, donec in articulis ob anguſtiam hæreat. Obſcurum ſpatium eſt, ubi dolor colicus in coxendicum migrat. Neq; enim meatus aliquis euidens eſt, per quem à colo inteſtino ad artus coxæ vapor deferatur, niſi id quod ait Hipp. totum corpus eſſe σύῤῥουν ϗ συμπνοῦν. Ex quo apparet humores, qui podagrā efficiunt intra venas non contineri, & phlebotomia euacuari non poſſe: contineri autem in arthritide. Sed & illud, materiam per neruos non tranſmitti, quod conuulſionem faceret.

SIGNA articulorum ſimpliciter affecto-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

rum ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; materiam, quæ tranſmittitur, cumulant, vias patefaciunt, & articulos ſua natura imbecilles, raros, laxos, humidos faciunt, ut ſuppreſſa aliqua conſueta euacuatio per nares, menſes, hæmorrhoides, nimia ingluuies, vinum potens à jejuno ſumtum, creber balneorum uſus, luxatio, & alia, de quibus alibi.

Effectus ſunt languor artuum, dolor articulorum, isq; intenſior cum mouentur, quàm cum quieſcunt (Motus enim afflictas partes tendit, & inde magis lacerat) ſudoris conſueti, urinæue ſuppreſſio: pars affecta ex leui occaſione fatigata, æquè frigida calidaq; offenditur.

Vtraq; ſimul ſunt, quod hoc malo ægrotans detineri ſoleat, & proſunt arthritica, quæ neruos et articulos roborant, ut chamæpitys, paralyſis, & alia.

SIGNA ſpecierum ſunt manifeſta ex relatione ægrotantis. Arthritis enim erit, ſi omnes articulos, vel plurimos ſibi dolere dixerit. Chiragra, ſi languentes manus. Podagra, ſi pedes: gonagra, ſi genua, & ſic de alijs. In ſpecie, in chiragra nec non in gonagra adeſt ferè dolor pulſatilis, rubor, calor moleſtus ex doloris vehementia, inflammatio, inappetentia, vigiliæ, febris. In iſchiade humerorumq; arthritide nullus tumor, aut rubor apparet.

Cauitas & membranæ articulorum affectæ erunt, ſi tumor externus aut rubor appareat nullus, tumeat pars interna, dolor in profundis partibus percipiatur, id quod initiò fieri ſolet. Ligamenta humorem imbiberunt, ſi tumor ſit externus & euidens: & dolor in ſuperficie ſentiatur. Sub cute humor dolorificus latet, ſi dolor partem affectam comprimendo exacerbatur. Inter muſculos in parte intimiori erit, ſi dolor partem læſam comprimendo nõ augetur. In iſchiade articulis erumpentibus ejus partis motus ceſſat, à qua recedunt & in ea nonnihil ſeruatur, in quam prorumpunt, cum ibi aliqua ex parte à muſculis moueri poſſint: et ſemper tumor eſt in ea parte, in quam os erumpit, & ſinus in ea à quo receſſit. A ſua autem ſitu exeunt articuli in iſchiade vel ex toto, vel aliqua tantũ ex parte, ut notat Galenus libro Methodi ſecundo. Ex toto igitur femoris utriusq; capita exciderunt, ſi motus illarum partium ex toto ferè perijt: ſiq; inter oſſis femoris caput utrumq; prolapſum ſit ægrotans per cruris utriusq; circumvolutionem incedit, ut boues, ut notat Hipp. lib. de articulis.

SIGNA articuli per ſe & per conſenſum affecti ſunt magnitudo, numerus, tempus & juuantia. Per ſe enim affectus erit & materia collecta per congeſtionem, ſi dolor ſit vehemẽs, præceſſit aliquis dolor vel calor, quorum ratione humor aliunde attrahitur: ſi multum juuent illi applicata remedia. Intermiſſione autem hic certum ſignum non eſt, ſimiliter ut in dolore capitis.

Per conſenſum, id eſt, per tranſmiſſionem ſolam ſeu decubitum affectus erit, ſi contra. Neq; enim præceſſit aliquis dolor vel calor in parte ad articulos pertinente, antequam arthritis inceperit, & proſunt parti tranſmittenti adhibita præſidia.

SIGNA partiũ tranſmittentiũ ſunt illarum ſymptomata. A toto igitur erit. ſi febris aliqua præceſſit, aut adſunt ſigna plethoræ & cacochymiæ, nec arthritis ſit periodica. A partibus determinatis erit, ſi in illis dolor aliquis præceſſit, ut à capite, ſi ægrotans dolorem erinalem, ſomnolentiam, grauitatem capitis & ceruicis, frigusq; vel paruum horrorem prius perceperit, & narium fluxum conſuetum amiſerit. Ab epate & venis magnis, ſi citra hæc dolor prehẽdat partem aliquam, ſed cum febricula, vel aliqua inæqualitate pars cito intumeſcat, rubeat, doleat, ab una parte in aliam moueatur. Ab utero, ſi ſuppreſſa menſtrua & ſic de alijs. Per muſculos erit tranſitus, ſi dolor non percipitur propter laxitatem.

Quod autem modo in una, modo in alia parte fiat arthritis, ajunt quidã id fieri propter decubitũ. Homine enim frequenter in hoc vel illo latere decumbente materia modo in hoc, modo in illud latus prolabitur.

SIGNA humorũ abundantiũ aliò pertinent: utilia tamen etiam hic ad partis affectæ cognitionem. Sanguis enim copioſus à jecore calidiore, & bono copioſoq; chylo: pituita è frigiditate ventriculi, & cibis pituitoſis gignitur: uterq; ſimul, ſi ventriculus ſit frigidus, aut ſimul caput: & calor cum humiditate abundat in epate. Iuuant alterantia prædita facultate ſiccandi ac refrigerandi, ſi ſit à ſanguine & ſic de alijs.

Rarò

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Rarò autem deſluxio ſincera eſt à venis, cum humores omnes contineant: ſincerus verò, ſi à recrementis cerebri, vel per congeſtionem fiat.

XIII. ELEPHANTIS ſubjectum eſt caro & habitus: ut lepræ & ſcabiei, cutis ac ſumma caro corporis. Lepra igitur, teſte Galeno, in Elephantiaſin: & elephantiaſis in lepram interdum abit. Nam ſi humores, qui in cute lepram faciunt carnes totas oppleant, elephantiaſin faciunt: rurſus ſi humores in carne contenti, qui elephantiaſin faciunt, ad cutem conuertantur, lepram faciunt. Habitus autem corporis complectitur ſolidas partes, quæ in elephantiaſi ita affectæ ſunt, ut ipſa quoq; oſſa, quæ impuro ſucco fruuntur, uitiari dicantur. Hinc elephantiaſin, cancrum totius corporis vocant, & Aretæus talem affectionem intellexit, cum ait Elephantem quouis præſidio validiorem, ita ut à nullo poßit ſuperari. Ex quo ſequitur ut vera Elephantiaſis non ſit, niſi dyſcraſia & qualitas venenata, tumorq; non tantum extimas, ſed & intimas partes corporis in ſpeciem elephantis immutet. Nec tamen tumor unus eſt in toto corpore, ſed multiplex & inæqualis, & per uniuerſum corpus hinc inde diſperſus. Quod cum alicui mirum videatur de internis viſceribus ut duris ſcateant tuberculis, Aretæus id confirmat experientia. In victimis enim prauos humores habentibus, carnes grandinis plenas reperiri aſſerit. Cui conſentiens Ioh. Riolanus, vidi, inquit, porcum cui minima puſtula ſuberat ſub lingua, cum reliquo corpore ſanus videretur, taliſq; à lanionibus judicabatur: facta tamen diſſectione inueni totam carnem grandine conſperſam: quin imo ſanguis percolatus, totus erat grandinoſus.

Eſt verò quædam elephantiaſis Auicennæ, in qua non totum corpus, ſed pedes tantum cum varicibus denigratis æquali infra ſupraq; craſſamento, columnarum inſtar tument, ut ſunt crura Elephantum.

Afficitur autem caro & habitus corporis aut per ſe, aut per conſenſum.

Per ſe, cum illi morbus, cauſaue morbi inſidet, ut dyſcraſia imprimis calida & ſicca, contracta vel ab externis cauſis, vel à lue Venerea, vel à ſemine elephantico, vel à contagio, quod inficit concubitu, accubitu, aßidua vitæ conſuetudine. Craſi igitur partium ſolidarum vitiata, virtus aßimilatrix læditur, ut ſuo munere non rectè fungatur, proq; carne rubra, ægram & granuloſam generet. Sed & expultrix imbecilla redditur, ut ſordem ac veluti fecem detrudere nequeat.

Per conſenſum afficitur, cum uitij expers aliunde coafficitur, id eſt, humorem vitioſum ab epate recipit in eo collectum, vel per ſe, vel per conſenſum.

Per ſe, cùm jecur natura retorridum eſt, id eſt, calidum & ſiccum, aſſans non elixans, indeq; atram bilem generans.

Per conſenſum, cum lien non bene fungitur ſuo munere, neq; ad ſe allicit ex epate fecem ſanguinis: vel ventriculus frigidus & humidus copiam pituitæ cumulat, quæ obſtruens non permittit humorem melancholicum à liene attrahi, unde mixtus cum ſanguine in totum corpus ſpargitur: vel menſtrua non reſpondent, vel varices cohibitæ, vel clauſæ ſunt venæ ani, quæ fecem hanc effundere ſolebant. Ex quo apparet interdum partes externas corporis principio ægrotare, & proceſſu temporis etiam internas: interdum nihil in ſummis corporis partibus conſpici, ſed in viſceribus, liene videlicet & jecore malum per initia deliteſcere, deinde partibus interioribus deuictis, ad extremas, tandemq; ad cutem ſeſe conferre, in qua vel congeritur, vel attrahitur nimis calefacta, vel ob exercitationem, vel ob aërem calidum, vernum imprimis, quod eam ob cauſam tanquam aptißimum ad leproſos explorandos etiam iudicari ſolet, quamuis & ob auctam facultatem expultricem viſcerum fieri poßit. Tum enim corpus uniuerſum accepto robore à ſolis ad verticem noſtrum regreſſu, humores abditos è profundo in altum ad extimam cutem protrudere, atq; certiora morbi intus latentis teſtimonia præbere ſolet.

SIGNA cutis lepra affectæ, ſunt cauſæ, effectus & utraq; ſimul.

Cauſæ ſunt, quæcunq; ſanguinem craſſum ac limoſum procreant, & ne vacuetur prohibent, ut regio vel percalida, vel ſupra modum frigida, vina craſſa & potentia, ſuccus melancholicus, & alia, de quibus alibi.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Effectus, alij ſunt communes, alij proprij.

Communes ſunt, pulſus languidus ac debilis (ut in hectica) ſtupor partium extremarum (ut in pleriſq; neruorum affectibus, & interdum à ſola refrigeratione) color obſcurus & ex rubore liueſcens (ut in quadam vitiliginis ſpecie, & in ijs qui calidiori ſunt epate, prauaq; victus ratione utuntur) pilorum defluuium (ut in alopecia ophiaſi, achoribus, morbo gallico, poſt febres acutas) tales (ut in phthiſi, febribus acutis & morbis diuturnis) cutis aſpera (ut in omni ſcabie) vox rauca (ut in catarrho, & alijs vitijs inſtrumentorum vocis) corruptio & conſumtio digitorum manus & pedis (ut ab epoto ueneno, lue Venerea, gangræna & pernionibus) urinæ tenues, albæ aut cinereæ, vel jumentorum lotio ſimiles, & fœtidæ (ut in lienoſis, quartanarijs, viſcerum obſtructionibus) formiduloſa inſomnia, ſanguis niger, obſcurus, trumboſus, vafricies, calliditas (ut in omni vitio ab atra bile orto) ulcera fœda, puſtulæ, tumores (ut in morbo gallico.)

Proprij ſunt, fœda & terribilis faciei deformitas, ſatyrorum picturam referens, ficis fœdata, nodi duri ſub cute, cutis tuberoſa, ſanguis inciſa vena vaſculis exceptus percolatusq; grumoſus repertus, ſtupor tantus, ut puncti non ſentiant. Iubent ergo eritici leproſorum, ut oculis clauſis locũ acu punctum digito deſignent, hoc ſi non poſſunt, & cætera concurrant, morbus confirmatus eſt, contagioſus, inſanabilis.

Vtraq; ſimul ſunt juuantia. Proſunt in recenti, nec dum confirmato elephante, quæ habitum corporis humectant, jecur & ſanguinem ad temperiem reducunt, humores prauos vacuant, ut balneum aquæ dulcis, moderatè calefacientia, cutem detergentia. Confirmatum oſtendit, ſi omnem medẽdi viuendiq; rationem aſpernetur, & nullis remedijs cedens ingraueſcat.

SIGNA per ſe & per conſenſum affectæ carnis vel habitus corporis ſunt magnitudo, numerus, tempus & juuantia, ut in alijs morbis.

Breuiter, ſi aliqua in facie appareant ſigna, de quibus jam dictum, & rectè valeant viſcera, caro vel habitus per ſe afficietur.

Per conſenſum, ſi nulla in facie conſpicua ſunt, & malè valeat epar, ventriculus, lien, id quod ex illorum ſymptomatis colligi poteſt, ut alui ſegnitie, ructu, maculis cutis, ijsq; variæ, pro varietate humoris affluentis.

FINIS.

IN ARE-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

IN ARETAEI LIBROS ET G. HENISCHII COMMENTARIVM INDEX.

A.

Ex abortu ſignum partis affectæ 354.
Abortus tetanum facit 5.
Abſinthium medela ſtomachi 232.
Abſinthij uſus intus & foris in phrenitide 144.
Abſinthites vinum 301
Abſtinentia nocet phreniticis 136.
Acetum aſtringens in ſanguinis rejectione quale 182.
Ex actione læſa partis affectæ ſigna 352.
Adoleſcentes obnoxij epatis phlegmone 81. ictero 88. ſatyriaſi 49.
Adſtringentia quæ 264.
Adſtringentia & refrigerantia quæ 185.
Aëris mutatio in cephalæa 219.
Aëris motus in cholera 195. 196.
Aër qualis in ſanguinis rejectione 179.
Aër in ſyncope 189. qualis 191.
AEgrotantibus gratificari oportet 181.
AEgrotorum ignorantia 213.
AEgroti obedientia 52.
AEgroti omnes ſanari non poſſunt 233.
AEgyptus obnoxia tonſillarum affectibus 13.
AEſtas obnoxia choleræ 33. diarrhææ 110. dyſenteriæ 116. melancholiæ 58. ileo 35. ſtomachi dolori 108.
AEtas omnis obnoxia hydropi 95.
AEtas podagræ obnoxia quæ 125.
Ab ætate ægroti ſigna partis affectæ 352.
Albæ febris ſigna 393.
Alcolæ nomen 313.
Alica, vide halica
Alices Auicennæ 313
Aloës vires 232.
Alphos niger 333.
Alui excretionis vis 222. à ſomno commoda 227.
Aluus ſiccior in cachexia 90.
Aluus ſicca in elephantiaſi cur 130.
Ambulatio ubi 227.
Ambulationes bonæ quæ 227.
Amygdalæ quid 313.
Αναγωγή quid 21. 23.
Αναπνοή quid 376.
Anaſarca quid 92. 335.
Anaſarcæ ſubjectum 431. ſigna 93. 94. 432.
Anæſtheſia quid 64.
Ανδϱισμα quid 320.
Angina quid 7. cum concidentia 165.
Anginæ cauſa 10. 163. curatio 10. 162, diuiſio 7. duo genera ib. duæ ſpecies 162. nomen 311. 312. 313. permutatio 9. utriusq; prognoſtica 9. 10. remedia 10. ſubjectum in genere 370. in ſpecie 371. per ſe, per conſenſum 371. ſigna ib. ſymptomata 9. & 10. tumor intus & foris 165.
Ex anguſtia vaſorum febris ſigna 393.
Ani inunctio in cholera 194. ileo 197. pneumonia 177. ſyncope 192.
Ani prolapſus 345.
Animi affectus phreniticis ut curandi 135.
Ex anni partibus ſigna partis affectæ 352.
Anodyna in arthritide 295. ileo 198.
Ανοϱεξία quid 339.
Antitrochon inſtrumentum 214.
A parentibus ſigna partis affectæ 352.
Aphthæ quid 12.
Aphtharum nomen 313. pars ſubjecta quæ 378.
Apophlegmatiſmi in cephalæa 215. lethargo 150. vertigine 220.
Apoplexia quid ***b. 64.
Apoplexiæ nomina 310. pars affecta principalis, per ſe, per conſenſum, ſigna 365. 366.
Apoplexiæ cauſa crapula 153. prognoſtica 151.
In apoplexia puſilla partes reſolutæ 152.
Apoplexiæ remedium phlebotomia 152.
Apoplexiæ & epilepſiæ differentia à parte affecta 366.
Apoplexiæ & paralyſis diſcrimen 424.
Apoplexiæ & vertiginis differentia 419.
Apoplexia ab uteri ſtrangulatu differentia 413.
Αποϱίη quid 338.
Apoſtematiæ qui 71. 332.
Appetentiæ vitiatæ nomina 330.
Appetentia læſa ſtomachi vitium 436.

Aquæ frigidæ uſus in cholera 194.
Aquæ frigidæ potus in phrenitide 144.
Aquæ frigidæ noxa in pleuritide 175. & quando valet ib.
Arenæ & calculi ſigna diſtinctiua 410.
Aretæus ſcripſit chirurgica 214. de febribus 134. de muliebribus morbis 151.
Arquatus morbus, vide icterus.
Arteriæ ſectio in angina nocet 165.
Arteriæ ſectio in cephalæa 214. epilepſia 225.
Arteriæ ſanguis 25.
Ἄρθρον quid 346.
Arthritis quid 121.
Arthritis majorum & minorum membrorum 122.
Arthritidis cauſa unica 124. cauſæ opinatæ 123. curatio 295. initiū unde 123. nomina 346. partes affectæ 121. 123. prognoſtica 123. 295. remedia 124.
Arthritici paroxyſmi 295.
Arthritis & paralyſis diſcrimen 425.
Aſcites quid 92. 335.
Aſcitæ ſigna 93.
Aſcites ex tympania 93.
Aſthma quid 75.
Aſthmatis curatio 243. nomina 332. partes affectæ 76. ſigna 76. 432. ſubjectū 426.
Aſthma ex podagra 125.
Atra lingua & tumor in præcordijs in lethargo 148.
Atram bilem purgantia 231.
Atræ bilis morbi 56.
Atrophia quid 331.
Auſſatz 348.
Aurigo. Vide icterus.
Autumnus obnoxius cauſo 41. phlegmonæ epatis 38.

B.

Balneum olei in calculo 261.
Balneum frigidæ in gonorrhæa 265.
Balneum in lethargo 151. in phrenitide quando 145. renum affectu 204. ſatyriaſi 211. vertigine 223. 224. uteri ſtrangulatu 209.
Balnea aſſidua in elephantiaſi 301.
Balnea in tabe 151.
Bellaria. Vide tragemata.
Bilis varia genera 86.
Biſtinū medicamētū 205. 227. 235. 250. 265.
Bocium quid 352.
Breune unde 312.
Bronchia quid 75.
Ex bronchio excreto ſigna partis affectæ 354.
Bubones quid 29.
Bupreſtis cauſa hydropis 95.

C.

Cachexia quid 88.
Cachexiæ cauſa 89. curatio 254. nomina 334. prognoſtica 88. 89. ſigna 88. 89. particularis ſigna 430. ſubjectum ib.
Cachexiæ & aliorum cutis vitiorum ſigna diſtinctiua 430.
Cacochymia quid 88.
Ex cælo ſigna partis affectæ 351.
Calculorum cauſæ 100. colores ib. Curatio 204. 205.
In calculo conſentientes partes 103.
A calculi exitu hydrops 431.
Calculi inciſio ubi 206.
Calculi renum ſigna 409.
Calculi ſigna ex urinis 103.
Calculi ſigna 99.
Calculi veſicæ ſigna 411.
Calculo laborantium ſymptomata 101.
Calculus veſicæ magnus & paruus 102.
Calefacientia in gonorrhæa 265.
Ex calore partis affectæ ſigna 383.
Calorem educentia quæ ſint 178. 179.
Cancer quid 120. duplex ib.
Canis rabidus 8.
Canum proprietas 8.
Cantharidum uſus qualis in epilepſia 226.
Capitis doloris nomina 323. partes affectæ 416. prognoſtica 213. remedium per cucurbitulam 155.
